Noe trium filioꝝ pulcra significatio ser. primo de nati.beate marie virgi.co.tj.

Nos debemus dominū sequi tripliciter

sermone primo de sancto matheo . co. tj. et columna sexta .

Nos debemus deū diligere tripliciter sermone primo de philippo ⁊ iacobo columna prima. Et sermone primo de sancto ambrosio columna quarta.

Nos debemus ambulare p triplicem viam et tripliciter coram domino sermone secundo de sancto remigio . colū. prima.

Nos debemus crescere in gratia sermone secundo de decollatione iohannis baptiste columna tertia .

Nos debemus dīm accedere cū vero et bono corde sermo. secundo de annunciatione marie columna septima. et ei seruire quadrupliciter sermone secūdo de sancto steffano. columna prima.

Nos debemus ad dīm cōuerti triplici ter sermone primo de resurrectōe domini columna secūda. Et sermone secundo de decollatione iohannis baptiste colūna secunda Et nos lauare oportebit anime vires sermone secundo de capite ieiunij columna sexta . Egrediq debemus ad tria. ser. secūdo de spinea corona. colū. prima.

Nos debemus luctari cum sapientia duobus brachijs . sermone primo de sancto Luca columna septima . Sumere quoq debemus medicinam spiritualem eodez sermone . columna tertia.

Nos debemus tria relinquere . sermone primo de sancto Matheo columna quarta. Ut possimus esse pfecti trib⁹ modis. sermone secundo de sancto Remigio columna quinta.

Nos christi fideles debemus libenter pati pro christo ꝓpter tria que nos animari debent. sermo ne secundo de sancto petro. columna prima.

Nobis tria sunt valde necessaria sermone secūdo de agnete columna sexta. Tria quoq sunt que nos faciūt deo acceptos. sermone primo ō sancto thoma apostolo columna. vitj. Et sunt tria nobis sumopere considerāda sermone primo de sancto Johanne euangelista . columna quarta

Nos debemus habere thesaurum triplicem sermone primo de sancto nicolao columna septima .

O

Obedientia subiectorum debet esse prompta grata firma . sermone secūdo de cathedra petri. columna sexta.

Obumbrare quid est. sermone tertio de vigilia natiuitatis. columna quarta.

Oculus est duplex sermone secundo de Agnete columna tertia.

Odium est triplex. sermone primo de decollatione iohannis columna quinta.

Odores appropriantur virtutibus sermone secundo de Petro et Paulo columna sexta.

Offerre debemus deo tria sermone secūdo de epiphania . columna quinta.

Officium regis quid est ⁊ iudicis sermone primo de sancto eligio colūna quinta.

Oleum est quadruplex . sermone primo de sancto nicolao. columna sexta.

Olei ꝓprietas est triplex. sermone primo de sancto Johanne euāgelista. columna sexta .

Onus ē triplex sermone secundo de sancto petro et paulo columna quinta.

Operatōnes male sunt filij impij sermone primo de sancto thoma cantuariensi columna quarta.

Opus est triplex sermone secundo de spinea corona columna secunda. Ad operis boni complementū tria requirunt sermone primo de sancto Matthia colum. tj.

Oratio duo facit sermone primo de sancto nicolao columna prima . Et alia tria sermone primo de sancto thoma cantuariensi columna nona.

Oratio efficax debet habere quatuor sermone secundo de sancta margaretha columna secunda.

Oratio est sicut incensuz sermone secundo de sancto victore columna quarta.

Orationis fumus efficit ex duob⁹ sermo

ne primo de sancto Laurentio colū.iij.
Orationes sanctoꝝ duo faciunt. sermo. primo de sancto remigio colūna septima
Oratio debet esse placida feruida valida sermone primo de inuēcione stephani columna prima.
Orationes sanctoꝝ cōparant̄ speciebus aromaticis sermone secūdo d̄ sctā margareta columna tertia.
Oratio est nūcius sermone primo de scō stephano columna secunda.
Os est duplex sermone quarto de vigilia natiuitatis columna sexta.
Ostensio regni dei est duplex sermone secundo de sancto Vincentio colū. prima.

P

Patientia nos liberat ab angustia tribulationis sermone secundo de sancto vincentio columna penultima. Et cōparatur speciebus aromaticis sermone secūdo de sancto barnaba. columna sexta.
Patiens debet habere beneuolentiā obedientiā et perseuerantiā. sermone primo de sancto fabiano et sebastiano columna quarta.
Pallium est triplex. sermone primo de sancto bartholomeo. columna sexta.
Palme celestis fructus sunt dulces delectabiles et imputribiles. sermone primo de sancto iohanne euangelista. columna sexta.
Paruuli sunt quatuor ꝓprietates ꝓmendabiles sermone primo de sancto francisco columna secunda. Et sermone primo de scō iohanne baptista colum. prima.
Pastor duplex est scz bonus ⁊ malus sermone primo de cathedra petri colū. vj.
Contra pastores malos pulcre inuehit sermone secundo de purificatione columna quinta.
Patres antiqui inuocabāt filij dei aduētum dupliciter sermone secundo de vigilia natiuitatis. columna. tertia
Paulus fuit bos fortissimus. sermone ꝓmo. de conuersione pauli. colūna. iiij
Paulus fuit vas electionis. sermone secundo. de conuersione eius. colūna. ij.
Paulus fuit opus dei electū et odorifer sermone secundo de cōuersione eiusdem. columna octaua. fuit etiam apoteca oīm virtutū et ideo non immerito designat̄ p̄ iosiam eodem sermone colū. penultima.
Paulus fuit admirabilis tripliciter sermone secundo de cōuersione pauli. colū. sexta. Cōmendat̄ etiā a tribus sermone. j. de eodem columna. ij. Obtulit quoq; domino deo corpus et animā suam atq; laudem sermone et columna eisdem.
Pauptas est quadruplex. sermone p̄mo de sancto dñico colūna prima Et sermone secūdo de sancto laurentio colū. prima
Par est triplex. sermone primo de capite ieiunij columna quarta.
Peccatū vulnerat in naturalibus. spoliat in gratuitis. et facit delectari in his que sunt contra rectā rationē sermone secūdo de vigilia natiuitatis christi columna. ij.
Compatur autez vermi sermone primo de sancto siluestro colūna prima. et meretrici eodē sermone colū. ij. et cani sermone primo de cōuersione pauli colū. viij. et ꝓfunde fouee sermone primo de barnaba columna quarta.
Peccatū peccatorem capit vinculat et incarcerat. sermone primo de sancta margareta columna prima.
Peccatum hereticoꝝ est grauissimū sermone primo de sancta agatha colū. iij.
Peccatū est duplex scz spūale et carnale sermone primo de maria magdalena columna quarta.
Peccatū sanat̄ tripliciter sermone secundo de vigilia natiuitatis colūna tertia.
Peccatoꝝ p̄teritoꝝ memoria alleuiat penam alicui inflictam. sermone secundo d̄ sancto clemente columna quinta.
Peccator ꝓ insipientiā recedit ab innocētia. ꝓ malicia accedit ad noxia. ꝓ penitentiā resurgit ad salubria. Per perseuerantiam assurgit ad celestia. sermone secūdo

de sancto Vincentio .columna tertia.
Peccator ꝓparatur dormienti. sermone secundo de sancta agnete columna tertia.
Peccatoris duo sunt fundamēta. sermone secundo de sancta lucia colum.ix.
Peccatori peccanti mortaliter tria accidunt. sermone secundo de annunciatōne marie columna quarta.
Peccator debet tribulari in spiritu suo tatione triplici. sermone infra sermonem de magdalena et de dominico.
Peccator ligat tribus funibus sermone primo de sancto dñico. columna secūda.
Peccator sunt due catbene sermone primo de sancto dñico columna prima.
Peccatoris penitentis pulcrum argumētum sermone primo de simone et iuda columna tertia.
Peccator duo sunt genera sermone secundo de spūsancto columna septima.
Peccatorem debent mouere ad cōuersionem quatuor sermone primo de capite ieiunij columna secunda.
Peccatores de malicia gaudentes ꝓparantur freneticis sermone secūdo de sancto Andrea columna sexta.
Pecunie obedire faruū est sermone secūdo de simone et iuda columna secunda.
Penitentia ꝓparat adamanti .sermone primo de conuersione pauli. colū.vij.
Et p portā ferream sermone primo de collatione iobannis baptiste .colum.iiij.
Penitentia babet duas pedissequas .sermone secundo de iobāne baptista colū.ij.
Penitentia tria operat in nobis sermone.ij.de petro ⁊ paulo .colūna quarta.
Ad penitentiam agendā quatuor sunt q̄ nos mouere debent sermone primo de cōuersione pauli columna sexta.
Penitentia est secunda tabula post naufragiū sermone primo de sancto matbia. columna septima.
Penitentie tristitiā libenter sustinere debemus sermone primo de sancto benedicto columna tertia.
Penitere debent filij iuda sermone secundo de sancta agnete. columna tertia.
Penitentis aīa designat p̄ bester sermone secundo de capite ieiunij columna.iij.
Percussor tria sunt genera sermone primo de sancto bartbolomeo. colūna.ij.
Petrus a tribus est laudandus sermōe primo de catbedra petri columna .vij.
Petrus a tribus est laudādus .sermone primo de catbedra petri columna .vij.
Petrus quatuor modis interpretat sermone primo de sancto petro ordinis prędicatorum martire columna secunda.
Petrus dictus est a petra sermone prīo de petro martire columna sexta. Et designat etiam p̄ iosiam sermone eodē colū. decima. Et p̄ simeonē colū. xj.
Petrus edificauit ecclesiā eodez sermōe columna nona.
Petri sanctitas eminens fuit interi? sermone.j. de catbedra petri colū. quarta.
Plebs dñi ꝓmendat a tribus sermone secundo de sancto eligio. columna.ij.
Porta est triplex .sermone primo de collatione iobannis. columna tertia.
Porte sunt due p̄ quas ingredimur in salutem eternam sermone primo de cena domini columna quinta.
Porte celestis bierusalē sunt sancti dei. sermone secūdo de omnibus sanctis co.x.
Porte sunt duplices .sermone secūdo de oībus sanctis columna septima.
Potestas est duplex scz secularis ⁊ ecclesiastica sermone secundo de catbedra petri columna quarta.
Predicator debet babere tres conditōes. sermone secūdo de scrō dāmēte colū. ix.
In predicatore debet esse eruditio studio sa et opatio fructuosa sermone primo de spiritu sancto columna quinta.
Predicatoris exbortatio interius debet consistere sermone prīo de scō barnaba columna quarta.
In predicatore debent esse quatuor ser. j. de sancto Gregorio columna tertia.

Predicatores debent predicare quatuor ser. ij. de sancto dñico. columna quinta.

Predicatorꝝ diuersi sunt fines. sermone secūdo de sancto francisco colū. octaua.

Predicatores debēt populo p̄dicare tria sermo. ij. de sancto dionisio columna. iij.

Preclarus debet habere q̄tuor p̄ditiones ser. j. de sancto clemēte colū. j. Et debet habere duos custodes sermone eodē colum. vij. Et designat̄ per dauid sermone p̄mo de sancto martino columna. vij. Et p̄ moisen ser. j. de sancto victore. colūna. iij.

Prelatus debet esse būilis ser. j. de sancto eligio colūna secunda. Et eligit̄ ad q̄tuor sermone primo de sancto eligio columna. j. Et sermone. ij. de sancto eligio co. quinta. Et debet regere suos subditos sermone primo de sancto victore. colū. vij.

Prelatus bonus exaltat̄ p̄ tria ser. secundo de sancto eligio columna septima.

Prelatus debet vigilare tripliciter ser. ij. de sancto marco colū. j. Debet etiā laborare tripliciter ser. ij. de sancto marco columna quinta.

Prelati debent habere baculū ad sustentationē et oculū ad directionē deuiorum ser. ij. de exaltatione crucis colū. vj. Et cōparantur ccollo sermone primo d̄ bathsebrina. columna octaua.

In prelatis tria debent esse. sermone secundo de innocenti. colūna septima.

Prelati debent esse segregati a trib⁹ sermone. ij. de sancto barnaba. colum. ij.

Prelati mali sunt ecclesie destructores. ser. j. de sancta lucia. columna quinta. Et solent habere quatuor conditōnes sermone primo de sancto andrea colū. vij. Et per arborē quam vidit nabuchodonosor designat̄ sermone primo de sancto victore columna decima.

Prelati ignari p̄pantur adulteris et idolis sermo. ij. de innocē. colum. vij.

Prealti austeritas aues dispergit. ser. j. de sancto clemente columna quinta.

Prelati duo in se habere debent sermone primo de sancta agnete colū. secunda.

Premiū sanctorꝝ duplex est sermone de oībus sanctis colū. vj. et sermone primo de sancto stephano. columna quinta.

Primitiarꝝ tria sunt genera sermone primo de sancto dionisio. columna quarta.

Principes huius mundi sunt triplices. ser. primo de cathedra petri. colū. iij.

Principes debent habere claritatē in cognitione. honestatē in cōuersatione. potestatē in defensione. ⁊ largitatē in distributione sermone primo de sctō petro ⁊ paulo columna secunda.

Prophete designant̄ p̄ nubes. sermo. j. de annunciatione marie. columna. ij.

Prophetas sanctos quatuor p̄comitant̄ sermone primo de sancto iohanne euangelista. columna secunda.

Pueri sancti et boni debent habere tres conditiones sermone primo de sancto iohanne euangelista columna tertia.

Pugna quadruplex est sermone primo de sancto Thoma cantbu. colum. vj.

Q

Quare magis in die natiuitatis christi q̄ alia die dicunt̄ a nobis auferri peccatorū musce. sermone tertio de vigilia natiuitatis colū. vij.

Quare spūssanctus apostolis apparuit in linguis igneis. sermone primo de sancto Gregorio. columna secunda.

Quō dicuntur aromata fluere cum sint sicca. sermone primo de conuersione sancti pauli columna quinta.

Quō circūcisio p̄dest cum tñ dicat apostolus ad Gallatas Si circūcidimini nichil proderit. ser. j. de circūci. co. penul.

Quare christi sanguis dicat̄ mundare. cum tñ sanguinis sit maculare. sermone primo de sctō Andrea. colū. vj.

Querere debemus dñm spūaliter. clementer. festinanter. ⁊ p̄seueranter. sermone. ij. de purificatione beate marie virginis. columna sexta.

Quid sit boiem egredi foras sermone. j.

de sancto Marbia·columna.tj.
Quid sit opus nostrū forās ꝓparari ser
mone primo de sancto marbia colū.iij.
Quid sit patiēna ser.tj.de steffano.co.v.
Quō palatū nostꝝ interius infectū pos
simus sanare vt acquirat appetitū ꝓme
dendi spūalia sermone primo de capite ie
iunij columna sexta.
Quare peccatū male cōsuetudinis dicit
generare mortē et non pctū cōsensus in
teriozis aut exteriozis cū tū qlibet eoꝝ
sit peccatum mortale. sermone secūdo de
sancta cecilia columna quinta.

R

Raptus mulierꝝ multum vituperabilis
sed raptus sapientie laudabilis.ser.secū
do de sancto eligio.columna octaua.
Rectitudo est triplex sermone primo de
innocentio columna quinta.
Refectio eterna designat ꝑ mōtem ozeb.
sermo.j.de cena domini.columna tertia.
Regula sacerdocij officij est destruere pec
cata ⁊ offerre spūales hostias sermone se
cundo de oībus sanctis columna sexta.
Religio designat ꝑ vitē sermone secūdo
de natiuitate marie colū. octaua.
Religiosus designat ꝑ achimaas sermo
ne.j.de sancto martino columna sexta.
Religiosi faciūt votū obedientie castita
tis et paupratis sermo.tj.de petro ⁊ pau
lo colūna secūda. Et debent esse separati
a tribus ser.tj.de sancto barnaba.colū.j.
Etiā debent dimittere suū posse nosse et
velle sermone.tj.de sancto martino colū.
quarta. Et terrena omnia debēt relinque
re sermone secundo de omnibus sanctis.
columna prima et tertia.
Reliquie cogitationū bonaꝝ in deo posi
taꝝ in tribus cōsistunt sermone de inuē
tione sancti Stephani columna quinta
Reliquiaꝝ quatuoꝛ sunt genera ser.j. de
inuentione sancti stephani colum.iij.
In reliquiaꝝ sancti stephani inuentōne
triplex est vtilitas secuta, sermone de eo
dem columna sexta.
Remigij memoria est grata eterna ꝑfu
sa ⁊ imitanda ser.primo de eodeꝫ co.vj.
Requies eterna bona est et opulenta ser
mone prio de sancto būdicto colum.v.
Resurrectionis mortuoꝝ efficax argumē
tum sermone.tj.de resurrectōe colum.tj.
In resurrectōe nostra tria notanf sermo.
secūdo ō sancto philippo ⁊ iacobo co.iiij.
Resurrectōis nostre vere a peccato est tri
plex argumentū sermone secundo de re
surrectione.columna tertia.
Retributio gloriosa ē insignita quadru
plici consideratione laudabili ser.primo.
de scō fabiano et sebastiano.colū.vij.
Rex bonus debet in se habere tria sermo
ne primo de sancto thoma apostolo.co.v.
Regis iustitia que et qualis esse debeat
sermone primo de passione dñi.co.ij.
Rubigo spūalis expellif tripliciter quē
admodum et corpalis.sermone tertio de
vigilia natiuitatis.columna prima.

S

Sabba interpretaf clamans et designat
feruoꝛem desiderij.sermone secundo de
epiphania.columna tertia.
Sabbatū sanctifcare est ab omni vicio
abstinere sermone secundo de omnibus
sanctis.columna octaua.
Sacra scriptura hortaf nos ad tria.ser
mone secundo de sancto stephano. colu
mna secūda. Cuiusꝫ sermones sacri sunt
pij ser.j.de sancto thoma cantbarensi.
columna sexta Ideo oleo ꝓpatur sermo.
primo de sancto ambroſio co.vj. Et eius
spūs spūalis designaf ꝑ nucleū.sermo.
secundo de sancto martino colū.vltima.
Sacrificium est quadruplex sermo. pri
mo ad vincula Petri.colūna quarta.
Sacrificioꝝ duo sunt genera.sermone
primo de thoma apostolo columna.viij.
Sagitta est triplex ser.secundo ne sancto
fabiano et sebastiano.colūna quarta.
Sanctus quilibet est deo dilectus ꝓ
pter quatuoꝛ sermone secundo de sancto
siluestro.columna secunda.

Sancti hospicium habere dicunt in cor/
dib⁹ nostris ser.ij.de oibus sanctis co.vij
Sancti sollicite orant p nobis.sermone
primo de sancto siluestro co.iiij.et signā/
tur p papes ser.ij.de eodē co.ix.Lentia au
tem eor ē quadruplex sermone primo ō
resurrectione dñi columna quinta.
Sancti tria solent petere in suis oratio/
nibus sermone primo de purificatōe ma
rie.columna prima.
Sancti diligunt a deo et hoibus pter q
tuor sermone.j.de sancto remigio co.ij.
Sanctor facta nobis ponunt in exem/
plar ser.ij.de sancto dionisio colū.iiij.
Sanctor arguto ad tria valet.sermo.j.
de apostolis simone ⁊ iuda.colūna.j.
Sanctificari debem⁹ quadrupliciter ser/
mone.j.de vigilia natiuitatis xpi colū.j.
Sapientia tria debet petere sermone pri
mo de sancto thoma apostolo.colū.x.
Sapientia coexigit humilitatē sermo.ij.
de iohanne euangelista.colum.iiij.
Sapientia est honorabilis sermone pri/
mo de sancta agatha colū.vij.Pura et
solida sermone primo de victore co.viij.
Spōsa aie pulcra et pudica sermo ij.de
assumptōne colū.v.Quieta pacifica spe
ciosa clara secunda sermone.ij.de sancto
Augustino co.viij.Generans in nobis
castitatem ⁊ honestatem ser.ij.de assum
marie colū.v.Patur quoq in suis p/
fessoribus exclusionē infamie.declamatō
nem culpe.et adeptionē vite eterne.ser.ij.
de sancto marco colum.iiij.Expellit etiaz
errorē hereticor.amorē tpalium et timo/
rem tormentor sermo.ij.de cōmemora/
tione sancti pauli.columna secunda.
Sapientie fructus est triplex ser.secūdo
de fabiano et sebastiano columna.iiij.
Sapientiā debemus amplecti duobus
brachijs ser.ij.de sancto eligio.co.nona.
Ad sapientie salutaris acquisitionē qua/
tuor requirunt sermone primo de fabia/
no et sebastiano.columna secunda.
Ad sapientiam diuinā ptinentia quedā
sunt publica quedam secreta sermone se/
cundo de sancto clemente.colū.quinta.
Sapientes huius mundi designant per
chusi.ser.primo de sancto martino co.vj.
Sapientis duo sunt opa.sermo.primo
de sancta Lucia columna secunda.
Scolaris boni sunt tres condictōes.ser.
secundo de sancto siluestro.colum.sexta.
Ad scolarium bonor pfectum duo requi
runt sermone primo de sancto Hieroni/
mo columna septima.
Sedes discretōis est in corde.ire in felle
fluuitie in iecore.sermo.secundo de san
cta agatha columna quinta.
Sepulcrū designat eterni gaudij secretū
ser.primo de conuersione pauli.
Sermo diuinus mundat audientem tri
pliciter sermo.ij.de sancta cecilia.co.vj.
Sermo peccatoris est sicut circulus au/
reus in naribus suis ser.j.de sancta mar/
gareta columna quinta.
Serui sunt duplices sc̄z christi et diabo/
li ser.j.de vigi.natiuitatis columna.iiij.
Signū triplex sermone secūdo de fabia/
no et sebastiano columna tertia.
Siluester designari potest p samuelē ser
mone.ij.de sancto siluestro colum.quar/
ta Et p iosiam eodē ser.colūna nona.
Simeon tria expectabat ser.primo de pu
rificatione marie columna tertia.
Simonia aliqua ē subtilis sermone pri/
mo de cathedra petri.columna secunda.
Simplicitas cordis est diligenda ser.se/
cundo de cena domini.columna tertia.
Solis duplex est actus sermone pmo de
sancto vincentio.columna tertia.
Sol iustitie nobis tria tribuit.sermone
iij.de vigilia natiuitatis.colum.iiij.
Solitudo bona est quadruplex sermone
primo de sancto siluestro colūna quinta.
Sors quadruplex repit in scriptura.ser/
mo.j.de sancto siluestro columna prima.
Spes fideliū ptat anchore sermone.j.
de barnaba colū.vij.et sapbiro sermone
primo de sancto bernbardo columna.vij

Spes fundat in fide eisdē. ser. et colū.
Spūssanctus datus ē apostolis triplici de causa. ser. j. de spūsancto colūna. v.
Spūssanctus missus est quadruplici de causa. ser. ij. de spūsancto. columna pria.
Spūssanctus tria operatur i nobis sermone. ij. de sancta trinitate. columna sexta.
Spūssanctus dr dulcis sup mel. sermo. primo de sancto barnaba colū. iij. Et ser. primo de sancta trinitate. colum. viij.
Spūssanctus predicatores suos solet replere quadrupliciter sermo. primo d sancto Gregorio. columna secūda.
Spūssanctus dat mīstris ecclesie ꝓpter quatuor. sermone secūdo de sancto MathEo columna secunda.
Spūs est triplex scz diuinus. humanus et angelicus ser. j. de angelis. co. prima.
Spūs angelicus dicit spūs bon⁹ ꝓpter tria sermone primo de angelis co. tertia.
Status apostolor designat p sapbiruz.
Confessor vero p smaragdum sermo. ij. de omnibus sanctis colū. x.
Status bolm est triplex sermone secundo de sancto martino colū. j. Et sermo. secundo de cōuersione pauli. colum. v.
Status vite presentis designat p cedar. ser. secundo de assumptōne colū. viij. Et p gabaon sermone primo de sancto Augustino. colūna septima.
Status defunctor est triplex sermo. primo de animab⁹. columna vndecima.
Stat⁹ peccator nolle tenebraz noiant ꝓpter quatuor ser. ij. de augu. colūna. ij.
Steffanus vidit deū tribus modis sermone de inuētōe sancti steffani. colū. iij. Et petijt a deo utiliter et efficaciter ser. j. de eodem columna penultima.
Steffanus dr vas auri. vas solidū oīni lapide precioso ornatū. sermone primo d eodem. columna sexta.
Sublimitas in tribus consistit ser. ij. de sancto iohanne euan. colū. vij.
Superbia quid sit ser. primo de sancto vincore colūna nona. Et qui sint ei⁹ effect⁹. sermone. ij. de annunciatione marie. cosecunda. Et designat p superbia. sermone secundo de omnibus sanctis. colū. ij.
Superbi designant p paleas. ser. primo de sancta lucia. colūna octaua.
Superioritas est triplex ser. primo de sancto iohanne euāgelista. columna. vij.

T

Tabernaculū est quadruplex sermo. secundo de assumptōe. columna sexta.
Templū est triplex sermone. ij. de purificatione columna vltima.
Testimonū nostre liberatōis dat pater tripliciter ser. j. de trinitate. columna. iij.
Similiter filius columna quinta. t spiritussanctus colum. vij.
Thabsis quō inter pretat sermone secundo de epipbania columna. iij.
Thesaurus est quadruplex ser. primo de sancto nicolao. columna prima.
Thesaurus adhuc triplex sermo. primo de epipbania colūna prima.
Thesaurus quando aperit eodē sermo. columna quinta.
Thomas cantbuariensis signat p simeonem onie filium sermone secūdo de thoma cantbuariēsi columna. vj.
Thorus iniquus quid est sermone prio de cōuersione pauli. columna nona.
Timor dñi tria operat in nobis sermone primo de sancta cecilia columna. iiij. Et alia tria sermone secundo de annunciatione columna sexta.
Timor dei est thesaurus sermo. secundo de sancto nicolao co. ij. Et ancilla ser. primo de vigilia natiui. colū. ij.
Timor dei sapientiā iniciat. confirmat t consummat sermone. ij. de annunciatōe columna sexta.
Transitum humanum ꝓcomitant quatuor conditiones sermone secundo de assumptione. columna prima.
Tribulatio nostra signat per mare ignez et aquam eodem sermone columna prima et tertia.

Tribulatio ad quid valet sermone secun
do de sancta agatha columna tertia.
Tribus est duplex sermone primo de cō
uersione pauli· columna sexta.
Trinitas personaꝝ cum vnitate essentie
ostendit tribus similibus· sermo. primo
de trinitate columna secunda.
Tubaꝝ vsus valet ad tria sermone secū
do de philippo et iacobo columna .ij.
Turturis que sit natura. sermone secun
do de sancto bernhardo. colūna sexta.

V

Vanitas est triplex sermone primo d̄ san
cto Laurentio columna quinta.
Vas est duplex sermone secūdo de san
cto ambrosio colūna prima. Et de reple
tione eorundē Ibidem et colū·iij.
Ve est triplex sermone secundo de annū
ciatione columna prima.
Ve huius mundi est triplex eodem ser
mone columna quarta.
Verbi diuini auditus ad tria valet ser
mone secundo de sancto Bartho· colū. v.
Verbum diuinū ꝓparat pluuie ser·iij·d̄
sancto francisco columna·iij. Et furculo.
sermone primo de sancto Andrea co.ij.
Et signat ꝑ oleū sermone primo de san
cto nicolao columna octaua.
Verbū diuinū dicit verbū glorie tripli
ci ratione sermone primo de sancto augu
stino colum·x· Et gratie medicine et vite.
sermone primo de circūcisione colū·iiij.
Verbū diuinū multū valet. sermo .ij. de
sancto Marco columna tertia.
Verbū dei est iocundū virtuosum ⁊ fru
ctuosum ser.ij. de circūcisione colū.iij.
Verbū diuinū est gladius spūalis ser.j.
de sancto eligio columna secunda·
Veritas est linea regularis sermo·j·de ca
pite ieiunij colum.v·Et compat soli ser
mone primo de margareta columna.vij.
Via est triplex sermone secūdo de sancto
remigio. columna secunda.
Via ad regnū ducens est duplex sermo
ne secūdo de sancto clemente colū.vij.
Et alie due ser·ij.de spū sancto co. prima
Via in hac vita duplex est sermone secū
do de sancta Lucia columna quinta.
Vicia supplantant ꝑ tria sermone p̄mo
de sancto iacobo columna secunda.
Victor sanctus quatuor vicit sermone.j.
de sancto Victore columna secunda.
Victoriā ꝑ quatuor obtinemus sermone
secundo de eodē columna quarta.
Vincentius vicit quadrupliciter sermo
ne primo de sancto vincētio. colūna sexta
Vincentius signat ꝑ equū album eodē
sermone columna sexta.
Vinculū est quadruplex sermone primo
de vincula petri colūna prima·
Vinum vetus habet tres ꝓprietates ser
mone·j. de iohanne euan. columna.iij.
Vir perfectus tria requirit sermone.j. de
sancto ambrosio columna sexta.
Virginitas signat ꝑ smaragdū sermone
primo de sancto bernhardo columna vl
tima.
Virgines signant ꝑ lapidē candidū ser
mo·ij. de oībus sanctis columna.x.
Virginalis status signat ꝑ desertū et so
litudinē sermone primo de sancto silue
stro. columna vltima.
Virtus designat ꝑ tbus sermone.j.d̄ scā
margareta columna sexta Et ꝑ stellas ser
mone·j. de sancta agnete columna.v.
Vita beata in tribus consistit sermone·ij·
de sancto nicolao columna sexta.
Vita beata qualia bona habet sermone·j.
de cena dñi colū·vltima. et sermone secū
cundo de sancta cruce colū.iiij·et.vij. et
sermone secundo de spinea corona colu
na quinta.
Vite nouitas in quatuor consistit sermo
ne.ij·de resurrectōe columna quinta.
Vita viri sancti qualis debet esse. sermo·
secundo de sancto francisco columna pe
nultima.
Vita beata signat ꝑ palmam sermone.j.
de sancto iohanne euangelista. columna
sexta.

Elite nostre cõformitas ad vitam christi in tribus cõsistit sermone tertio de sancto francisco columna septima.

Elite presentis defectus in quatuor statsermone .j. de animabus p totũ .j. pũctũ.

Elita pñs signat̃ per duos surculos sermone primo de asabus colũna .ij. Et rote comparatur sermone secundo de sancto Nicolao columna quarta.

Elita est triplex sermone secundo de sancta Lucia columna quinta.

Elita pñs dicitur odibilis sermone pño de conuersione pauli columna sexta.

Elitam presentẽ tria concomitant̃ eodez sermone columna sexta.

Elitam penitentis concomitant̃ tria. eodem sermone columna octaua.

Elngi debemus tripliciter sermone secũdo de capite ieiunij columna octaua.

Elorum est quadruplex. sermone primo de sancto augustino columna quinta.

Elulnus est triplex.

X

Xp̃s est verus medicus ⁊ fidelis et fortis amicus ser. ij. de sancta agatha. colũ. vij. et vltima Et sermone secundo de sancto Jacobo columna quarta.

Xp̃s est sol verus sermone tertio de vigilia natiuitatis colũna octaua. Et sermone quarto de eadẽ vigilia columna secũda Et sermone secũdo de sancto vincẽtio colũna penultima. Et ser. secũdo de purificatõne beate marie virginis colũ .ij. Et sermone secundo de spũsancto. columna tertia Et ser. j. de annũciatõe marie co. v.

Xp̃s est vera lux sermone secundo de sancto augustino columna secunda.

xp̃s est fons verus sermone primo de sancta trinitate colũ. v. ⁊ sermone .ij. de angelis colũna nona. Jpse etiam in die natiuitatis assumpsit nouitatẽ militaris nobilitatis. sermone tertio de vigilia natiuitatis columna septima.

xp̃s est panis angelorꝝ et hominũ sermone primo de natiuitate marie colũna .vij

Et ideo compatur mãne sermone primo de vigilia natiuitatis christi. colũna .vij.

xp̃s compatur flori ser. v. ỏ natiui. Et sermone primo de sancto remigio. colũ .ij.

xp̃s designari potest p noe ꝓpter quatuor sermone pño de natiuitate beate Marie virginis columna .j. Per samuelẽ sermone .j. de petro ⁊ paulo columna .v. Et per salomonẽ sermone secũdo de spinea corona colũ .iiij. Et per dauid sermone quito de natiuitate columna tertia. Et per oniam sermone .ij. de thoma cantuariensi. columna sexta Et per samaritanũ sermo. primo de circũcisione columna .iiij. Et p Jacob sermone secundo de ascẽsione co. quarta. Et p sampsonẽ ser. ij. de aiab⁹ colũ. quarta. Et p esau ser. iij. de sancto frãcisco colũ .v. Et p serpentẽ eneuz ser. pño de assumptõne marie colũ .iiij. et ser. j. de vigilia natiuitatis christi colũ .vij. Et per lignũ ex cuius tactu aqua amara in dulcedinẽ versa est ser. j. de vigilia natiuitatis co. vij. Et per vitulũ sermone .ij. de capite ieiunij columna sexta.

xp̃s est petra ser. j. de agnete co. iiij. Et sermone primo ỏ sancto vincẽtio co. iiij. Et ser. j. de sancto bñdicto colũ .ij. Et sermone .j. de sancto ambro. colũ .j. xp̃s etiaz ỏz esse fossa ser. j. de sancto bñdicco colũ .ij. Et ser. j. de sancta agnete co. iiij. Et ỏz iusticia ser. ij. de vigilia nati. colũ. prima.

xp̃s est homo diues agrũ bñs vberes fructus ꝓferentẽ ser. j. de sancto marbia columna .iiij. Cuius liberalitas designat̃ p manuũ eius fossurã ser. ij. de sancto Ambrosio columna .iij.

xp̃s ozitur quadrupliciter ser. iiij de vigilia natiui. colũ .vj. Et sermone quinto de natiuitate. columna prima.

xp̃s exiuit tripliciter sermone .j. de spinea corona columna quarta.

xp̃s nos cõsolat̃ tripliciter ser. j. de sancto barnaba colũ .j. Et nobis fidelibus ꝙuor impẽdit ser. j. de agatha co. vj. Et ỏz legat⁹ ser. j. de vigi. nati. xp̃i colũna .iij.

Xps in celum ascēdit cum insupabili po-
testate. cū honorabili societate. cum mi-
bili maiestate ser. j. de ascensione co. ix.
xps est summus pontifex sermone secun
do de ascēsione colū. vj. Et est exemplar
nostre vite sermone eodē colū. ij. Guber-
nat etiā doctor corda sermone primo de
sancto clemente columna quarta.
xps fuit vnctus quadrupliciter sermone
primo de passione dñi. colūna prima.
xps laudatur a tribus sermone primo de
annunciatione marie. columna sexta.
xps consueuit effundere quatuor sup ele-
ctos suos sermone primo de sancto Am-
brosio. columna prima.
xps habuit potentiā sapientiā bonitatē ⁊
imperiū. ser. iij. de sancto francisco co. j.
xps vicit falsitatē fortitudinē ⁊ vanitatē.
ser. j. de spinea corona. columna sexta.
xps synagoge dedit libellū repudij pluri-
bus de causis ser. j. de scō augu. co. iij.
xps fuit fructus humilis ⁊ sublimis ser-
mo. secūdo de scō ieronimo colū. vlti.
xpi tormenta dicunt mala punica sermo
ne primo de sancta trinitate columna. vj.
xps bis est exaltat⁹ sermone primo ō san
cta agnete columna tertia.
In passione christi debemus ꝓsiderare q̄
tuor ser. j. de passione dñi. colū. tertia.
xpi dolor augebat a tribus eodem sermo
ne columna quarta.
xps passus est ꝓ nobis q̄druplicīter eodē
sermone columna vltima.
xpi sanguis tria facit electis. ser. ij. de eo-
dem columna quinta.
De xpi testamento. ibidem.
xps surrexit tripliciter sermone secūdo de
resurrectione. columna prima.
xps est hostium sermone secundo de mar
co colū. iij. Et legifer rex ⁊ saluator eodē
sermone. colūna septima.
In xpi cruce gloriandū est ꝓpter quatu-
or. ser. primo de sancta cruce. colū. v.
xps per mortem crucis tria fecit. ibidem.

Sermones. Hugo
nis de prato florido
de Sanctis.

De Omnibus sanctis. Ser. I

Incipiūt sermones de sanctis p totū annū: editi a fratre Hugone de prato florido ordinis predicatorum.

Prologus

Lerabor ego sup eloquia tua ps. c. xviij. Sup eloqa dīna est letandum triplici ratōne. Primo quia sunt animas castas faciēntia. ps. xij. Eloquia dñi eloqa casta. Sicut enī iste sol visibilis istū aerē sensibilē radijs sue illustratōnis pfundit ⁊ pfundendo nec diuidit nec corrumpit, sic eloquia diuina aīas sanctas radijs suis illustrāt ⁊ illustrando sine corruptōne fecundant. Sapientie. iiij. Ōīm pulcra est generatō casta cū claritate, ecce q̄ fecūdatōem sapientie castā nominat. attamē generatōem esse pnūciat. Secō eloqa diuina sunt inflammātia. ps. c. iiij. Eloquiū dñi inflammauit eum. sicut enim iste sol visibilis simul habet illuminatōnem ⁊ calorem, ita eloquia diuīa sic aīas sanctas illustrāt q̄ ad amorē dei ⁊ proximi ipsas inflammāt. Iere. xxiij. Nunquid non verba mea q̄si ignis. Tercio eloquia diuina sunt confortantia. Dan. x. Loquere dñe confortasti enim me. sicut enī mater lugētē puulū pſolat ex oīs iōe et applicatōe vberū. sic nos dñs desolatos pſolat ex inspectōe ⁊ cognitōe scripturaꝝ. Canti. j. Exultabimus ⁊ letabimur in te memores vberū tuoꝝ. Quo sunt in sacra scriptura quibus nos dñs quasi vberibꝰ cōsolatur. Primū est pſolatio presentiū bonoꝝ. Isaie. j. Si volueritis ⁊ audieritis me. bona terre comedetis. alterū ē pmissio futuroꝝ. vnde seruo bene operanti dñs promittit centuplū accipies ⁊ vitam eternā possidebis. ⁊c. Rogemus ergo deum ⁊c.

De Omnibus sanctis. Sermo. I.

Sicut letāti um oīm habitatio est inte. Ad honorē sāctoꝝ omniū. In verbo ppo sito notātur duo. Primo notatur sanctoꝝ omniū mansio secura. cū dicitur omniū habitatio est inte. Secō notatur secure mansionis iocūda possessio. cū dicitur sicut letantiū. Sāctoꝝ ergo omniū notatur secura māsio. cū dicit. omniū habitatio est inte. Actuum. xvij. In ipso viuimus. mouemur. et sumus. Sciendū ergo in principio. q̄ habitatio est vera sine simulatōe. mūda sine inquinatione. eleuata sine depressione. eterna sine defectione. Primo ergo habitatio vera est sine simulatōe. Gen. xxv. Jacob vir simplex habitās in tabernaculis. Jacob interpretat lucratoꝝ. q̄ dē signant fideles cristiani. qui in hoc mūdo in quodā luctu sunt positi. ⁊ q̄ duobꝰ brachijs debent luctari. s. brachio circūspectōis ne ab aduersario decipiant ⁊ deijciant. j. Pe. v. Eligilate q̄ aduersarius vester diabolus circuit querens quē deuoret. debent etiā luctari brachio dilectōis. vt a domino stabiliant ⁊ fortificent. Canti. viij. Fortis est vt mors dilectio. mors tante est fortitudinis. q̄ omnes generaliter ad terram deijcit. Qui ergo deū diligit ab ipso diligetur. Prouer. viij. Ego me diligentes diligo. vel ex ipa dilectōe ne in lucra corruat a domino roborat. vir ergo fidelis debet esse luctator. debet et esse simplex. i. sine plica duplicitatis siue fallacie. deus enī simplicitatis amator. ⁊ duplicitatis detestator. contra multos qui sunt sicut sophiste dialetici qui ex apparentia exteriozis sāctitatis. ⁊ defectu latētis iniquitatis ducūt homines ad pclusionem siue peruerse persuasionis. Sed dñs tanquam bonus logicus. hoc sophisma dissoluet p dissolutōem multiplicis. Mathei. xxiij.

a ij

Liber monasterij sancti pauli ordinis sācti benedicti in Trajecto ibidem

Diuidet eū partemꝫ eius ponet in ipo critis vt in aīa puniaf vetme qui nō moritur. crucietur igne qui nō extinguif. fidelis ḡ xp̄ian? debz esse sic iacob vir simplex. habitās in terra in tabernaculo. Gen. xxv. xiij. Apparuit dñs abrahe sedenti in hostio tabernaculi sui. Tabernaculū est corhūanū. in isto tabernaculo debemus habitare. Exodi. xij. Nullus vestrū egrediatur hostium domus sue. hostiū huius tabernaculi dicif esse ꝓsensus bonus. p ipm em̄ ꝓpositū bonū ad tabernaculū cordis ingrediet ibi custodif quousqꝫ in partū boni opis producaf. Johā. x. Ego sū hostiū. si quis p me introierit saluabif. Ad custodiā istius hostij debent duo hostiarij deputari. sicut isti magnates bñt hostiarios suos qui inimicos expellūt. et amicos introducūt. sic timor est hostiari? qui repellit inimicū. Eccle. j. Timor domini expellit peccatū. Iste hostiari? cū magna sollicitudine hostiū suū debet custodire. ne cōtingat inimicū intrare. ij. Regū. iiij. Filij remon. berochite. rechab. et banaa ad ysboseth introierūt. et ipm sup stratum suū occiderūt. Et sequif. em̄ ancilla hostiaria purgās triticū obdormierat. Secdus hostiarius est amor. qui introducit aiam Can. iij. Tenui eum nec dimittā. donec introducā in domū matris mee. et in cubiculū genitricis mee. Secdo habitatio sanctoꝝ est mūda sine coinquinatōe. ps. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo. aut quis requiescet in monte sancto tuo. innocens manibꝫ et mūdo corde. dñs ecclesiā militātē sub duplici noīe describit. tabernaculi scz. et mōtis. et hoc quantū ad duo genera hoīm in ecclesia exīntium. actiuorū scz. et contēplatiuoꝝ. Actiui designātur nomine tabernaculi. tabernacula em̄ sunt militantiū. Hume. xxiiij. Cū vidissz balaā exercitū filioꝝ israel. dixit. Quam pulcra sunt tabernacula tua iacob. tentoria tua isrl. vnde et actiui q̄ milites cristi sunt in bello laboris multiplicis ꝓstituti. Contemplatiui āt signanf noīe mōtis. Isa. xl. Sup montē excelsū ascēde tu qui euāgelisas syon. isti sunt ꝓdicatores qui dicunt ascendere supeminentiā mōtis. i. scientie et sanctitatis. et inde dñt ad deū eleuari p celsitudinē cōtēplatōnis. Iste etiam due vite p martham et mariam designant. quaꝝ altera sollicitaf et turbaf erga plurima. s. martha. audit vero altera cū quiete et trāquillitate. audit verbum dñi. s. maria. Luce. x. et sicut dicit Grego. ps maria ita laudaf. q martbe non vituperatur. In istis duobꝫ duo genera religiosoꝝ designant. quidā enim sunt fortes corpore. ebetes mente. et isti dñt aliis ministrare. et alij sunt ingenioſi et apti mēte. et isti cū maria debent cū omni diligentia verbum dñi audire. et in scripturis sacris studere. Sed tanta est puersitas hoīm. q illi qui possent in sacra scriptura. pficere. volunt officiales et ministeriales esse. et sub hoc pallio p campos licētie discurrere. alij āt qui sunt fortes corpore nolūt fratribꝫ deseruire. & dicūt q velint orare vl studere. et sic vix inueniunf aliqui qui sint ꝓpti seruitijs suis. sicut ego video q artiste disputant q̄stiones theologoꝝ. theologi vero questiones artistaꝝ et philosophoꝝ. et sic quilibet trāsgredif limites suoꝝ finium. Prouer. xxij. Ne trāsgrediaris termios antiquos quos posuerūt patres tui. In tabernaculo vite actiue habitat innocēs manibꝫ p bonā opatōez. Job. xxij. Qui lauabif immūdicia manuū suaꝝ. in mōre vite ꝓtemplatiue habitabat mūdus corde p ꝓtēplatōez diuinoꝝ. Mat. v. Beati mūdo corde. q̄m ipi deū videbūt. Tercio habitatio sanctoꝝ est eleuata sine cēpteſsione. Eccle. xxiiij. Ego in altissimis habitauiq thronus meus in columna nubis. Ista verba sunt sapientie increate. q̄ dicit in altis. altrioribꝫ. altissimis ihabitare. in altis. quātū ad statū subditoꝝ. in altrioribus. quātū ad statū ꝓlatoꝝ. in altissimis quantum ad statum spirituū beatorum.

De Omnibus sanctis. Ser. I.

Quãtũ ad statũ subditoꝝ in ꝑs. dr. Accedet bõ ad coꝛ altũ ⁊ exaltabit deus, bõ ad coꝛ altũ ascẽdere dr. qñ ꝓceptis tpalibꝫ ad eterna eleuat ⁊ sic de⁹ in coꝛde eleuato exaltat. Quãto eñ equ⁹ altioꝛ est supꝫ quẽ sedet miles. tanto eleuatioꝛ est miles qui equo insidet. Scõo habitat dñs in altioribꝫ quantũ ad statũ ꝓlatoꝝ. j. Regũ. x. Saul ab humero ⁊ sursũ altioꝛ fuit vniuerso ꝓplo. btus Grego. Talis debz esse ꝓlat⁹ vt eius ꝓpatõe ꝓplus grex dicat. qñto eñ ꝓlatus alios excedit in dignitate. tãto eos excedere debz in scientia ⁊ sãctitate. Tercio habitat dñs in altissimis qntum ad statũ spirituũ btoꝝ. hec eñ sunt altissima q fecit de⁹ magnalia. ista cõdictio ageloꝝ fuit altissima qntũ ad creatõez magnalia etiã fuerũt sibi collata qntũ ad cõfirmatõem. Isa. vj. Vidi dñm sedentẽ supsoliũ excelsũ, qntũ ad statũ sue creatõis ⁊ eleuatũ qntũ ad statũ sue cõfirmatõis. sapiẽtia ergo increata habitat in altissimis in natura diuinitatis. Qz thronus ei⁹ in colũna nubis ꝑm naturã bũanitatis, tronus est sedes iudicis, iudiciũ ãt datũ est xpo ꝑm naturã bũanitatis. Jo. v. Pater non iudicat quẽqꝫ. sz oñe iudiciũ dedit filio. Nubis colũna est btã ẏgo maria. Isa. xix. Ascẽdet dñs supꝫ nubẽ leue, btã maria dr nubes leuis, qꝛ ab omni sarcina pcti tã originalis qꝫ actualis liberata, et quanqꝫ xpm intra vterũ suũ cõcluserit, tñ supꝫ eã ascẽdere dr, qꝛ ipam scõm naturã diuinitatis trãscẽdit. Nubes visionẽ solis nobis tpat, vt sol sub nube videat. q nõ ꝑt videri in rota, sic filius dei qui in natura sui inuisibilis est, ꝑ assũptã bũanitatẽ in terris visus est cũ hoibus cõuersat⁹ est. Baruth. iij. Nubes ardorẽ nobis obtẽpat. sic btã maria irã filij sui cõtra pccores interpellãdo, ꝑ ipis mitigat, vñ ei sic cãtam⁹. Eya ergo aduocata nostra. Nubes vmbrã facit. sic virt⁹ altissimi obumbrauit ei. Lu. j. Spũs sãct⁹ supueniet in te ⁊ virt⁹ altissimi obumbrabit tibi. vmbra generat ex duobꝫ ex lumine scz ⁊ corpe, qñ igit lux incorporea in btã virgie corp⁹ suꝑfluit ex lumine ⁊ corpore vmbrã fecit. Quarto habitatio sãctoꝝ ẽ eterna sine defectõe. ij. ad Thorin. v. Scim⁹ qꝛ si terrestris domus nra hui⁹ habitatõis dissoluat. q edificatõez a deo habebim⁹ domũ nõ manufactã. sz eternã in cel. Dom⁹ nra est corp⁹ in q tanqꝫ in domo lutea habitam⁹. ista ãt domus de necessitate corrũpit. qꝛ ex ptrarijs cõponit et in cõtraria resoluit. ⁊ ex resolutõe dissoluit. qñ pauper nõ bñt nisi vnicã domũ qñ corruit vel cõburit. mlti tristant. sz diuites hoies q mltas bñt mãsiones si vna corruat vel ꝓburat ex aliaꝝ possessiõe ꝓlat. sm istũ modũ loquit apls. qꝛ si dissoluat dom⁹ nra cõsolari debemus. qꝛ parat nobis habitatio eterna, in q est quies sine ꝓturbatõe aliq. ps. Hec requies mea in seculũ seculi, hic habitabo qñ elegi eã. sic ergo primo notat scoꝝ oĩm secura mansio cũ dr habitatio est in re. Scõo notat secure mãsiõis iocũda possessio cũ dr sicut letantiũ. Sciendũ ergo q in illa solẽnitate supna leticia oĩm scoꝝ est letitia vera. Isa. lj. Gaudiũ ⁊ leticia inueniet in ea, grãrũ actio ⁊ vox laudis. Dist̃ iguamus ista qtuoꝛ sic. vt dicat gaudiũ ꝓpter remissionẽ pccoꝝ. leticia ꝓpter exercitõez meritoꝝ. grãrũ actio ꝓpter euasiõez periculoꝝ. vox laudis ꝓpter assecutõez oĩm bonoꝝ. Vñ sicut dr in. ps. Exultãt sãcti in gl̃ia letant in cubilibꝫ suis. sicut isti reges et imꝑatoꝛes duplex festũ solẽt facere pr̃incipib⁹ suis. speciale scz. vt sigillatim ꝓmendo cũ ipis in camera. ⁊ generale inuitãdo eos cõiter in pallacio vel in aula regia. sic dñs festum spẽale in alijs solẽnitatib⁹ facit sãctis suis q̃i ꝓuocando in camera. quod notat cũ dr in cubilibus suis. in sanctis enim ꝓpter preeminentias prerogatiuarũ sunt specialitates solennitatum. sicut apostoli habuerũt prerogatiuam in

a iij

conuersione populoꝝ martires in supatione tyrannoꝝ Cõfessores in cõfutatõe hereticoꝝ ꝛ eruditõe indoctoꝝ Virgines in refrenatõe carnaliũ concupiscẽtiarum et puritate conscientiatũ Apoca. vij. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione. quantũ ad cõcupiscẽtiarum refrenatõem et lauerũt stolas suas ꝛ dealbauerũt eas. quantũ ad cõscientiaꝝ puritatem Sic ergo dñs sanctis suis facit cõuiuiũ qsi speciale in alijs solẽnitatibus. sed hodie in illa supna ciuitate generalis curia mãdat. et omnes ad conuiuiũ regium inuitantur Hester. ij. Jussit assuer parari conuiuiũ p magnificũ cũctis principibus p pũcti one ꝛ nuptijs Secõ ẽ ibi leticia magna .j. Jacba. iiij. Ornauerũt faciẽ tẽpli coronis aureis ꝛ dedicauerũt altare dño et facta est leticia magna in pplo Templuꝫ dr coꝛ bñantũ. j. Choꝝ. iij. Tẽplũ dei sanctũ est quod estis vos huius tẽpli facies conscientia dicitur qꝛ sicut hõ ex facie dinoscit. sic ex testimonio conscientie vtrum sit electus vel reprobus cognoscetur. j. Choꝝ. iiij. Veniet dñs qui illuminabit abscondita tenebraꝝ ꝛ manifestabit consilia coꝛdium et tunc laus erit vnicuiq; a dño ex testimonijs scz cõscientiaꝝ facies hui⁹ tẽpli dicitur ornari facies dicit pinnaculuꝫ anterius in istis eñ magnis ecclesijs diuerse imagies sculpũtur reges ꝛ alie multe imagines sic sũt aliqui qui in pietibus ecclesiarũ cũ magnis sũptibus diuersas imagines depingi faciũt ꝛ vtinã diligenter cogitarẽt de pictura qui dei imagies ꝛ deformes similitudies sũt Spũaliter faciees nostri tẽpli coronis aureis dr ornari ẽm retributõem duplicis pmij substãtiaꝝ scz ꝛ accidẽtalis Substãtiale pmiũ cõsistit in visione dei Accñtale vero ex prerogatiua excellentie alicuius virtutis sicut doctoꝛibus ex pꝛogatiua cognitõnis in viu. rationali debẽt corona sapie Prouer. iiij. Dabit capiti tuo augmẽta gratiarũ ꝛ corona inclita pteget te ꝛ sicut martiribus ex prerogatiua fortitudinis in virtute irascibili debetur coꝛona victorie Jacobi. j. Beatus vir qui suffert tentatõem qm cũ pbatus fuerit accipiet coꝛonã vite Et sicut virginibus ex pꝛogatiua repressionis cõcupiscẽtiaꝝ carnaliũ incõcupiscibili debetur corona virginalis palme Can. iiij. Veni de libano sponsa mea veni coꝛona beris Libanus interpretaꝫ candidatio ꝛ p candoꝛe mundicie debetur coꝛona virginalis palme Exodi. xxv. faciesq; supra coronã aureã in qua signaꝫ retributio pmij substantialis ꝛ sup illã aliã coꝛonã aureã in qua signatur retributio pmij accñtalis Sic ergo ornauerũt faciẽ templi coꝛonis aureis. sequiꝫ Et dedicauerũt altare dño Altare est coꝛ humanũ qd dño dedicatur qñ irreuocabiliter ad eius laudẽ ꝛ gliam cõsecraꝫ In dedicatõe altaris ꝛ ecclesie tria solent cõferri. scitas. decoꝛ et immunitas Vtõ in illa supna ciuitate in illi⁹ dedicatõis solennitate triũphantis ecclesie tria collata sunt sanctis scz sãctitas q̃ nõ pt violari Decoꝛ qui non pt deturpari. Immunitas que non pt infringi sequiꝫ Et facta est leticia magna in populo In dedicatõe ecclesiaꝝ solẽt viri et mulieres de villis remotis ad ecclesias cum leticia magna venire vt indulgẽtias que ibi ab epis cõferuntur possint habere et oratiõnũ que in ecclesia fiunt pticipes esse Dicsũmus pontifex in solẽnitate dedicatõnis illius ecclesie triumphantis dat indulgentias ꝛ bñdictões bonoꝝ oĩm plenariã pticipatõem Vath. xxv. venite bñdicti patris mei ꝛc Tercio aũt scõꝝ leticia est sũma. j. Pe. j. Exultabitis leticia inenarrabili ꝛ glorificata reportãtes fidei vre finẽ salutẽ aiarum vrãꝝ recte illa leticia summa pt dici de qua dicit apls petrus qꝝ est inenarrabilis Isa. lxiij. Oculus non vidit deus absq; te q̃ prepasti diligẽtibus huius leticie lras sed tñ signatas. apostolus accepit qñ raptꝰ ad terciũ celũ audiuit archana verba q̃ nõ licet hoĩ loqui.

Sed istarum litterarum sigillum nobis aperuit qñ suprema leticia nobis ꝓpalauit. i. ad cor. ij. qđ oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascendit. q̄ ꝓparauit deus his qui diligūt eū. exultabimus ergo leticia inenarrabili & glorificata. hoc ē a deo qui falli nō ꝑt gloriosa reputata. ps. Gloriosa dicta sūt de te ciuitas dei. Quarto illa leticia est eterna. Isa. xxv. Leni ent in syon cū laude & leticia sempiterna erit sup caput eorum. syon interpretat specula. Hoīes in specula ponūtur vt ea que desiderāt de longe ꝓtemplētur. vt ipsis visis iter arripiāt. vt ea assequātur. sic nos modo q̄ de longe illa gaudia cōtemplamur. et ad illa ꝓsequēda iter accipimus. qñ ab isto mortali corpe a deo vocamur. Quodo nra speculatio est obscura. qz videmus ꝑ speculū et enigma. Sed tunc erit speculatio clara. qñ xp̄m videbimus facie reuelata. ij. cor. iij. Nos vero oēs reuelata facie dñi gloriā speculātes. in eandē imaginem trāsformamur. a claritate in claritatem. a claritate fidei in claritatē rei. a claritate vie in claritatē patrie. sic ergo venient in syon cū laude & leticia sempiterna erit sup caput eorū. nō dicit in capite sed sup caput. quia sicut video q̄ sicut homo in aquā ꝓfundā submergitur caput eius altitudine & ꝓfunditate opitur. sic immēsitate illius glorie aīa quātumcūq̄ sciā nō poterit caput suū ad hoc erigere. q̄ possit ad ullius glorie celsitudinē attingere. illa em̄ gloria sic est intra qđ est supra. vñ cū dīs seruū bonū & fidelē in gaudiū introducit. nō dicit ip̄m intrare gaudium dñi. quia oīe ꝓtinēs maius est cōtento. Sed dicit serue bone et fidelis intra in gaudiū dñi tui. ad quod nos ꝑ.

De oīb̄us sanctis. Sermo scōs.

Accēdite ad gētem quietā et habitantē confidenter. Iere. xlix. In verbo ꝓposito describitur status sanctorum a tribus. Primo ab eminētia vite. cum dr ascendite. Secūdo ab intima tranquillitate. cū dicitur ad gentē quietā. Tercio a summa securitate. cū dicitur et habitantē confidenter.

Quantū ad primum ꝓponit nobis vita sanctorum in exemplū. quantū ad duo seqntia monstrat nobis eorū gloria. vt ad ea trāsdamus ꝓmeritū & assequamur vt premium. Primo ergo ꝓmendat sc̄z status scōrum ab eminētia vite. cū dr ascendite. Et sciendū est q̄ exemplo sanctorum tripliciter debemus ascēdere. primo ꝑ terrenorū contemptū. scdo ꝑ celestiū appetitū. tercio ꝑ ꝓfectōis obtentū. Primo ergo debemus ascendere ꝑ terrenorū ꝓemptū. iiij. Reij. Ascende calue ascende calue. Caluicies nihil aliud est q̄ corpalis denudatio frōtis. ex amissione capillorum. sic caluicies spiritualis nihil aliud est q̄ ꝓfessio voluntarie paupertatis. et contēptu terrenorum. Sed notandū q̄ bis dr ascēde calue. ascēde calue. qz hō religiosus terrena nō solū debet dimittere quantū ad realem possessionem. sz etiā quantū ad interiorē affectionē. Sed de multis religiosis ꝑt dici. qđ dicit poeta. Fronte capillata post est occasio calua. satis mōstruosum esset. si homo ex pte posteriori esset decaluatus. et ex parte anteriori depressa cesarie obumbratus. Istud accidit in multis religiosis. qui in ꝓfessione sue paupertatis rpalia sua tanq̄ ea q̄ retro sunt dimittūt. sed in pte anteriori hoc est in mēte tanq̄ depssa cesarie cōcupiscētijs inardescūt. Leui. xiij. dicit. q̄ ille qui curabatur. debebat radere capillos capitis et barbe. et supcilia & pilos totius corpis. Per capillos qui subtiliter

dilectione. Eccle. vj. amicus fidelis protectio fortis. Qui autem inuenit illum inuenit thesaurum. Ysti reges et potentes ideo solent thesaurisare vt possint ad thesaurum suum tempore necessitatis recurrere, sic solēt fideles mortis certitudinem habentes horaz aūt mortis penitus ignorantes testamēta sua cum magna delectatione condere, et sic bona sua in vsus paucorum tanꝯ in thesauro recondere, vt inde pauperes bona ipsoꝝ recipientes teneantur eos loco et tpe iuuare, et hoc precipue in purgatorij afflictione. Eccle. vj. si possides amicum in tentatōne posside illum, in tentatione scz illius purgatorie afflictionis. de qua. ecclē. xxvij. Clasa figulj probat fornax. et hōies iustos tentatio tribulationis. Tercio debemus esse fidelibꝰ defunctis amici feruentes in orōe. Cant. viij. Qui habitas in ortis amici auscultant te. Fac me audire vocem tuam. Ista pñt esse verba dñi ad suffragia fideliū defunctorum et hortantis. debemus habitare in ortis. id est in ecclesia militante. in q̄ debemus esse tanꝯ arbores fructuose, pferentes fructus opationis bone. vt possimus fidelibus defunctis subuenire. Vñ Can. iiij. Ecclesia ortus conclusus dicit. ortus, pter pductionem bonorum operū. Sed dicitur conclusus, pter custodiam mandatorum. Iste ortus etiā mūnitus est p̄ ꝓpugnacula cōsilioꝝ amici nostri in purgatorio positi volūt audire nostre pie supplicatōnis vocem, qui sumus in orto meritorum cōstituti, nec immerito. quia p̄ suffragia bonoꝝ breuiatur pena iustoꝝ in purgatorio existentiū. Josue. x. dicitur. q̄ iosue rogauit dñm vt non moueretur sol contra gabaon. nec luna contra vallē baylon. et ibi dicitur q̄ steterit sol p̄ spaciū vnius diei obediente deo voci hominis. si ergo elongata est dies ad vocem vnius hominis ad impugnationē inimicorum, fortiori ratione ad supplicatōem omniū fideliū breuiabit̄ pena iustoꝝ in purgatorio positorum, propter quod dicit dominus illud quod sequitur. fac me audire vocem tuam. Dominus enim libenter audit vocem columbinā mansuetā et bulem luctum pro gemitu habentem. Judith. ix. nō enim superbi tibi ab initio placuerunt. sed humiliū et mansuetorū semper tibi placuit deprecatio. Tercio ponūt fideles in purgatorio constituti rationem scilicet inuocationis cum dicit. quia manus domini tetigit. Sciendū q̄ manus domini quandoq̄ se extendit per largitionem benefactorum, quandoq̄ tangit per purgationem peccatorum, quandoq̄ eripit per liberationem purgatorum. Primo ergo manus domini se extendit p̄ largitionem bonorum. Prouer. j. vocaui et renuistis. extendi manum meam et non fuit qui aspiceret, vocaui ad penitentiam. et renuistis, pter cordium vestroꝝ duriciam. Extendi manum meam per beneficiorum largitionē, et non fuit qui aspiceret propter nimiā ingratitudinem. sed eorum sequitur damnatio, cum dicitur. ego in interitu vestro ridebo. Secūdo tāgit manus domini p̄ purgationem peccatorum. Job. ij. Mitte manum tuam et tāge os eius et carnem eius, et videbis q̄ in facie benedicat tibi, sathan qui beatū Job acceperat ad flagellandum dicebat. Mitte manum tuam, hostis enim antiquus super nos nihil habet nisi a domino permissus. Nec mirum si nihil super dignitatem hominum qui nisi a deo permissus potuit in gregem porcorum. Math. viij. Si eicis nos hinc mitte nos in gregem porcorum. Diabolus nihil intendebat nisi sancti iob afflictionem interiorem et exteriorem, vnde dicebat. Tange os eius quantum ad afflictionem interiorem, et carnem eius quantum ad afflictionez exteriorem. Intendebat etiam anime sancti viri subuersionem, vnde dicebat. et videbis q̄ in facie benedicat tibi, sed quia diabolus disponebat ad fraudē. dominus

ordinauit ad coronam. nec fuit flagellatus a domino sanctus vir propter demeritum peccatorum. sed propter cumulum meritorum et augmentum premiorum. ¶ Tercio manus domini eripit per liberationem purgatorū. ps. cxliij. Emitte manum tuam de alto. eripe me et libera me de aquis multis. ¶ Bene purgatorij quandoq; dicuntur aque propter abundantiam. quandoq; ignis propter acerbitatem. et tam de abundantia penarum q̄ de acerbitate consueuit dominus suos liberare. Isaie. xliij. Cum transieris per aquas tecum ero. et flumina nō operient te. cum ambulaueris in igne non combureris. et flamma non ardebit in te. quia ego sum dominus tuus sanctus israel saluator tuus. sic ergo dominus liberat suos a locis penarum. q̄ ipsos eleuat ad gaudia sanctorum. Ad que nos perducat.

¶ De scō Martino Sermo primus.

AB infantia creuit mecum miseratio. Job. xxxj. In verbo proposito notantur duo. a quibus commendatur beatus martinus. ¶ Primo enim commendatur a dulcedine affectus pietatis. cum dicitur miseratio. ¶ Secundo a fecunditate status proficientis et diuturnitate temporis. cum dicitur creuit mecum ab infantia. Sciendum ergo q̄ compassio in quatuor consistit. ¶ Primo in detestatione peccatorum preteritorum vt pereant. ¶ Secūdo in cautela futurorum. ne fiant. ¶ Tercio in reuelatione miserie proximorū. ne egestate deficiant. ¶ Quarto in eruditione indoctorum. ne a tramite veritatis exorbitent. ¶ Primo ergo cōsistit miseratio in detestatione peccatorum vt pereant. Michee. vj. Indicabo tibi o homo quid sit bonum. et quid dominus requirat a te vnicq; facere. Judicium. hoc dicitur in discussione anime causarum. et diligere misericordiam. et hoc in liberatione anime peccatorum vinculis alligate. et sollicite ambulare cum deo tuo. hoc dr̄ per cautelā et circumspectione vite. Deutro. iiij. Custodite animas vestras sollicite. Debet enim homo custodire a superiori. ne elatōe euanescat. ab inferiori. ne voluptate sordescat. ab interiori. ne per negligentiaz torpescat. ab exteriori. ne immoderatis cupiditatibꝫ exardescat. ¶ Secundo consistit miseratio in cautela futurorum peccatorum. ne fiāt. Eccle. xxxvj. Miserere nostri deus oīm. et respice nos. et ostende nobis lucem miserationum tuarū. Tria dicit contra tria que facit peccatum. reddit enim miseruz. et quantum ad hoc dicit miserere nostri. Apoca. iij. Tu dicis quia diues sum. et locupletatus et nullius egeo. et nescis quia tu miser es. et miserabilis et pauper. et cecus et nudus. Tu dicis quia diues sum. thesauro virtutum. et locupletatus incremento bonorum operum. et nullius egeo scilicet fulcimento aliorum. Ita dicit ypocrita. sequitur. et nescis quia tu miser es in affectu. et miserabilis in intellectu. et pauper miseria peccatorum. et cecus ignorantia agendorum. et nudus carentia virtutum. ¶ Secundo peccatum facit hominē vilem et abiectum. contra quod dicitur. et respice in nos per gratiam acceptantem. que facit hominem deo charum. animo uendo seruitutem et conferendo spiritus libertatem. Ro. viij. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. sed spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. ¶ Tercio peccatuz reddit hominem incircumspectum. cōtra quod dicitur. et ostende nobis lumen miserationum. non recte ambulat homo cū sibi relinquitur. Piere. x. Scio domine quia nō est hominis via eius. nec viri est vt ambuler et dirigat gressus suos. homo enim sibi derelictus ambulat vias elationes montosas. voluptate lutosas. errore

rtuosas/sollicitudine spinosas/odio vel rancore saxosas. Tercio consistit miseratio in releuatione miserie proximoru3 ne egestate deficiant. Eccle.xviij. Miseratio hominis circa primu3 suum/misedia autem dei super omnem carnem. Miseratio hominis debet esse circa proximum suum propter eternum supplicium vt euitetur. Tobie.iiij. Elemosina ab omni peccato et a morte liberat et non patietur ire aias in tenebras. Secundo debet esse miseratio hominis circa proximum suum/propter futurum premium vt acquiratur. Ibimo.iiij. Quomodo poteris ita esto misericors. si multum tibi fuerit abundãter tribue. si vero exiguum tibi fuerit etiã exiguum libenter impartiri stude/premium enim bonũ thesaurisas tibi in die necessitatis. Tercio propter charitatem que est concordia mentium. vt conseruetur. j. Johan. iij. Qui habuerit substantiam huius mũdi et viderit fratre3 suum necessitatem habere/et clauserit viscera sua ab eo quomodo charitas dei manet in eo/in fidelibus enĩ christi debet esse vnitas cordium. Actuum.iiij. Multitudinis autez credentium erat cor vnum et anima vna in deo. Hanc vnitatem cordium debet sequi distributio rerum. ij. Thor. viij. Vestra abundantia inopiam illorum supplet. Quod bene impleuit beatus martin? Cum enim diuisset dominus/qui habet duas tunicas det non habenti. Hoc beato martino non suffecit sed pallium quo operiebatur diuisit et pauperibus distribuit. Helyas pallio diuisit aquas vt trãsiret iordanem. iiij. Regum. ij. Sed beatus martinus pallium diuisit vt releuaret pauperis egestate. Joseph diuisit pallium vt vitaret fornicationez. Geñ. xxxix. Beatus martinus diuisit pallium. vt calefaceret christum in membris suis frigus sustinentem. vnde in legenda eius. martinus adhuc cathecuminus hac veste me contexit. sic ergo miseratio hominis debz esse circa proximu3 suum. Misedia autem domini super omnez carnem id est hominem (et non dicit circa sed super cum loq̃tur de misericordia domini/quia misericordia domini superat omnem miseriam hominis. ipse enim preuenit voluntatem hominis. ps. lviij. misericordia eius preueniet me/coronat perseuerantez. ps. ciij. qui coronat te in misericordia et miserationibus. Quarto cõsistit miseratio in eruditione indoctorum. ne a tramite veritatis exorbitent. Eccle. xviij. Qui misericordiam docet et erudit. quasi pastor gregem suum. et sequitur. Nonne ardorem refrigerabit ros. sic et verbum melius q̃z datum. Tria dicit quantum ad tres status hominum. scilicet incipiẽtes. et respectu illorum debet esse eruditio. id est extra ruditatem positio/proficientes quantum ad illos dicit docet. perfecti quantum ad illos dicit quasi pastor gregem suum. Sicut enim grex regitur voluntate pastoris. sic homo religiosus qui est in statu perfectionis debet duci voluntate prelati sui siue superioris. Et preponit sapiẽs elemosinam spiritualem corporali. cum dicit q̃ verbum melius est q̃z datum. elemosina enim corporalis non ordinatur nisi vt indigentiam proximi releuet. sed elemosina spiritualis q̃ est in doctrina verbi dei dirigit intellectum/ne a tramite veritatis obrret/reprimit appetitum ne indebitis honoribus anhelet. mitigat affectum ne cupiditatibus estuet. refrenat effectum ne in ordinatis voluptatibus se inclinet. Beatus ergo martinus non solũ subsidio corporali sed etiam spirituali/proximoru3 inopiam releuauit. et ipsos telis spiritualibus ad impugnandam eorum audaciaz muniuit. ij. Jacha. xv. Armauit eos nõ clipei aut hastę munitione/sed sermonibo optimis et exhortationibus frequenter cõtra hereticos disputauit. et eos mirabiliter confutauit. Augustin? Aduersus garrulos rõnatores/elatiores q̃z capaciores

rationibus catholicis et similitudinibus ꝓgruis ad assertõez defensionẽqꝫ fidei est vtendũ/sic ergo primo ꝓmendaꝫ beatus martinus affectu pietatis·cũ dr miseratõ

Sequiꝫ/creuit mecũ ab infantia/vbi cõmendaꝫ a fecũditate status ꝓficiẽtis ex diuturnitate tpis/Creuit igitur btũs martinus ẽqdrupliciter/Primo in executione mãdatorꝫ in statu militari/Secõ in aggressione ꝓfitorꝫ in statu monachali/tercio in regimine subditorũ in statu epali/quarto in opatõe miraculorũ ad ostensionẽ virtutis dei et interioris sanctitatis/Primo ergo creuit btũs martinus in executione mandatorũ in statu militari. Geñ.xxj.creuit ysaac et ablactatus est·fecitqꝫ abraam grande conuiuiũ in die ablactatõis eius. Ysaac interpretaꝫ risus/in quo homo fidelis qui se exercet in mãdatis euangelij cristi signaꝫ/qui nõ ex tristicia aut ex necessitate sed ex amore illa implere tenetur/Breuis em̃ differẽtia noui ⁊ veteris testamenti est timor ⁊ amor/sicut dicit Augustinus/Iste debet crescere vt de bono in melius incedendo semp ꝓfectior habeaꝫ·Jo.xv.Posui vos vt eatis ⁊ fructũ afferatis et fructus vester maneat· Posui vos nõ vt sedeatis vt claudi.non vt iaceatis vt porci·non vt circũeatis vt vagi.non vt retrocedatis vt ebrij·sed eatis vt nũcij/ad brauium supne vocatõnis destinati/et afferatis fructum bone opationis.et fructus vester maneat in horreũ eternitatis·sequiꝫ·Et ablactatus est·in ablactatõe signatur recessus a dulcedine voluptatis carnalis/que necessaria est ad executõem mandatorũ dei ⁊ declinationez iniquitatis/Isa.xxviij·Quẽ docebit sciẽtiã/⁊ quẽ intelligere faciet auditũ/ablactatos a lacte/auulsos ab vberibus·ps·cxviij·A mãdatis tuis intelleri/ꝓterea odiui omnẽ viam iniquitatis/sequiꝫ·Fecitqꝫ abraã grande conuiuium in die ablactatõis eius. Abraam interpretatur pr̃ multarũ gentiuz/in quo signaꝫ cristus/qui est pr̃ oim credentiũ.

Et iste pater conuiuium facit/qñ hoiem a dulcedie voluptatis carnalis abstrahit/et ad mandatorũ suorum executionem inducit. Apoca.iij/Si quis audierit vocez meã p mandatorũ sciz intelligentiã/et aperuerit mihi ianuam p eorũ executionẽ·intrabo ad eum/p gr̃e infusionem.et cenabo cum illo et ipse mecum/p mutuam cõdelectationẽ.delicie em̃ sunt homini habere deum socium· et delicie sunt dño habere corda fideliũ·puer.viij.Delicie mee esse cum filijs hoim/quomodo aũt in executione mandatorũ dei creuit btũs martinus/ in legenda eius in pluribꝫ locis cõtineꝫ.

Secõ creuit btũs martinus in aggressione ꝓfitorũ in statu monachali·puer.iiij Justorum semita quasi lux splendens ꝓcedit ⁊ crescit vsqꝫ ad pfectam diem/semita est director vie·in quo signãtur religiosi/qui et supra stratam pubilcam mandatorum addere debẽt compendiũ consiliorum/qđ signatur·ij.Regũ.xviij·vbi dicitur qꝫ currebant achimaas et chusi/curritqꝫ achimaas p viam compendij ⁊ pervenit citius ad dauid/achimaas interpretatur fratris mei onus. In quo signatur religiosus qui supra se accepit dñicum iugum siue onus·Matth·xj.Tollite iugum meum supra vos/et sequitur. iugum meum suaue est et onus meum leue/Chusi interpretatur archanũ siue ꝓfunditas·in quo signantur sapientes huius mundi. qui profundi sunt in cogitationibus suis Isti non curant de via compendij/imo deridẽt et impediunt volentes aggredi·j.Chorinteorum·j.Elidere vocationem vestram fratres quia non multi sapientes secundum carnem/non multi potentes. nõ multi nobiles.sed que sunt stulta mũdi elegit deus.vt confundat sapientes· Istorum iustorum semita hoc est aggredientium viam compendij debet esse quasi lux per mundiciam/splendens per boni exempli ostensionem/procedens per meritorum cumulationem/et hoc vsqꝫ ad p/

fectam diem p finalez perseuerantiā vsqz ad supernam visionem. Psalmo. lxxxiij. Melior est dies vna in atriis tuis super milia. Tercio creuit beatus martinus et debet crescere quilibet bonus prelatus in statu prelationis. in regimine subditorū. iij. Regum. iiij. Dauid proficiens et seipso semper robustior. Domus autem saul decrescens quotidie. Dauid interpretatur manu fortis. aspectu deliderabilis. et signat prelatum qui debet esse fortis per constantiam. aspectu desiderabilis. ppter sapientiam. iij. Regum. x. Vniuersa terra desiderabat videre vultum salomonis. vt audiret sapientiam in corde eius. Iste dauid id est prelatus debet esse proficiēs per doctrinam. Hieremie. xij. Plantasti eos et radicem miserunt et faciunt fructum. Istud dicitur de prelatis quos plantat dominus. Isti faciunt fructum vt beatus martinus et sui consimiles. Sed sunt alij qui plantantur ab hominibus. Osee. viij. Ipsi regnauerunt et non ex me. principes extiterunt et non cognoui. Isti non faciunt fructum sed fructum destruunt. Sed tales magni vocatores hodie libentius eligunt qz animarum zelatores. Danielis. xiiij. Nonne tibi videtur esse bel deus viuens. an non vides quanta comedat et bibat quotidie. Sic ergo debet prelatus esse proficiens per doctrinam. sed semper seipso robustior per patientiam. Prouerbiorum. xix. Doctrina viri per patientiam dinoscitur. Sequitur. Domus autem saul decrescens quotidie Saul interpretatur abutens. in quo heretici designantur. qui auctoritatibus sacre scripture abuuntur. isti tempore beati martini decreuerunt quia ab ipso frequenter superati fuerunt. eorum vanitatem refellendo per solidam veritatez. Augustinus de doctrina christiana. Gratanter recipit osculum columbinum pulcerrima et delectabilissima charitas. dentez vero caninum vel euitat charissima bumilitas. vel retendit solidissima veritas. Quarto creuit beatus martinus miraculorum operatione ad ostensionem virtutis dei et interioris sanctitatis. Ecclesia. ij. Coniungere deo et sustine. vt crescat in nouissimo vita tua. Beatus martinus fuit coniunctus deo per vinculum charitatis. sustinuit autem per fortitudinem sapientie in aduersis. et ideo in nouissimo creuit vita eius choruscando miraculis. Ipse enim fuit beatus homo diues qui post aurum non abijt. nec speauit in pecunia et thesauris. imo inuentus est sine macula. et ideo nō est mirum si fecit mirabilia in vita sua. Ecclesiastici. Luce. simo primo. quia ergo beatus martinus plenus fuit miseratione et misericordia. plenus charitate et mundicia. Ideo modo mundo corde videt deum in gloria. Ad quam nos perducere dignetur qui sine fine viuit et regnat. Amen.

De sancto Martino Sermo II.

Benedictionez omnium gentium dedit illi dominus. Ecclesiastici. xliiij. In verbo proposito commendatur beatus martinus. et quamuis quilibet confessor in verbo proposito possit commendari. tamen specialiter hoc verbum pertinet ad commendationem beati martini. Status enim ecclesie distinguitur in partes tres. seculares scilicet regulares et pastores. Beatus martinus fuit in hoc statu triplici seculari. regulari. pastorali. etiam in hoc statu dominus ei benedixit. Vnde de ipso proprijssime dicitur. benedictionem omniuz gentium dedit illi dñs. Primo ergo fuit in statu seculari. ad quē statum triplex benedictio requiritur sine

qua nō est salus secularibus. Prima est eruditionis, secunda remissionis, tercia largitionis. De bñdictione eruditionis. Hebre. vj. Terra sup se sepe venientē bibens ymbrem & germinans herbā opportunam illis a quibus colitur, accipit bñdictionem a dño. Terra sunt humana corda que debent struere ymbrē diuine eruditionis, vt germinent & pducant fructū bone opationis. Deutro. xxxij. Cōcrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meū. Eloquium diuinū est sicut nauis que p aquas sapiētie salutaris deducit aiam vsq; ad fontem eterne beatitudinis, vbi potatur et inebriatur aia torrēte summe voluptatis. ps. inebriabuntur ab vbertate domus tue. Ista ergo terra sic debet ymbrem bñdictionis portare, vt possit herbaz oportunā in se sementem bone opationis habentem germinare, sicut em in veteri lege erat maledicta sterilis que priuabatur fructu ventris, sic in noua lege maledicta est aia sterilis, que nō repletur fructu bone opationis. Sed terra oportune germinans a deo recipit bñdictionez. talis terra fuit beatus martinus, quia sicut de eo legitur, cum esset annoz. x. ad ecclesiam pfugit, secq; fieri cathecuminū postulauit, et ideo a dño bñdictionem accepit, puer. x. Bñdictio dei sup caput iusti. Secda bñdictio in statu seculari est remissionis. Joelis. ij. Quis scit si puertatur & ignoscat, et relinquat post se bñdictionez. Aia misera p peccatū a deo auertitur, nec ipsi facie ostendit sed dorsuz vertit, et i deo dñm adorare nolentes dorsum, nec conuertentes facie ad ipsum. Hiere. ij. Converterunt ad me tergum & non facie. Peccatrix ergo aia reuertere, vt dñs intueatur te, et si non audes ostendere dño faciē tuam sciens ipsam peccatoz fuligine denigratam. Trenoz. iiij. Denigrata est super carbones facies eoz. Laua ipsaz p lacrimosam confessionez. ps. Lauabo p singulas noctes lectum meum, lacrimis meis stratum meū rigabo, hoc est p singula peccata lachrimis meis lauabo, ipse em̄ desiderat eā videre. Cant. ij. oñde mihi facie tuā, et sequif. facies em̄ tua decora. Quis scit ergo si puertatur et ignoscat deus. Dei p pprium est misereri semp & pcere, vñ sicut dulce puocat appetitum, & sicut adamas attrahit ferruz, ita dñs de culpa trahit ad gram pre magnitudine miserationum suarum. Cant. i. traxe me post te curremus in odore vngentoz, et cū sic dñs aiam ad seipsum traxerit, post se bñdictōnem dereliquit. Job. ix. Dies mei pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut poma odorē bonū post se relinquūt, ita cum dñs aiam traxerit a culpa ad statum gre, relinquit in ea nitorem pscientie, et odorez bone fame. Banc tñ bñdictionem btūs martinus bene habuit. De ipso legitur primo de statu militari, q liber fuit ab illis vicijs q; bus illud genus hoim implicari solet. Et ideo dicit. eccle. xj. Bñdictio dei in mercede iusti festinat. Tercia bñdictio in statu seculari ē largitōis. ij. cor. ix. qui pce seminat pce & metet, et q seminat in bñdictionib; de bñdictionib; & metet vitā eternā, p similitudinē seminis horat nos deus ad elemosinaz & largitōez, quia sicut ex paucis seminibus multas fruges colligimus, ita ex elemosinis paupib; impēsis magnā retributōz recipiemus. huius largitōis forma & exēplar fuit btūs martinus. q tpe nēcitatis paupi indigēti chlamydē diuisit, eiq; media ptez distribuit. magn? dñs btūs vir, & laudabilis nimis, q dñm iesum xp̄m ad vestes suas tenuit, vñ dictū est voce saluatoris. martinus adhuc catheczuminus hac me veste opterit, & vixerat dñs qui hz duas tunicas det vnā nō habenti, & nō dixit q hz vnā dimidiet nō habēti, vñ btūs martinus pfectōi euāgeliste supererogauit, vñ elemosinas illius enarrabit oīs ecclesia sanctoz. eccle. xxxj. elemosinā bti martini nō solū nō narramus q eccia & tēplū eius fumus. & pietes

ecclesiarum et domorum in quibus pau/peri diuidens suum pallium depingitur. ¶Secundo fuit beatus martinus in statu regulari quia fuit monachus. et in isto sta tu triplex est benedictio. ¶Prima est volũ tarie subiectionis. secunda deuotionis. ter cia est orationis. ¶Prima ergo benedictio religiosi est voluntarie subiectionis/ eccle. iij. ¶Benedictio patris firmat domos filiorum. ¶Nos celestis patris benedictionez accipimus quando nostris superioribus cum humilitate et deuotione obedimus/ Eccle. iij. ¶Filij sapientie ecclesia iustorum/ et natio illorum obedientia et dilectio. talis autem debet esse obedientia boni regularis/ vt relinquat posse nosse et velle/ qđ bene signatum fuit actuum. ix. in conuersione pauli. vbi legimus q̃ cecidit in terram super faciem suam/ in casu notatur. q̃ amittebat suam potentiam/ ¶Qui enim cadit se non esse potentez ostendit. ¶Johã. xxi. ¶Cum esses iunior cingebas. et ambulabas vbi volebas/ cum autem senueris extendes manus tuas et alius cinget te et ducet te quo tu non vis/ ¶Religiosi debẽt esse senes non tam multitudine annorum/ q̃ gravitate morum/ relicta leuitate secularium lasciuiarum/ isti debent extendere manus suas per desiderium supernorum/ istos cingunt prelati cingulis precepto. consiliorum/ et regularium institutionum. ¶Secundo religiosus non debet habere p̃prium nosse. vnde de paulo dicitur/ q̃ apertis oculis nihil videbat/ sic regulares ad religionem venientes quantecunq̃ sint sapientie/ debent tamen omni simplicitate et humilitate obedire. ¶Religiosi solent merito male tractari qui sapientes videntur culpas suas/ defendentes et rationes proponentes ad excusandas excusationes in peccatis. j. Chorin. iij. ¶Si quis videtur inter vos sapiẽs esse in hoc seculo. fiat stultus vt sit sapiens. ¶In religione enim plus laudatur rusticitas sancta. q̃ superbia docta/ q̃ ergo beatus martinus monachus vere obediens fuit. et obediendo superiores suos honorauit. ¶Philipp. ij. ¶Humiliauit semetipsum factus obediens/ ideo a domino benedictionem accepit. Eccla. iij. ¶Honora patrem tuum vt superueniat tibi benedictio a deo. ¶Secunda benedictio religiosi est deuotionis. Gen. xxvij. ¶In pinguedine terre et in rore celi desup erit benedictio tua. ¶Anime multorũ sunt aride pinguedine deuotionis destitute/ quibus nec placent orationes. nec correctiones. nec religionis discipline. isti possunt dicere/ quod legitur numeri. xj. ¶Anima nostra arida est/ et ideo pinguedinem deuotionis a domino debent petere. sicut faciebat dauid qui dicebat/ ¶Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea. et vt exaudiretur eorum petitio debent facere sicut industriosi faciunt/ qui gallinas macillentas iuxta pingues in basta ponunt. vt macillente irrorẽtur a pinguedine pinguiorum. sic in religione fratres aridi deberent se coniũgere melioribus/ et magis deuotis. sed non ita faciunt/ ¶Sed deuotos homines abhominando derelinquũt. et quilibet ad voluntatem suam suum inuenit gulemerum. ¶Proner. xxix. ¶Abhominantur impij eos qui in via recta sunt. ¶Beatus martinus in pinguedine diuine gratie et deuotionis fuit repletus. Genes. xlix. ¶Aser pinguis panis eius/ aser intelligitur beatus martinus. qui tanta pinguedine deuotõnis repletus fuit. q̃ in domo conscientie sue panis et pictantia refectio deuotionis delicios fuit/ sicut vir religiosus commendatur a pinguedine deuotionis. ita commendari debet a certa expectatione superne remunerationis. sicut enim ros ardorem solis nobis obtempe/rat ita expectatio certa superne remunerationis labores nostros mitigat. vñ Gregorius. Cõsiderato premij minuit vim flagelli. nec tritura aree fatigati murmuramus si vberratẽ p̃mioꝝ cõsideramus. ¶Ro. viij. ¶Nõ sunt ꝑdigne passiones hui?

temporis ad futuram gloriam. que reue/labitur in nobis. Ber. Clere non sunt cō/digne ad preteritam culpam que remitti tur ad futuram gloriam que promittitur./

Tercia benedictio viri religiosi. est oratiōnis. Sapi. xvi. Oportet solem preueni re ad bñdictionem tuam. et ad ortū lucis adorare te dñe. Viri religiosi in monasteriis ꝓstituti bene solent solē ad benedictionem preuenire. quia solēt ante diē ad horas matutinas ad bñdicendū deū. et laudandū surgere. et huius ratō est. qz nō habent illos tumultus in vigilijs nocturnis. quos solent habere in clamoribus seculi. Osee. ij. Ducā eum in solitudinē. et loqr ad cor eius. Dñs non vult secreta sua in foro. et molendino reuelare. et ideo animā cui secreta reuelat vult in solitudinez. hoc est in carentia tumultuū ꝓsistere. sic ergo oportet solem ante bñdictionem preueni re. sequit. et ad ortū solis adorare te dñe. Ortus solis ē charitas gratie nos illustrātis. que dum in cordibus nris oritur. magis. et magis ad rogandū dñm incitamur. et vult dñs nos ab ipso petere qđ ipse paratus est nobis dare. Luce xj. Petite. et accipietis. pulsate et aperietur vobis. et totū dñs ad vtilitatē nostrā cōuertit. quia ad ipsius exhortationē orando cor nostrū dilatatur. ꝙ dilationem ampliatur vt dona dei in maiori abundātia recipe possumus. Math. xxv. Dedit vnicuiqz ꝓm ꝓpriam virtutem. Tercius status sancti martini fuit pastoralis. et in illo statu triplicē bñdictionem assecutus fuit. Prima benedictio fuit ꝓsecrationis. secūda prędicatōis. tercia eterne retributionis. Prima ergo bñdictio fuit ꝓsecrationis. ps. Preuenisti eum in bñdictionibꝫ dulcedinis. posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Dñs preuenit beatū martinū ad culmen dignitatis pastoralis. hūiles enim qui dignitates refugiūt a dño preueniūtur et ꝓficiūtur. sed ambicioſi qui totis viribus ꝓcurant ꝓfici. dñm preuenire volūt et qñz turpiť repellūť. Iz btūs martinus a dño fuit preuētus. et hoc in bñdictione dulcedinis. Quāte enī dulcedinis fuerit de ipso legimus. Dum enī in morte eius dicerent discipuli sui. salua sunt ꝑmia tua potius nostri miserere quos tales/piꝫ visceribus commotus fleuisse ꝓhibetur et dixisse. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem fiat voluntas tua. Ecce quāte dulcedinis beatus martinus. iam enim quasi vnum pedem habebat in paradiso. et si placuisset domino ꝓ vtilitate discipulorum volebat remanere. hic est apis dominica de qua Eccle. xj. Breuis in volatilibus apis et initiū dulcoris habet fructus eius. Apis succos amaros florum colligit. et ipsos in mellis dulcedinem cōuertit. sic sancti viri quicquid sustinent ꝓpter christum per deuotionem sibi in dulcedinem cōuertunt et mel de petra. et oleum de saxo durissimo sugūt. Deutrono. xxxij. Sugeret mel de petra et oleum de saxo durissimo. sequitur. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Hoc fuit in die consecrationis quādo in archiepiscopū thuronen. consecratus fuit. quā do mitra pontificalis que circulum aureum solet hr̄e capiti suo imposita fuit. Eccle. xlv. Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis. et tunc a domio benedictus benedixit populo domini. Eccle. xxxvi. Secundum benedictionem aaron da populo tuo. Aaron de mādato domini consecratus ꝑ moisen. Exodi. xxix. Fundes oleū vnctionis super caput eius. Et hoc ritu consecrabitur. vnde ex hoc cōsuetudo inoleuit. ꝙ gratia episcopi consecrati benedicunt populis. Unde cum solenniter celebrat episcopus Clamat dya conus humiliate vos ad benedictionem.

Secūda benedictio quam habuit in statu pastorali fuit predicationis. Prouer. xj. Qui abscondūt frumenta maledicentur in populis. benedictio domini super ca

put vendentium frumenta sunt scripture sacre verba que non debent abscondi sed in publico ꝓponi et per diligentes exposiones dicuntur vendi sacre scripture et ipso noīe venditōnis exprimere qz sicut ꝑ multa verba ad ꝓsummationē contractus deuenit ita per multa verba ad lucidam cognitōis spūalis intelligentiā peruenitur. Spūalis eñ intelligēcia in sacra scriptura est sicut nucleus in testa quia dum duriciā obscuritatis sacre scripture ꝑfidem ꝛ lucidā expositionem frangimus ad dulcedinē nuclei spūalis intelligēcie peruenimus. hanc bñdictionē habuit beatus martinus qz et frumēta sacre scripture ꝑfecte ꝑ ꝓdicatōz dispēsauit ꝛ ꝓtra hereticos acrime disputās pugnauit. eccle. xxxix. Bñdictio illius q̄si fluuius inundauit ⁊ terram bñdictio quā habuit btūs martinus in statu pastorali fuit eterne retributōis. ij. Pe. iij. in hoc vocati estis vt bñdictionē hereditate possideatis. qñ principes seruientibus suis dāt possessiones ad virā suā curialitas est sed nō est plena. sed qñ dāt eis ꝛ heredibus suis tūc est possessio hereditaria ꝛ est curialitas ꝑfecta. ſm istū modū loquit scriptura qñ dicit in hoc vocati estis ⁊c. Ro. viij. si filij ꝛ heredes. heredes quidē dei coheredes aūt christi. hāc bñdictionē habuit btūs martinus. Gen. xxiij. ingredere bñdicte dñi. Cur ibi eñ para est bñdictio eterne retributionis. Ad quam nos ꝓducere dignetur. ⁊c.

De sancta Cecilia Sermo primus.

Mulier timens dñm ipsa laudabitur. puer. vlti. In verbo ꝓposito describitur beata Cecilia a tribus. Primo a cōditione seruus naturalis. cum dicit mulier. Secōdo ab humilitate debite subiectionis. cū dicit timēs deū. Tercio ab honore digne ꝓuersatōnis. cū dicitur ipsa laudabitur. Quantū ad primū sciendū ꝙ beata cecilia fuit mulier sedula. mulier sc̄a. mulier fortis. siue firma. Primo ergo btā cecilia fuit mulier sedula. eccle. xxvi. Cōta mulieris sedule delectabit virū suū ⁊ ossa illius impinguabit. Btā cecilia dicit mulier sedula qz discreta ⁊ argumentosa. vñ de ipsa legit. Cecilia famula tua quasi apis argumētosa deseruit tibi. argumentū est graue ⁊ ad soluendū difficile. quia apis amaros succos flozz colligit ⁊ in ducedinē mellis ꝓuertit. eccle. xj. Breuis in volatilibz est apis ⁊ initiū dulcoris habet fructus eius. Cecilia dz recte mulier argumētosa qz valerianū sponsum suū quē quasi leonē ferocē accepit ad vrbanū episcopū quasi agnū mansuetū trāsmisit. et ꝓsensum in carnalē copulā in ꝓsensuz obseruātie sue virginitatis ꝓuertit. ecclesia. xxv. In tribz placuū est spūi meo q̄ sunt ꝓbata coram deo ⁊ hoibz. Concordia fratrū. et amoz primoz. et vir et mulier sibi inuicē consentientes. mulier sedula virū suū delectauit qz ardorē carnalis ꝓcupiscētie in dulcedinē ⁊ dilectōem castitatis mutauit. sequit. et ossa illius impinguabit. ossa sunt virtutes. qz sicut in ossibz ꝓsistit fortitudo corꝑalis. sic in virtutibz fortitudo spūalis. ista ossa in luxuriosis sunt arida. qz ardore carnalis concupiscētie desiccata. Job. xxxi. ignis est vsqz ad ꝓsumptōez deuorās ⁊ oīa eradicās virtutum genimina. sz ista ossa in ꝓximētibus sunt pinguia. qz adipe et pinguedine interioris dulcedinis ⁊ deuotōis repleta. ps. lxiij. pinguescēt speciosa deserti. Desertū dz btā cecilia. qz cōsortio carnalis copule minime fuit sociata. Ista dicit speciosa cādore virginitatis. pīguis adipe interne deuotōis. Job. xxj. viscera eius plena sūt adipe ⁊ medullis ossa illi irrigant. Secōdo fuit btā cecilia mulier scā. Ecci. xxvi. gra sup gram mulier sancta et pudorata. omnis autē ponderatio nō est digna continentis anime. sicut sanctitas pertinet ad dispositionem mentis. ita pudor pertinet ad dispositionem corporis. Tunc in muliere dicitur gracia su-

per gratiam esse. quando sanctitati mētis additur verecundia pudoris. homines verecundi solent in facie et maxime in genis rubore perfūdi. et hoc facit ad augmētum pulchritudinis. Cantic. iiij. sicut fragmen mali punici ita gene tue. fragmen mali punici habz rubozē qui facit ad mali punici pulcritudinem ꝛ cōmēdatiōem. sic ergo pudoz reddit virginem cōmēdabilem. ita et irreuerentia reddit eam vituperabilem. Ecclesiastici. xxvj. ab omni irreuerētia occulozum eius caue. et huius rationem reddit beatus Augu. quia impudicus oculus impudici cozdis ē nūcius. vnde sicut dominus ad beatissimaz ⁊ginem ꝛ pudozatā misit angelum bonū. sic mulier in continens tanqz angelū malum mittit irreuerentiaz oculoz̄. sic ergo super gratiam mulier sancta ꝛ pudozata. ℣ sequitur. omnis ponderatio nō est digna continētis anime. ꝛ huius ratio est. q; pōderatio auri vel argenti est bonum fortune. continentia autē est bonum gratie. qđ incompabiliter excedit bonum fortune. ℣ ponderatio auri vel argenti replet archā continentia replet mentem. ponderatōez auri vel argenti ꝓcurat cupiditas hominī. continentia autem est donū dei. Sap. viij. sciui quia aliter non possum esse continēs nisi deus det. Bta ergo cecilia fuit mulier casta. et ideo felix. quia thozum in delicto nesciuit. Sap. iij. felix est incoinq̄nata. q; nesciuit thozū in delicto. habebit fructum in respectione animarum sanctarum. vnde cantantibus organis cecilia decātabat dicens. fiat domine coz meum et corpus meum immaculatum. vt nō confundar. ℣ Tercio fuit beata cecilia mulier fortis siue firma. ℣ Prou. vltimo. mulierē fortem quis inueniet. procul ꝛ de vltimis finibus erit precium eius. Ista questio de fortitudine mulieris non in portat in possibilitatem. Sed difficultatem. Istud enim videt esse difficile in sexu fragili. maiorez audaciam et fortitudinem quam in pugilibus et militibus reperire. Beata cecilia fuit mulier fortis. que in fragilitate sexus femineī habuit animū masculini generis. ij. Macha. vij. mirabilis et bonoruz mēoria digna repleta sapia. feminee cogitationi masculinum animum inserēs. sic ergo beatam ceciliam mulier ē esse fortem inuenimus. ℣ Sequit. procul ꝛ de vltimis finibus est precium eius. isti nobiles solent filijs in remotis ptibus vxores q̄rere. et eas sibi in matrimonio copulare. sic ille qui habitationem habet in celis beatam ceciliam sibi desponsauit in terris. ij. Chor. xi. Despōdi enim vos vni viro. virginem castaz exhibere christo. sic ergo describitur beata cecilia a cōdictione sexꝰ naturalis. cum dicit mulier. ℣ Secūdo describit ab humilitate debite subiectionis cum dicitur timens deū. Ad obseruātiā aūt timoris domini totis viribus studere debemus. quia sine timore dñi in nullo bono spirituali ꝓficimus. ꝛ p timorē dñi ad omne opus bonum nos erigim?. sed spiritualiter sciendum est. q; sunt tria bona que operatur in nobis timor domini. ℣ Primū est expulsio peccati. ℣ Secūdum est executio boni. ℣ Tertium est conseruatō sācti ꝓpositi. et bone opationis. ℣ Primū ergo bonū q; facit timor. ē expulsio peccati. Ecci. i. Timor dñi expellit peccatū. ℣ Nam q̄ sine timore est. nō potent iustificari. ℣ timor dñi ē sicut scoba domū cōsciētie mūdās. et ab ipsa immūdicias expellēs. ps. Exercitabaz et scopebā. qz requirit exercicitū et diligēs studiū ad hoc. q; hō scopa cōfessionis possit mūdare spm̄ suū. ℣ Item timor dñi est sicut discretus bostiarius. q̄ amicos dñi sui introducit et inimicos expellit ps. Iniquos odio habui. ℣ Item timor dñi est sic medicina purgatiua. q̄ malos hūores cōmouet. cōmotos expellit. et p? expulsiōz sanitatē in corpe derelinq̄t. ps. cōmouisti trā. ꝛ cōturbasti eā. sana cōtritiones. qz ꝓmota ē cōmouisti trā. liberi arbitrij. ꝓ recordatōz perpetrati sceleris. conturbasti

eam per dolorem contritionis/ commota est vsq; ad vocem lacrimose cõfessionis. Et ideo sequitur sanitas contritionis per remissionẽ peccati cõmissi. sic ergo timor ¶ dñi expellit peccatũ. Et sequit. Nã qui sine timore est nõ poterit iustificari/ nec mirum q; sicut seta introducit filũ/ sic timor dñi introducit charitatẽ q̃ est excellentior via veniẽdi ad patriã. j. cor. xij. adhuc excellentiorẽ viã vobis demonstro. ¶ Itẽ sine timore dñi nõ poterit aliquis iustificari/ q; sicut ad hoc q; aliquis accedat ad terminũ ad quẽ/ oportz q; recedat a termino a quo. sic ad hoc q; aliquis accedit ad iustitiã oportz q; recedat a peccato/ puer. xv. p timorẽ dñi declinat oĩs a malo. ¶ Itẽ sine timore dñi nõ pt aliquis iustificari/ q; sicut sine semine nõ fit cõceptio nec pturitio/ nec ptus emissio. Sic sine timore dñi non fit fructus spũs salutaris assecutio. Isa. xxvi. vbi nos hẽmus a facie tua. alia trãslatio habet. a timore tuo dñe concepimus/ & quasi pturimus & peperimus spiritũ saluatis. ¶ Scõm bonũ qõ facit nobis timor est exlecutio boni. eccle. xv. Qui timet deũ faciet bona/ & timor enĩ dñi est sic aculeus pũgens asinũ & faciẽs illũ currere ad molendinũ/ vñ timor dñi vltra hoc quod facit nos declinare peccatũ facit nos velociter incidere de bono in bonũ. ¶ Item timor dñi est sicut accipiter quo viso auicule timẽt & velotiore volatu fugiẽdo festinãt. pũs. Timor & tremor venerũt super me. et sequit. Quis dabit mihi pẽnas sicut columbe & volabo & requiescã. vñ poeta Pedibus timor addidit alas. ¶ Nota bile est. q; nõ dicit qui timet deũ faciet bonũ sed bona. Nã ex vna radice surgit vna arbor q̃ in ramos dilatat folia & flores et fructus ꝓdensat/ sic ex timore dñi viri iusti aĩa ad oĩe bonũ ampliat. eccle. j. plenitudo sapie timere deũ. et plenitudo a fructibus illius/ glo. quãto aliquis magis timet deũ tãto fructibo bonoz operũ est plenior/ timor enĩ dñi nõ est ociosus/ facit enĩ nos q̃libet die facere vnã dietã. donec veniamus ad illã supnã/ & manentẽ mansionem. Hebre. vlti. Non habemus hic manentem ciuitatem/ sed futuram inquirimus. ¶ Tercium bonũ quod facit in nobis timor dñi est cõseruatio sancti ꝓpositi et bone opatõnis. eccle. xxvij. Si nõ in timore dñi tenueris te instãter cito subuertet domus tua/ timor domini est sicut cementum lapides edificij spũalis coniũgens et ꝓglutinãs/ ne p diuisionẽ lapidũ ab inuicem domus ruinam minetur. Vnde si cut ꝓter timorẽ inimicorum hoĩes porẽtes edificant castra et ea muris firmis et turribus circũdant/ sic nos ex timore domini contra hostes inuisibiles. vrbem virtutum construi et eam muro et antemurali inuocatõnis dine fortitudinis munimus. Isa. xxvj. Urbs fortitudinis nostre. saluator ponetur in ea murus et antemurale/ et sicut tempore obsidionis castroruz speculatores poni consuerũt. qui clamant alagarite ad iactus petrarum. et tunc hoĩnes se abscondunt ne interficiãtur ictibus petrarum. sic nos ex conceptõe timoris dñi vicia fugimus. et nos ab ira diui ne indignationis abscondimus. Geñ. iij Vocem tuam audiui domine in paradiso. eẽ timui et abscondi me. ¶ Tercio describit beata cecilia ab honore digne conuersationis. cum dicitur ipsa laudabitur. ¶ Sũt autem tria que beatam ceciliam reddunt commendabilem. ¶ Primum est dulcedo misericordie/ scõm est fortitudo victorie. tercium est beatitudo patrie. ¶ Primo ergo commendatur beata cecilia a dulcedine misericordie. pueri. vlti. Date illi de fructu manuum suarum/ et laudent eam in portis opera eius. fructus manuuz est distributio elemosinarum. hunc fructum manuum habuit beata cecilia/ que larga manu elemosinas pauperibus distribuit. ¶ Unde de ipsa legitur q; pauperibus quos nutrierat dimisit vniuersa que habuit/ et sancto pape vrbano tradidit ꝓmẽdatos

Dixit nāq; adhuc triduanas mihi popo/
sci inducias. vt istos tue beatitudini tra/
derem. et hāc domū meam in ecclesiā con
secrares; vñ de ipa p̄t dici quod legit̄ pro
uerbi. vlti. manū suam aperuit inopi/ & pal
mas suas extēdit ad pauperē. Cōtra mul
tos qui semp manū tenēt clausam/ nesci/
unt facere de pugno palmā. vt palmas su
as extendant ad paupes. Sequitur. Et
laudent eam in portis opa eius. glo. In
portis id est in die iudicij/ Nam in portis
solebāt antiquitus iudicia terminari. vel
in portis id est in ingressu regni celestis.
vbi laudant nō hōim fauores supuacui.
sed opa ipsa que fecit ipso examināte. & p
bante et remunerāte cui est honor et glo/
ria in seculū seculi. Secō laudatur be
ata cecilia a fortitudine. Judith. xiij. be/
nedictus dñs qui hodie nomē tuum ita
magnificauit. vt non recedat laus tua de
ore hoim. hec verba legūtur de iudith que
holofernē interfecit. p quam p̄t p̄petenter
cecilia signari. p̄ter tria. que iudith. viij.
legūtur de ea. Primo q̄ multas diuiti/
as habebat. sic et btā cecilia possessiones
multas. de quibus largas elemosinas vt
supra iam dictū est faciebat/ Secūdo de
iudith legitur. q̄ in superioribus domus sue
fecit sibi cubiculū secretū ad orandum/ sic
de beata cecilia legimus/ q̄ valerianus ce
ciliam in cubiculo orantē inuenit. et iuxta
illam stantez angelū dñi/ Tercio legitur
de iudith. q̄ habebat sup lumbos suos ci
licium/ sic de beata cecilia legimus q̄ ce/
cilia subtus ad carnē cilicio induta. desu/
per auratis vestibus tegebatur/ ptra hy/
pocritas qui in apto p̄tendunt vite asperita
tem. et in secreto ducunt vitā delectabilē
et lasciuam/ sic ergo dñs nomē btē cecilie
magnificauit. vt nō deficiat laus eius de
ore hoim. laus btē cecilie non p̄t de hoim
ore deficere. quia eius solennitatē ad lau
dem eius & gloriā pstituit sancta eccles̄ia
quolibet anno solēniter celebrari/ preco/
nio laudatur ergo magno in celis. q̄ tam
excellenter ex institutione sancte eccles̄ie
p̄mendatur in terris. vñ de ipsa cantatur
in eccles̄ia. O beata cecilia que duos fra/
tres puerist̄i. almachiū iudicē superasti. vt
banum ep̄m in vultu angelico demōstra
sti/ bonū certamē certasti. cursum cōsum/
masti. fidē seruasti/ et ideo in reliquo repo
sita est tibi corona iustitie ad laudē & glo/
riam tui nois. q̄ ad Timoth. iiij. Tercio
p̄mendatur btā cecilia a p̄rie beatitudine
Can. vj. Viderūt eam filie syon et beatis
simā predicauerūt. & regine laudauerunt
eam. Syon interp̄tatur specula. p quā si/
gnatur eccles̄ia q̄ in specula p̄templatōis
est posita. filie syon sunt aie scē que eccle/
siā in suis martiribus debent predicare.
vñ glosa. Si tantū in hac vita in christo
sperantes sumus miserabiliores sumus
oīb hoīb/ j. Cor. xv. Sed quia p alia
vita militam⁹. merito q̄ñ apparuerit q̄
erimus tūc sanctā eccles̄iā in suis martiri
bus predicabimus/ Sequitur. Et regine
laudauerūt eam. Regina potest dici btā
virgo maria. de qua dicitur in p̄s. Astitit
regina a dextris tuis in vestitu deaurato/
circūdata varietate/ Bene est induta ista
regina glorioss̄ima. q̄ veste caritatis de
aurata. et varietate diuersarū virtutū for/
mata. Btā cecilia ist̄i regie bñ dz p̄mēda
ri/ quia p̄ter nomē vnigeniti filij sui. ad
quē quid habet honoris refundit. terribi/
lia ad mortē inducentia et mortez ipsam
p̄tempsit/ Judicū. v. qui p̄pria voluntate
obtulistis aīas vras discrimini benedici/
te dño/ Ideo beata cecilia dño in perpe/
tuum bñdicit. et ab ipo meretur in perpe
tuū benedici. Matth. xxv. Venite bñdi/
cti patris mei ꝛc. Ad quam nos perduce
re dignetur.

De scā Cecilia Sermo secundus.

QVi scis domi
ne. quia nunq̄ p̄cupiui virū

et mundam seruaui animam meã. Ad hoc. iij. In verbo ꝓposito ꝓmendatur bta cecilia a duobꝫ. Primo a refrenatõe carnalis concupiscetie. cum dicit. tu scis dñe qz nunqꝫ concupiui virũ. scdo a conseruatione puritatis conscietie. cũ dicit. mundam seruaui aiam meã. Quantũ ad primum sciendũ. q̃ debemus refrenare carnalẽ cõcupiscentiã ꝓpter quatuor mala que facit. Primo em illicit p delectationẽ. secũdo accedit p feruoris immoderationẽ. tercio impedit mentis dñationem. quarto interficit psequentẽ damnationẽ. Primo ergo illicit p delectatõem. Jaco. j. vnusquisq; tentatur a concupiscẽtia sua abstractus et illectus. concupiscẽtia em carnalis a bono incõmutabili ad bonũ cõmutabile inordinate ꝓuertit. in quibus duobꝫ psummatio peccati cõsistit. vñ aug⁹. Peccatuz est spreto bono incõmutabili. rebus ꝓmutabilibus adhrere. qd fit. ꝓpio libertatis arbitrio. vñ sicut mel allicit. vrsum. ꝓpter naturalẽ dulcedinẽ. et sicut lac allicit catum. ꝓpter inditam delectationẽ. sic carnalis concupiscẽtia allicit aiam. ꝓpter introductã corruptionẽ. Gen. viij. sensus et cogitatio hũani cordis prona sunt ad mala ab adolescentia sua. Eñ sicut equus sine freno p campos libere discurrit et de facili in precipitiũ ruit. sic homo nisi refrenetur a concupiscẽtia carnali dominio rõnis in peccatũ de facili cadit. eccle. xviij. post concupiscẽtias tuas nõ eas. et a uolũtate tua auertere. si em ꝓstes aĩe tue concupiscentias eius faciet te in gaudiũ inimicis tuis. Nullus libẽter dat amico suo exeniuz p qd̃ inimicis eius faciat gaudiuz. et p qd̃ mortis incurrat piculũ siue detrimentũ. sic fortiori rõne homo nullo modo debet aĩe sue ꝓcupiscẽtias eius pstare. ne incurrat detrimentũ damnatõis eterne. Secũdo carnalis concupiscẽtia accendit p feruoris immoderatõnem. Danie. xiij. De duobus senibus sacerdotibus dr̃ q̃ exarserũt in concupiscentiã susanne. duo sunt per que precipue exardescit ignis exterius incentiuũ. et materia dispositia ad ꝓburẽdũ. vñ ignis extinguit in aquis. et non ardet de facili in viridibꝫ lignis. ꝫ in desiccatis. ꝑa. Exarserũt sicut ignis in spinis exterius incentiuum. est spes siue pulcritudo mulierũ. Dani. xiij. Spes decepit te. et ꝓcupiscẽtia subuertit coz tuũ. spes decepit te exterius alliciẽdo. puer. vlti. Fallax gra et vana est pulcritudo. dr̃ fallax gra; plures em fallũtur sup pulcritudine mulierũ. qꝫ fallãtur in garlãdria sophisticatis artistarũ. ita etiam gra dicit vana. qz satis est vanus appetitus qui querit delectari ad momentũ vñ cruciat inetternuz. ꝓpter qd̃ dr̃ spes decepit te. et sequit. et cõcupiscẽtia subuertit coz tuũ. ad hoc em cõcupiscentia subuertit. q̃ illud qd̃ deberet sursum poni ponit deorsum. Danie. xiij. Auerterũt sensuz suũ et declinauerũt oculos suos. vt nõ viderẽt celũ. neq; recordarẽtur iudiciorz iustorum. Scdo ad hoc q̃ ignis exardescat. oportet q̃ sit materia dispositia ad ꝓburendũ. et hoc fit p ardorem interiorũ ꝓcupiscẽtiarũ. Job. xxxj. Ignis est vsq; ad pditõem deuorans. et oia eradicãs virtutũ genimina. Ignis venialis cõcupiscẽtie aliquantulũ obfulcat. Sed ignis concupiscẽtie mortalis vsq; ad consumptionẽ. Nã deuorat tpalium bonorũ possessionẽ. Deuorat potentiaz naturaliũ vigorẽ. deuorat etiã bone fame. et sancte cõuersatõis odorẽ. Concupiscẽtia etiã eradicat oĩm virtutũ genimina. Verbe et plãte. ꝓpter duo solent germinare. ꝓpter terre pinguedinẽ. et ꝓpter aque infusionẽ. vbi illi in quibꝫ regnat concupiscẽtia carnalis aridi sunt. qz sunt sine deuotõe nec infundũtur aquis salutaris sapiẽtie. ipsi em cõtemnũt ad sermones et ꝑdicatões venire. Et ideo nõ ꝑsit in opibus bonis germinare. ꝫ sicut dupliciter extinguit ignis materialis. qñq; p aq̃ infusionẽ. qñz p lignorũ subtractõz. sic dupliciter debz ignis cõcupiscẽtie carnalis extingui. qñq; per aque

ciũt homines ⁊ sapientes alios homines verbo vite eruditunt. Philipẽ. ij. Lucetis sicut luminaria in mũdo vbũ vite continentes. Qm pciosum doliũ qđ dũ cõtinet verbũ vite ptinet vinũ spũalis iocũditatis ptinet pigmentũ boni saporis cõtinet et balsamũ boni odoris. Verbũ em̃ dei est verbũ iocundũ. verbũ vtuosũ. verbũ fructuosũ. Dico q verbũ dei est iocundum vel solacioſum. Hebre. vltio. Rogo vos vt sufferatis verbũ solacij. Secđo verbuz vtuosum qz suscitat a morte peccatorum Job̃. vi. Verba q̃ ego locutus sum vobis spũs ⁊ vita sunt. i. spũaliter viuificãtia sunt. Tercio verbũ dei est fructuosuz. Isa. lv. verbũ qđ egredietur de ore mo non reuertet ad me vacuũ. sz prosp̃abit istud verbũ seminat in pdicatõe. Lu. viij. Semẽ est verbũ dei radicat in cogitatõe crescet in bona opatõe maturescit in pseuerantia vel finali ptinuatõe. sed colligitur in horreũ dñicũ cum' portitore suo in eterna retributõe. Matthei. iij. Congregabit triticum in horreũ suũ. Tercio valet nomen dñi ad saluatõem elector. Actu. iiij Nec em̃ aliud nome datũ est sub celo hominibus in quo oporteat nos saluos fieri istud nome opat nostrã salutẽ qz est nom̃ sup omne nomẽ. Philip̃. ij. Istud nomẽ interius nos defendit. Jere. xiiij. Tu aũt in nobis es dñe ⁊ nomẽ sanctũ tuũ inuocatum est sup nos. Rex quo in nobis es tu dñe castrũ est rutũ ⁊ bñ munitũ. tu es em̃ rex admirabilis consiliarius deus fortis. Isaie. ix. ⁊ exquo in nobis est rantus dñs non timebimus a timore nocturno ⁊ sagitta volante in die a negocio p ambu. in tene a demonio meridiano ⁊ ideo nõ est vnde timere debeam? dum tu dñe es in nobis. Hã ratio subdit. Cadent a latere tuo mille decẽ milia a dextris tuis. istud etiã nomẽ nos defendit exterius. vnde dr nomen tuũ inuocatum est sup nos. istud nomẽ est summi regis vexillũ cui celestes spũs se se subiciunt. ⁊ homines obediunt. ad cuius aspectũ infernales potestates pretmiscuñt. In noie ihesu omne genu flectat celestiũ terrestriũ ⁊ infernor̃. Quarto valet dñi nomen ad ptemplationẽ eternorũ Apo. ij. Vincenti dabo mãna abscondituz. et dabo ei calculũ lucidũ. ⁊ in calculo nomen nouũ scriptum. q̃ nemo scit nisi qui accipit. In calculo lucido signat prime ⁊ eterne veritatis cõtemplatio. Hã eterne veritatis contemplatio dr calculus. pter soliditatẽ eternitatis. Calculus enim est lapillus. sed iste calculus dr lucidus. pter claritatẽ veritatis. Vnde alia lra bz. Vincenti dabo margaritã. Ecclc. xxxij. Sermula carbunculi in ornamẽto auri. auri cetteris metallis prevalet carbunculus cetteris lapidibo preciosis p̃fulget. in quo notat q̃ sancti in summa ⁊ eterna cõtemplatõe inestimabiliter valebũt. eminẽter fulgebunt. euidenter videbũt. Hic est calculus quo angelus labia ysaie pphete purgauit ⁊ ad p̃dicandũ misit. vidi dñm sedentẽ sup̃ soliũ excelsum ⁊ eleuatuz. Isa. vi. Sed dicit q̃ in isto calculo erit nom̃ nouũ scriptũ. qz sancti in eterna visione vel pt̃emplatõe dei merebunt nouo noie appellari. Hã in p̃senti vita dicunt a christo christiani. vñ Actu. xi. dr. q̃ in antiochia primo christiani sunt appellati. Sed in beata vita appellabunt a iesu iesuani. i. a saluatore saluati. Isa. lxij. Vocabit tibi nomen nouũ q̃ os dñi noiauit. vñ seruos suos vocabat dñs noie alio ⁊ si queras quid ẽ illud nomẽ rñdet. Isa. lxij. Vocabit voluntas mea in ea. vñ qz in vita beata erit omnino pformitas in aĩa. Ideo erit diformitas claritatis in ipsa. Et subdit q̃ istud nomẽ nemo scit nisi q̃ accipit. istud nomẽ tãte est excellentie q̃ ille qui accipit nõ p̃t alij exprimere ad modũ alteri? scilicet p̃ magnitudie leticie. sicut ego video q̃ quãto bõ gaudio respgit q̃n q̃ vita in risum dissoluit. q̃ alteri exprimere non p̃t illud qđ ab ipo querit. Job. viij. Donec impleat os tuum ⁊ labia tua iubilo. pter hoc ap̃s dicit ad terciũ celũ raptus sum. / arcana verba audiui. q̃ non licet hoi lo/

qui.ij. Chor.xij. sic ergo primo notat impositio nois cristi cū dr vocabis nomē eius .Secdo notat ratio impositōis cū dr ipe enī saluū ꝛc. Jesus etiā interpatat saluator. Et sciendū q̄ iesus saluabit q̄dr/pliciter. Primo a peccatis liberādo. Secdo a piculis eruēdo. Tercio viam veritatis mōstrādo. Quarto ad salutē eterne beatitudis pducēdo. Primo ergo saluabit nos dñs a peccatis liberando. Ephe. .ij. Deꝰ āt qui diues est in miscdia, ꝓpter nimiā caritatē suā q̄ dilexit nos cū essem⁹ mortui peccatis cū vivificavit nos cristo. cuius grā estis saluati. boies huius mūdi sunt diuites ꝙz hoc in auaricia cū enim habeant multa temporalia bona ipsa abscondunt, nec pauperibus cristi in suis necessitatibus subueniūt ꝛ ideo p auariciā suam dei caritatē amittunt. Jo. iij. Qui habuerit substātiā huius mūdi ꝛ viderit frem suum necessitatē habere, ꝛ clauserit viscera sua ab eo, quō caritas dei manet in eo? q̄ diceret nō p̄t manere, q̄z auaricia ꝙz bonipiciū caritas nō inuenit vllū refugiū, ꝓpter q̄ dicit q̄ deꝰ diues ē ñ in auaricia sed in miscdia. ipe enī p viscera sue miscdie nō cessat nobis tā bona nature q̄ꝫ fortune q̄ꝫ gratie tribuere. Jaco. j. Qui dat oībus affluenter ꝛ nō imperat. iste dominus in via caritate nos dilexit magna/caritate in nature nostre assūptōe, ꝙz maiorē dilectōem nobis oñdit in p̄dicatōne et fidelium eruditōne, maiorē oñdit dixi q̄z dilectio dei in se nō recipit magis vel minus ꝙz solū in suis effectibus ꝙz maximā dilectōem oñdit miraculoꝝ opatōe ꝛ nostre fidei solidatōe. Nimiā aūt dilectōez ostēdit imprōpꝝ sāguinis effusione, p nrā redemptōe ꝛ captiuoꝝ liberatōne. Ephe. j. In quo habemus redēptōez p̄ sanguiez eius, remissionē pcatoꝝ ꝑm diuitias grē eius. Deus in ista nimia caritate voluit nos vivificare. Nā cū invidia ꝛ caritas sint ꝓtraria, sicut p̄ invidiā mors introivit. Sapiē. ij. Invidia diaboli mors introivit in orbē terrarū, ita p̄ caritatē mortuꝰ revixerit, nec mirū q̄ ille idē dñs qui est caritas. j. Johā. iiij. Deꝰ caritas est, ille idē vita. Joh. xiiij. Ego sum via veritas et vita. ꝛ ideo cū deꝰ ex caritate nos dilexit vitaꝫ intulit, mortē expulit, cuius gratia sumus saluati. Titū. iij. Nō ex opibus iusticie q̄ fecimus nos ꝙz ꝑm suā miscdiam saluos nos fecit. Veritas enī nrā ad hoc nō p̄t sufficere q̄ possim⁹ sine dei grā in salutē pvenire, sicut enī auis non p̄t volare sine pēnis ꝛ plumis, sic nos nō possū⁹ erigere ad celestia, p̄merēda, sine grā dei ꝑvtu/tibus ꝛ donis. Secdo saluat dñs a piculis eruendo. Matth. viij. Dñe salua nos perim⁹. hoc dixerūt apostoli in magno piculo ꝓstituti, motus enī magnus factus est in mari ita vt nauicula operiret fluctibus ꝛ iō necessitate ꝓpulsi clamauerunt. Dñe salua nos p̄imus. Ego video q̄ in graui infirmitate ꝓstituti, clamāt ad dñz vt pualeant, in vinculis ꝓstituti clamant vt exeāt, sic non mirū si in piculis ꝓstituti clamēt ad dñm vt salui fiāt, ipse enī est qui tā in tēptationibus q̄ꝫ in piculis ꝛ adversitatibus ꝓsueuit manū porrigere salutarē, ꝓpter qđ ꝓpheta dauid in p̄s. dicit. Ad dñm cū tribularer clama, ꝛ q̄i dñs diceret nō feci isti q̄ clamauit ad me aurē suā. ꝑ exaudiui ipius clamorē ꝛ extēdi illi manū adiutricē ꝛ pduxi illū ad gl̄az. p̄s. Clamauit ad me ꝛ ego exaudiā eū cū ipso sū in tribulatiōe. eū ꝛ glorificabo eū. Tercio saluat dñs viā veritatis ostēdendo. j. Chor. j. placuit deo p̄ stulticiā p̄dicatōis saluos facere credentes. predicatio fidei xp̄i vocat ab apl̄o stulticia p̄dicatōis nō ꝑm rei veritatē, ꝑ ꝑm sapiētū hui⁹ mūdi falsā reputatōez. p̄dicatō enī apl̄oꝝ verisa fuit ꝛ stulta reputata a sapiētia mundanoꝝ ipi ei tāq̄ asini rudibiles assueti ad sola onera terrenoꝝ videbāt apl̄os qui erāt aues volātes p̄ ꝓtēplatōez et alios eleuātes p̄ p̄dicatōez eternoꝝ ꝛ ipoꝝ sapiam ille q̄ est sūma sapia dei prīs fecit stulta.

nō.

.j. Chor. ix. Nõne stultã fecit deus sapiẽtiã huius mũdi/ q uãdo homo stultus est confusus ⁊ stupefactus/ solet dici de ipso nescit vbi sit. Sm istum modum .j. Cho. j. loquit aplus/ de stultis mũdanis/ sapientibus tamẽ in oculis suis/ vbi sapiẽs. vbi scriba/ vbi inquisitor huius seculi/ nescio/ deus scit ⁊ vna istud nunq̃ sciat per experiẽtiã aliquis cristi fidelis. Quarto saluat dñs ad salutẽ eterne beatitudinis p/ ducendo. Isa. xlv. Israhel saluatus est in dño salute eterna. Non est multũ cõmendãda salus temporalis/ quia aliquis ad tempus cõualescat de ordinato calore afflictõis febrilis cũ q̃q̃ post istã ꝓuale scentiã incidat indeteriorẽ ardorẽ cõcupiscentie carnalis/ per quẽ q̃q̃ deducit per combustionem ielxenue ignis/ sed multũ approbãda est illa salus eterna qua in domino saluabunt electi/ Illi em̃ corruptibilitas nulla succedit aut accidit illam nulla deformitas cõfundit ibi deformis claritas electos non solũ in aĩabꝰ. sed etiam in corpibꝰ perfundit. Philip. iij. Saluatorem expectamus dominũ nostrũ ihesuꝫ cristũ/ qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratuꝫ corpori claritatis sue/ ad quã claritatem nos perducere dignetur.

De epiphania. Sermo I

gmdã ab afflictõ debite largiaꝫ

Apertis thesauris suis/ obtulerũt magi domino munera aurũ thus mirram. Jarbei .ij. In verbo ꝓposito magi dominici cõmendantur a duobꝰ. Primo ab affluẽtia debite largitatis cũ dicit apertis thẽ. suis. Scdo a veneratõe siue reuerentia sũme maiestatis cũ dicit obtulerũt ẽ. Quantũ ad primũ sciendũ q̃ triplex est thesaurus ꝓpalis habundantie. Scdo salutaris sapientie. Tercio bone sibi attestantis conscientie. Primo ergo est thesaurꝰ temporalis abũdantie. Baruth .iij. Thesaurisant sibi argentum ⁊ aurum in quo cõfidunt homines/ stultus est qui ponit fiduciam suam in re que non ꝓt eum necessitatis tempore adiuuare. Jere. xvij. Maledictus homo qui confidit in hoĩe ⁊ ponit carnẽ brachiũ suum/ fortitudinẽ auris vel defensionis. fortitudo nõ est in carnibꝰ sed in ossibꝰ sic spes adiutorij nõ debet poni in hominibus carnalibus sz spiritualibus. Ex carnalitate em̃ non colligimus nisi corruptõez/ sed ex spiritualibus tanq̃ ex ossibus obtinemus auxiliuꝫ vel defensionem. Job. xxj. Medullis ossa illis irriganꝫ ꝓ medullas exprimtes in ossibꝰ signatur pinguedo gratiarũ ⁊ virtutum/ que est in ciusa in ossibus viroꝝ sanctorũ/ ista ossa tanq̃ canes dominici dentibus frequẽtium orationũ debemus rodere/ vt ipsis pro nobis intercedentibus valeamus spiritualem piguedinem impetrare/ vt sz m. ꝓphetam dauid sicut adipe ⁊ piguedine anime nostre impleantur/ et sic a nobis dominus labijs exultationis laudetur. sz m hoc ergo non est in hominibus ꝓfidendũ ⁊ fortiori ratione minus confidendum est in rebus omnibus que sunt inferiores hominibus. si enĩ homines carnales in se confidentes liberare nequeũt. longe minus res inferiores in se confidentes liberare possunt. Sophonie .j. Argẽtum eorum ⁊ aurum/ non poterit eos liberare in die ire furoris domini. Certe non solum malos possessores argentum eorũ et aurum liberare non poterunt/ sed tanquam mola asinaria ad ipsorum colla suspensa ipsos demergent in supplicium eternum. Secundo est thesaurus salutaris sapientie. Isaie. xlv. Dabo ei thesauros absconditos ⁊ archana secretorum ⁊ sciat quia ego dominus thesauri dominice incarnationis. passionis. ⁊ resurrectionis. fuerunt sub vmbris ⁊ figuris legis veteris absconditi/ sicut sub paleis grana sub vuis vina/ sicut oleum sub amurca.

Sapi.vij. Sapiētia infinitus thesaurus est hominibus ista sapientia est cristꝰ qm dei virtutē ⁊ sapiētiā appellat apostolus a qua lumē totius cognitōnis recipimus q̄ thesaurus infinitus a sapiente appellat ⁊ recte infinitus quia quāto plus homo in sapiētia ꝓficit tanto amplius in quo ꝓficere poterit reperit. Vñ in sapiētia sacre scripture impleť q̄ in ꝑte sui aliqua continetur cū ꝓsumpnauerit hō tunc incipiet. Eccleſia.xliij. Hoc est enī luminare qđ minuit. Nam q̄ntocito pl⁹ homo credit ascendisse ad sapientie profectū tanto amplius incipit cognoscere ꝓfectū. vnde cōpetenter sapiens dixit sapientiā infinitū thesaurū. sm philosophū infinitū dr cuius quantitatē accipientibus ſp est aliquid aliud extra sumere ⁊ reuera istud in sapientia accidit. Quāto enim homo plus de sapiētia acquirit tanto amplius quid de ea acquirere possit inuenit. Ista thesauri vt dicere cepam erant abscōditi. Sed ex quo puulus natus est nobis ⁊ filius datus est nobis. ipse in quo erant oēs thesauri sapiēcie ⁊ sciētie dei abscōditi sūt. Collo.ij. nobis ꝑdictos thesauros reuelauit. j. Chor.ij. Nobis aūt reuelauit deus p̄ spūm suum. Spiritus enī oīa scrutať etiā profunda dei ⁊ sm istam viaz thesauros absconditos nobis dedit et archana secretor̄ se daturū nobis promisit q̄ etiā veraciter adimpleuit. Dominus enī antiquis suis prophetis ministerium siue incarnatōis tēporis gratie. ꝑdicatōis euāgelij. tāquā secretū depositū ꝓmisit q̄ explicari tempore reuelate gratie dispositi, hoc secretū depositum. Isaias ꝓpheta sub silentio tenebat. Isaie.xxiij. Secretū meum mihi. ß cum diuina voluntas affuit istud secretuz publice promulgauit. Isaie. vij. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filiū. istud secretū fuit promulgatū in nativitate domini angelo ꝑdicante. Luce.ij. Promulgatū est hodie sctā ⁊ curiosa istorū regū inuestigatōne ⁊ stelle apparitōne Mathei.ij. Promulgatū est etiā paterna voce ⁊ spiritus sancti in specie colūbe manifestatōe. Math.iij. Ante nativitatē domini dicebat vere tu es deus absconditus deus israhel saluator. Isa.xlv. Sed post nativitatem eius non solum notus in iudea deus. ß in israhel magnuz nomē eius. Nam post tempus nativitatis a solis ortū vsq̄ ad occasum laudabile nomē domini predicantibus apostolis tanquā predicatōibus dominicis ⁊ quidē in oēm terrā exiuit sonus eor̄. ⁊ in fines orbis terre verba eor̄. Ideo est thesaur⁹ bene sibi attestātis ꝓscienne. ℔ Prouer.xxi. Thesaurus desiderabilis ⁊ oleū in habitaculo viri iusti. habitaculum viri iusti est mens vel conscientia hominis fidelis. vbi dñs tanq̄m in templo sancto suo tanq̄z in celo quiescit. in isto habitaculo dr esse thesaurus desiderabilis summe ⁊ eterne caritatis sm verbū saluatoris. vbi thesaur̄ nostrum habemus ibi mente habitamus. vbi thesaurus tuus ibi ⁊ cor tuū. Mat.vj. Propter hoc sancti in celestibꝰ desideriis habitabant q̄ ibi thesaurū suū ponebāt. Mathei.vj. Thesaurizate vobis thasauros in celis. Ad istū thesaurū isaias prophēta totis desideriis ⁊ precordijs suspirabat Isaie.xxvi. Anima mea desiderauit te in nocte. sed ⁊ spiritu meo in p̄cordijs meis de mane vigilabo ad te. huic thesauro desiderabili desiderij celestis debz piū gi oleū caritatis. caritas p̄ oleū designať Nā sicut oleū supereminet ceteris liquoribus sic caritas supereminet cūctis. j. Cho. xij. Adhuc excellentiorē viam vobis demonstro ⁊ bñ vt dixi ꝓiungunť isti duo desideriū ⁊ caritas Nā desiderium est ignis ardēs caritas ē oleū pascēs ⁊ ñ oleū caritatis desiderij. ignē nō extinguit sz extēdit et igne desidery oleū caritatis nō ꝓsumit sz po⁹ ꝓsūmať sz si amorē tuū ad ista vilia ⁊ interiora extēdis oleū caritatis in acq̄ istor̄ fluxibiliū ⁊ trāsitorior̄ puertis ⁊ iō igne desiderij i teipo extinguis. Isa.xxiij

Quoniã habundauit iniquitas refrige/
scet caritas multorum. Sic ergo vt dixim.
triplex est thesaurus. et ille thesaurus tri/
plex tripliciter aperitur. Nam thesaurus
pecunie aperitur elemosinarum largitio/
ne. thesaurus sapiẽtie aperitur in doctor
eruditõe. thesaurus pscientie aperit in ad/
uentu dominico. munde pscientie. xpi. et
sãctor mutua delectatione. Primo er/
go thesaurus pecunie aperitur in elemo/
sinar largitõe. Prouerbior. vlti. Ma/
num suã aperuit inopi. et palmas suas ex/
tendit ad paupem. Ptra auaros hui mũ
di qui pollices suos tenent in suis mani/
bus ne diripiant a paupibus cristi auxi/
liũ ab ipsis petentibus cum magis ipsis
subuenẽdo liberarent a deceptionibus.
Nam sicut video. q sicut sophisma intri
catur equiuoci. ppositõis multiplicis di/
stinctõis. et extricat multiplicis distinctõ/
nes. sic diuites ab ardore peccatorũ et vin/
culis ipsor liberant elemosinarũ largitõ
ne. Eccle. iij. Ignem ardentem extinguit
aqua. et elemosina resistit peccatis. et deus
pspector eius qui reddit grã. Secõ the/
saurus sapientie aperit in doctorũ erudi/
tõe. Apoca. xiij. Vidi angelũ volantem
descendentẽ de celo amictũ nube. et habe/
bat in manu sua libellũ apertũ. iste ange/
lus est angelus magni cõsilij qui dicitur
fortis. Isaie ix. vocabit nomẽ eius admi
rabilis cõsiliarius. deus fortis. iste angel9
habet libellũ apertũ in manu sua. ipe em
q clausum est. et occultũ ex natura ppria
pro sua volũtate apit et manifestat. Apo.
iij. Habet clauẽ dauid qui apit et nemo
claudit. claudit et nemo aperit. sicut enim
nos clausis totaliter hostijs et fenestris to
taliter sumus in tenebris et lumẽ celi nõ
videmus. sic nos remanebimus in tene/
bris eror nisi deus nobis aperiat archa
na secretor. et intelligentiã scripturarum
sicut. Luc. vlti. dicit de duobus discipulis
euntibus in emaus. q apuit illis sensum
vt intelligerẽt scripturas. Tercio aperit
thesaurus cõscientie cristi et aie sanctorũ
mutua iocundatõe. Zach. xi. aperi portas
tuas libane. libanus iterpretat candida/
rio. in quo signat aia sancta candore mũ/
dicie decorata. huius libani due sunt por
te. s. intellectus et affectus. Sm q in spon/
so duo sunt. s. decor et dulcor. ipe em ipõ/
sus decor9 forma p filijs hoim qõ pinz
ad decorẽ. ipse etiã suauis et mitis et mi/
te miscõie inuocantibus se. qõ pertinet ad
dulcore. aperi ergo portas libane. Pmo
portã intellectus vt lumine decoris eru/
diaris. Secõ portã affectꝰ vt sapore dul/
coris reficiaris. Apocali. iij. Si quis au/
dierit vocem meam et apperuerit ianuaz
introibo ad illũ et cenabo cũ illo et ipse me
cũ. Ista pmunis cena nihil aliud ẽ q xpi
et aie scte cũ dilectõne mutua iocũdatio.
Sic ergo pmẽdant ab affluẽtia debite lar/
gitatis cum dicit apertis thesauris suis.
Secõ pmendat a veneratõe vel reuerẽ/
tia maiestatis cũ dr obtulerũt magi dño
Sciendũ ẽ ergo q illi magi triplici no/
mine pñt appellari. Primo eñ possunt
appellari reges. Secõ sapientes. Tercio
incantatores. Primo ergo pñt appellari
reges. et eodẽ mõ oẽs xpi fideles. Prouer.
xx. Rex q sedet in solio iudicij. dissipat oẽ
malum intuitu suo. rex est ratio qui in so
lio anime rationalis tanq̃ iudex debet se/
dere. et intuitu sue considerationis omne
malum tam operis q̃ cogitationis q̃ lo/
cutõis dissipare. Nos malũ operatõis
videm9 et pbẽdim9. Nos malũ locutõis
audiuim9 et arguim9 et pbẽdim9. ẽ ma/
lum cogitationis nec videre possum9 nec
audire. et ideo malis cogitatoib9 nõ bene
possũ9. ptrauenire. ẽ in hoc quilibz debet
esse rex et corrector et iudex. Ex malicia em
cogitationis procedit malicia locutõnis.
psalmi. Cogitauerunt nequiciam et lo/
quitur. inquitatem locuti sunt. procedit
etiam ex mala cogitatõne malicia opera/
tõnis. Sapiente secundo. hoc cogitaue
runt impij et erauerunt. non tam in via

pdū q̄ in via moꝛ q̄ ſpectat ad puerſita
tē opm̄ nē medic⁹ q̄ vult p̄fecte infirmi
tatē curare dz īcipe. ſic ille q̄ in ſeip̄o vult
curare pfcē ſpūalē mozbū a puer⁹ cogita
tōibo ſumere dz exordiū ps. Cogitaui vi
as meas & pueru pdes meos in teſtionia
Scdo iſti magi p̄ñt appellari ſapientes.
non illa ſapiēna q̄ deorſum eſt q̄ eſt ter
rena aīal & diabolica ſed illa q̄ de ſurſum
eſt ſapiēna q̄ pudica eſt pacifica & mode
ſta. Jacobi iij. Sapiēna q̄ de terra eſt dr
terrena ꝓpter cupiditatē aīalis ꝓpter volu
ptatē diabolica ꝓpter fallaciā ſm mali
gnitatē. ſed illa ſapiēna q̄ de ſurſū eſt pu
dica eſt ad amotōm immūdicie carnalis.
pacifica p exclusionē tumultus ꝑcupiſcē
ne tpalis modeſta. i. modū tenēs in ꝓg
nitione prudētie ſeculares vt ſit prudens
ad modū ſerpentis ne ſe ab alīs decipi p
mittat & ſicut ſimplex colūba ne alios de
cipiat tali ſapientia iſti magi bene ſapiē
tes fuerūt qui doloſitatē vulpinā hero
dis reliquerūt & ſtella duce ad ſimplici
tatē colū binā criſti puuli pucnerūt. Ter
cio iſti magi p̄ñt appellari incantatores.
Sciendū ergo q̄ tres inueniri p̄ñt qui
homines incātare ꝓſueuerunt. ſcz mūd⁹
caro. diabolus. Mūdus incātando mū
danos facit illis ad modū incātatoris q̄
ſua arte & manuū leuitate facit videri ho
mibo aliq̄d aliud eē ſub pileo cū nihil ſit.
vl facit aliud ibi videri q̄ ſit ſi c̄ eſt credit
ibi inueniri panē inuenit lapidē. ſic mun
dus incātando mundanis ſuis facere cō
ſueuit. Nam iſta mundana oſtendit eis
tanq̄ magna. ſed amoto pileo carnis in
morte inueniunt penitus eſſe nulla. ps.
Dormierunt ſomnū & nihil inuenerunt
oēs viri diuitiaꝝ in mambꝫ facit etiam
mūd⁹ videri aliud ſub pilio quid ſit. mō
ēm mundanis oſtēdit diuitias delicias &
honores ſed āmoto pileo in morte dole
būt ſe longe aliud inuenire. Nā ex bono
ribo inuenient deiectōem ꝓ delicijs affli
ctōm ꝓ diuitijs ſūmā paupertatem. Nā
ille diues epulo qui epulabatur cotidie
ſplēdidi vnam guttam aque non potuit
impetrare ſed habet criſtus bonos incan
tatores ſuos qui longe melioꝛa inueniūt
amoto pileo q̄ ſibi p̄mittantur a mūdo.
ipſi enim ſm auguſtinum inueniunt ſub
paupertate regnum. ſub ignomina glo
riam ſub morte vitā. j. Thoꝛ. vij. qui vtun
tur hoc mundo ſint tanq̄ non vtant. p̄eterit
enim figura huius mundi figura di
cit quia in mundo non eſt ſoliditas vera.
tranſactio & incantatio fantaſtica. Secū
do ſolet incantare caro ſiue carnalis affe
ctio. ipſa enim promittit dilectionem. ſed
amoto pileo non inuenimus niſi affli
ctionem & perditionem. Prouerbioꝛum
.v. Fauus diſtillans labia meretricis.
hoc eſt affectionis carnalis & hoc q̄ ꝓ dele
ctatōem allicit nouiſſima aūt illi⁹ ama
ra quaſi abſinthium & hoc eſt quia affli
ctionem inducit & lingua eius acuta qua
ſi gladius biceps quia in anima & coꝛpo
re interficit. ſed penitētes criſti ſunt incā
tatoꝛes boni. qui carnalem affectionē in
cantant cum vicijs et concupiſcētijs car
nem crucifigendo macerant. talis incan
tatoꝛ erat apoſtolus ſecundo. Thoꝛinthe
oꝛum quarto. ſemper mortificationem ie
ſu criſti in coꝛpoꝛe noſtro circumferentes.
vt et vita ihesu in coꝛdibus noſtris ma
nifeſtetur. que apertioꝛ & euidētioꝛ q̄ iſta
in qua nunc anima nr̄a quaſi mortua cū
criſto regnat in vita. Tercio incantat dia
bolus. ipſe enim quandoq̄ ſimulationcz
ſingulis religionis p̄tēdit p q̄ nos ſepa
tos a ꝓiunctōe aliorū tanq̄ a grege domini
luporum infernalium de nubus expone
re nos intendit. ſecunda. Thoꝛinthioꝛum
vndecimo. ipſe ſathana s tranſfigurat ſe
in angelum lucis. ſed iſti magi tanq̄ bo
ni incantatoꝛes diabolum incantauerūt
quando relicto herode per quē diabolus
figuratur. per aliam viam in regionē ſuā
reuerſi ſunt. cū herode qui peccat vadit ad
herodem vadit qui peccare proponit. ſed

sed recedēs ab herode p aliā viā in regio
nē suā reuertit qui de peccatis suis peni/
tēs ad cristū puertit: Iste diabol⁹ tanq̄
magnus magister artis magice hz sub se
discipulos ipocritas pfessores incātatōis
sue qui trāsfretādo t transfigurando in/
cantāt ad modū satbane ij. Cbo. ij. Cu/
iusmodi pseudo apostoli sūt operary sub
doli trāsfigurātes se in aplos cristi. Istos
puersos incantatores boni incātatores cri
sti dupliciter incātant vel ad penitētiam
reuocando. Exodi. vij. dicit q virga moi
si que versa fuit in colubrū deuorauit vir
gas magorū pharaōis q verse fuerant in
dracones in quo signatur q sancti homi
nes q̄q puersos ad sui vtilitatē incan/
rant quādo ipsos puocātes ad penitētiaz
p̄po incorporant. Secūdo incātant q̄q
sancti homies puersos incātatores ipsis
penā a dño iusto iudice infligēdo. Actuū
.xiij. dicit de elymago qui querebat pau/
luz p consulem a fide auertere. audiuit a
beato paulo. o plene dolo t omni fallacia
fili diaboli inimice omnis iusticie nō de/
sinas subuertere vias dñi rectas t sequit
ecce manus dñi sup te t eris cecus t cō/
festim cecidit in eū caligo t tenebre t cir/
cuiens q̄rebat qui manū ei daret. o aper/
ta et manifesta incātatio pauli egregij do
mini īcātatoris. qui ita incātauit illū qui
erat aliorū seductor. vt quēcūq vilē t p/
uulū quereret qui eius posset esse ductor.
sed vt finē faciamus omniū incantatorū
summus est dñs ihesus cristus. Collo. j.
Qui eripuit nos de potestate tenebrarū
et trāstulit in regnū fily dilectōis aptōis
sue apte t euidenter est a cristo diabolus
incātatus. qui illos quos prius infideles
tenebat sub pileo tenebrarū sue potesta/
tis mō trāslatos ad regnū videt gaudere
cum cristo in lumine perpetue claritatis.
Ad quā nos pducat.

Obtulerūt ma
gi domio munera. aurū thus
et mirram. Mathei. secūdo.
Hesterno die ꝓpositi thematis diffusa
materia ꝓpulit nos magis sermonē rum
pe q̄z finire vñ q̄ i alio sermone min⁹ suf
ficienter diximus in pñti sermone diligē
tius annectamus. Sciendū est ergo q
duo notant in vbo ꝓposito. Primuz est
regū vel magorū debita oblatio q notat
cum dicit. obtulerūt magi dño munera.
Secūdo notat oblatorū munerū pulcra
et discreta distinctio cū dicitur aurū thus
et mirrā. Quātū ad primū sciēdū q̄ mu
nus dño oblatū debet esse triplici consi/
deratōe nobili decoratū. Primo enī de
bet esse trāquillū contra irā t disceptatō
nē. Secūdo debet esse absconditum con/
tra vanā gloriam t ostentationem. Ter/
cio debet esse piū ad dei cultum t venera
tionem. Primo ergo debet esse trāquil/
lū. i. in tranquillitate animi factū contra
irā t disceptationē. Matb. v. Si offers
munus tuū ad altare t ibi recordat⁹ fue
ris q frater tuus hz aliquid aduersuz te
relinque ibi munus tuū añ altare t va/
de prius reconciliari fratri tuo. Non pla
cet deo tuo quodcunq munus oblatū si
bi nisi prius fuerit dulcedine caritatis cō
ditum sicut non placent fercula q̄muis
multa t bona tribuant nisi sale debito cō
diātur. Ecclesia. vij. Exorare t facere ele/
mosinā nō despicias ecce appositio fercu
lorū bonorū. hz q̄ non placeant nisi habe
ant caritatis ꝑdimentū. statim subdit ne
dicat in multitudine munerum meorum
respiciet deus t offerēte me deo altissimo
munera suscipiet quia sic vera munera ac
ceptrando non suscipit. si dulcedo carita/
tis defuerit sine ipsa enim non est cibus
escabilis nec gustus delectabilis. nec esus
acceptabil. nec palatū cordis eoz accēdit.
quos ira t disceptatio inficit. prima Ibi
mo bei secūdo Leuantes puras manus

De Epiphania Sermo II

qui eñ cū ira ⁊ diſceptatõe leuat manus. magis eas videt leuare ꝓtra dñm ad impugnatõez. q̃m ad ipſum ad ſuplicatõez. Scõo munus deo oblatũ debet eſſe abſcõditũ ꝓtra vanã gloriã ⁊ ozõem. Prouer. xxi. Munus abſconditũ extinguit iras. et donũ in ſinu indignatõem maximã. munus abſconditũ ⁊ donum in ſinu irã et indignatõem extinguũt/quia ꝓ interiorem bonã operatõem intentõem/non per exteriozẽ oſtẽtatõem ⁊ vanam gloriã accepta ſunt deo. Criſtus eñ verus ſponſus anime tãto amoze ipſi cõſtringit̃ q̃ in ei? aſpectu ad nihil aliud preter intentõnem que ad ſe reſpicit delectat̃/ſicut ecõtrario ſponſa mirabiliter ſponſum oſtẽdit. quãdo ad aliũ libentius q̃z ad ipſũ diuertit a ſpectũ. Mat. vi. Cum facis elemoſinam noli ante te tuba canere ſicut ypocrite faciũt. amen dico vobis ſuſcepervũt mercedem ſuã. Merces eoz̃ eſt ventus inanis glorie non retributõis eterne. ⁊ hoc eſt q̃z intentio fuit inuentũ ſeminare. Eccleſia. v. Quid ꝓdeſt ei q̃ laborauit inuentuz. ꝫ dñs ſuos inſtruens ad intentõez ſecretam ⁊ rectam ſubdit elemoſina tua ſit abſcondita ⁊ pater tuus qui videt in abſcõdito reddet tibi/ dñs eñ ſecreta q̃rit. publica tumultuoſa refugit. ipſe eñ delectat̃ ſecretis cogitatõibus. internis ſingultibus nõ inclamoſis tumultibus ⁊ exteriozibus vanis laudibus. Tercio munus oblatũ debz eſſe piũ ad dei cultũ ⁊ veneratõem. Iſa. xix. Colẽt eũ in hoſtijs ⁊ muneribus/ ⁊ vota vouebũt dño ⁊ ſoluẽt. Iſtud bene impletũ eſt i iſtis tribus regibus qui cũ muneribus ad dñm venerũt ⁊ exhibendo cultũ latrie ipſũ coluerũt. ꝑs. Reges tharſis ⁊ inſule munera offerẽt. Reges arabum ⁊ ſabba dona adducẽt. In iſto ꝟſiculo tria notari ꝓnt que in oblatis muneribus iſtoꝝ regũ triũ inuenta ſunt/ Primũ eſt diſcretio tm intẽtõe q̃ notat̃ cũ dicit̃ reges tarſis. Scõm eſt delectõ in bũiliatõe q̃ notat̃ cum dicit̃ reges arabũ/ Tercũ eſt devotõ in ozõe q̃ notat̃ cum dicit̃. ⁊ ſabba dona adducẽt. Primo ergo in ipſis fuit diſcretio in intentõe q̃ notat̃ cum dicit̃. reges tharſis/ tharſis eñ interpretat̃ exploratio gaudij/ in quo notat̃ diſcretio intentõis ipſoꝝ q̃z ad explorandũ lumẽ veri gaudij venerũt. Iſa. lx. Cup te oriet̃ dñs. et gl'ia eius in te videbit̃. ⁊ ambulabunt gentes in lumine tuo. ⁊ reges in ſplendore ortꝰ tui. In ſplẽdore ſtelle de nouo create q̃ ipſis apparuit ambulauerũt ⁊ illa duce ad illũ qui eſt ſplẽdor glorie puenerũt ⁊ ibi verũ gaudiũ inuenerũt. Luce .ij. Euangeliſo vobis gaudium magnũ/ q̃ erit omni populo. q̃z natus hodie ſaluator/ Scõo fuit in iſtis regibus delectõ in humiliatione q̃ notatur cum dicitur. Reges arabum. Arabia eñ interpretat̃ humilis/ ⁊ revera iſti reges magnaz humilitatem oſtenderunt/quando dimiſſis regnis ſuis in terra aliena ꝓpter criſtum peregrini facti ſunt. ſed in hoc acceptum ſacrificium deo obtulerũt. l. ꝑs. Cor contritum ⁊ humiliatum deus non deſpicies. deus ſacrificiũ cordis humiliati non ſolum deſpicit/ſed ad illud libenter aſpicit. Iſa. lxvi. Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum ⁊ contritum ſpiritu. in hoc vult dicere ſe libenter ad tales reſpicere. Tercio notat̃ in iſtis regibus devota oratio q̃ notatur cum dicitur ⁊ ſabba dona adducent. ſabba interpretat̃ clamãs. vbi ſignatur feruoz deſiderij in quo ꝟtus oratõnis devote conſiſtit. Exodi. xiij. Dixit dominus ad moiſen quid clamas ad me. non legitur moiſes aliud diriſſe attamẽ dominus teſtatur clamaſſe. Nam vox ſancti deſidery vſq̃ ad aures domini aſcendit/ qui autem ſine ſancto deſiderio orat. ſicut es ſonans aut cimbalus tinniens/ in auribus hominis reſonat/ ſed nihil dignum vel gratum in diuinis auribus hominis perſonat. Sed cum ſpiritum ſancti interi? pulſantẽ accipimus audacter in paternis auribus ꝓſonam? Ro. viij.

De Epiphania Sermo I

Accepistis spiritum adoptionis filiorum dei in quo clamamus abba pater. Sm istū modum isti tres reges dñz sollicite quesierunt. Mat. ij. vbi est qui natus est rex iudeorū & inuentū humilem adorauerūt Math. ij. Et procedentes adorauerunt eum. Sm em qđ ꝓdictum fuerat adorauerūt in loco vbi steterūt pedes eius. si hoc accipiamus ad litteraz pedes dñi corpora les tunc in loco illo nō steterunt. vbi tres reges dñm inuenerūt & positus pānicu lis inuoluti iacuerunt. Sed spiritualiter duos pedes dñi. intelligimus iudicium diuinitatis qđ timemus & misericordiā q̄z ab ipso expectamus. & sic isti duo pedes tam in orōe q̄z in omni nostra ꝓsideratione sic dñt ꝓiungi. qꝫ nō dñt ab inuicem separari. Si enim peccator solum iudicium consideret statim ipsū timor deicit. dolor affligit. spes afficit. gaudiū lāguescit. vt sic peccatoris filius qđ vētro rapit tremefact. hoc solum ad dñm deprofundis compellatur clamare. quis voluit potestatem ire tue aut pretimore tuo iram tuā dinūerare. si autem peccator misericordiam sine iudicio consideret statim in seipo experitur qꝫ est actio tepidior. qꝫ est oratio pinguior. qꝫ est vsus promptior. Imo incautior. qꝫ est totus homo interior inconstantior. vñ tu peccator attendere debes & dicere. non misericordiam solam nec solum iudiciuz sed misericordiam & iudicium cantabo tibi dñe. sic ergo notatur trium regum debita oblatio cum dicitur obtulerunt domino munera. Scđo notatur oblatorū munerum pulcra distinctio. cum dicitur aurum thus & mirram. Sciendum est ergo qꝫ in istis tribus tria in cristo dño commendantur. Primum est potentia regie dignitatis cum dicitur aurum. Scđm est excellentia diuine maiestatis cum dicitur thus. Tercium est memoria assumpte mortalitatis cum dicitur & mirram. Sm ista tria & nos debemus habere q̄ deo cristo deuote debemus offerre. ipsi enim debemus offerre aurum interne caritatis. thus deuote oratōis. mirraz proprie mortificationis. Primo ergo debemus ei offerre aurum interne caritatis. Apoca. iij. Suadeo tibi emere aurum ignitū & probatum vt locuples fias. aurum ignitum dicit proprie ardor caritatis. qđ debet sēp ardere in ardore caritatis. ps. Concaluit cor meū ītra me & in meditatōe mea exardescet ignis. calescere debet ignis in corde viri iusti ꝓ recogitatōem diuinorū bñficiorū. tanta enī sunt in nobis diuina beneficia qꝫ si illa bñ sciremus recolere. ad modum fornacis deberent in nobis concalescere. & non solum cor nostrum debet concalescere in nobis. sed in meditatione nostra exardescere debet ignis vt feruentes simus ad graziarum actiones pro beneficijs acceptis. & ex eodem ardore diligamus proximos factos ad illius imaginem & similitudinē qui condidit. sic ergo istud aurum debet esse ignituz ardore dilectionis. Debet etiam esse probatum examine tribulationis. Sapi. iij. Quasi aurum in fornace probauit illos. sicut enī auruz in fornace purificat & sicut in area flagello granum a palea separat. sic frequenter homo examine tribulationis & a multis reliquijs peccatorum purgat. & a temptationibus cautius conseruat. Ideo aurum ignitū emimus vt locupletes fiamus. quod ad caritatem precipue ptinere dinoscit. sine qua quantumcunqꝫ homo sit diues diuinijs corpalibus nichil hz in spūalibus. vbi caritas q̄ est mater & radix & nutrix oīniū nō habet. Col. iij. Sup omnia caritatē hītes in nobis qđ est vinculū pfectionis. istud aurū ergo qđ a dño recipimus. ipsi deuote & promꝫ a pro animo offeramus. q̄ oblatio. iij. Regum. notat. vbi dicit qꝫ regina saba obtulit salomoni vasa aurea. Scđo debemus offerre deo thus deuote oratōis. Eccle. j. Quasi lilia q̄ sunt in transitu aque. & q̄si thus redolens in diebꝰ estatis. In liljs

designat candor mūdicie castitatis in trā/situ aq̄ signat fluxū hūane corruptionis/ propter quē candor mūdicie est magis lau/dabilis. Non em̄ in angelis tātū p̄men/dat innata v̄ginitas qualis in hoīb⁹ q̄ cum corruptione cordis multipliciter est p̄cussa/ et reuera vbi maior est pugna ibi glorioſior est corona. Debemus ergo esse sicut lilia que sūt in trāsitu aq̄ sequit q̄i/bus redolēs in diebo estatis p̄ dies hie/mis signat status culp̄e p dies estatis si/gnat status gratie. dies em̄ estatis sunt clariores et sūt lucidiores et sunt longiores/ diebus hiemis in quo signat q̄ dies no/stri dñt esse in cādore puritatis in ardo/re caritatis in diuturnitate p̄seuerātie fi/nalis p̄s. Melior est dies vna in atriis t. sup̄ milia cum sic pure et mūde viuimus/ tibus redolēs in diebo estatis cristo dño offerimus et vt gratius oblatio istius thu/ris efficiat angelus dñi adolendū incen/sum deuotar orationū nostrarum a deo mittit. Apo. x. Stetit angelus iuxta arā templi hēns thuribulū aureum in manu sua et data sunt ei incensa multa vt offer/ret de orationibus sanctor. Tercio debe/mus offerre dño mirram p̄prie mortifica/tionis. Can. j. Fascilus mirre dilectus meus inter vbera mea p̄morabit q̄ mirrā signat mortificatio carnis. sicut em̄ mirra corpus a corruptione custodit sic morti/ficatio a carnalibus vicijs. Ro. viij. Si spū facta carnis mortificaueritis viuetis/ qđ paulus apostolus non solū alijs pre/dicabat sed in corpore p̄prio exercebat. j. Chor. ix. Castigo corpus meū et in seruitutē redigo. Corpus em̄ est sicut asinus qui impiguatus recalcitrat/ dure sustentatus patienter onera portat. Est etiā sic̄ seruus qui delicate nutritus manumissi/onē a dño suo querit disciplinatus hūili/ter obedit. Eccle. xxxij. Seruo maliuolo tortura et p̄pedes mitte eū in operationem ne vacet. Corpus em̄ est sicut prauus sco/laris qui sp̄ vacationes querit et lectiones tā ordinarias q̄z curſorias audire negli/git et ideo ad p̄fectionē sciētie nequaq̄m p̄tingit. sic ergo fascículus mirre dilectus meus mihi q̄ mortificatōnis exēplū. sed inter vbera mea. i. in corde meo p̄morabi/tur in memoriale sempiternū. Trenorū. iij. Memoria memor ero et inde fit q̄ q̄ memor dei existit ip̄m deus in mēoria sua custodit. vnde in p̄s. In memoria eterna erit iustus ab auditione mala non time/bit qua dicet ite maledicti ꝛc. Mat. xxv. Sed illā audiet et obtinebit qua dicetur venite bñdicti patris mei p̄cipite regnū quod vobis ꝛc.

De sancto Fabi. et Seba. Sermo I

Reddidit deus mercedē iustis laborū suorū. Sapi. x. Ad laudē et gloriam istorū sanctorū martirū. In hoc p̄posito notant duo. Primo em̄ notat fructuosa exercitatio meritorū et hoc in labore suo. Secō notat retributio premiorū et hoc in redditione mercedis eorū. Quātū ad primum sciendū q̄ quadruplex est labor sanctorū. Primo em̄ est labor dolentium ad delētionē peccatorum. Secō est labor studentiū ad inquisitōez ecclesiasticorū. Tercio est labor patientiū p̄ tollerātiam aduersorū. Quarto est labor meditātiū p̄ exemplatōem eternorū. Primo ergo est labor dolentiū ad delētionē peccatorū p̄s. Laborani in gemitu meo. lauabo per singulas noctes lectū meū lacrimis meis stratū meū rigabo. Non est mirū si in gemitu suo laborat qui peccatorū suorū vi/as difficiles. tortuosas. saxosas et lutosas cōsiderat et tāto maiorē in eis materiam reperit gemitus et lamētatōis quāto am/plior ibi materia repit diuine offensiōis. p̄s. Cor meū conturbatū est et inde do/lor dereliquit me virtus mea et inde timor et lumē oculorū meorū ipsū nō ē mecū.

et inde error ⁊ q̃a si homo semp haberet oculũ ad offensiões peccatorũ timẽdũ est ne ꝓpter nimiã tristiciã obduratus ꝓcipitaretur in desperatõis baratrum. Ideo dñs vult nos oculos ꝓsideratõis nostre reflectere ad eius laudẽ ⁊ gloriam ꝓ receptõe bñficiorũ suorũ. Isaie. lviij. laude mea infrenabo te ne intereas. hoc frenum non habuit iudas. ⁊ ideo tanq̃ effrenis magis cucurrit ad desperatõis ꝓcipiciuꝫ. q̃ ad diuine pietatis remediũ. hoc etiam freno cayn caruit. ⁊ ideo maiorẽ esse iniquitatẽ suã q̃ vt veniã mereret desperãdo dixit maior est iniquitas mea q̃ vt veniam merear. Gen. iiij. Sed ablit hoc a penitentibus. de diuina pietate sperãtibꝫ. maior em̃ est dei pietas q̃ sit quelis iniquitas. Secõdo est labor studẽtiũ ad inquisitõem occultorũ. Eccle. vi. In ope ipsiꝰ exiguũ laborabis ⁊ cito edes de generatõibꝫ illius. hoc dicit de sapiẽtia. ſz quõ dicit ꝙ exiguus est labor inuestigare sapientiã expti sciũt ꝙ non est exiguũ imo multũ nimis valde. Prouer. ij. Si inuocaueris sapiẽtiã ⁊ inclinaueris cor tuũ prudentie si q̃sieris eã quasi pecuniaꝫ ⁊ sicut thesauros effoderis illam. tunc intelliges. Ad acquisitõez sapiẽtie salutaris quatuor requirunt sicut hic dicit. Primũ est assiduitas oꝛõis ꝙ notat cũ dicit si inuocaueris sapiẽtiã .i. inte ⁊ ad te ꝓ frequẽtem oratõem vocaueris requirit etiã auiditas eruditõnis ꝙ notat cũ dicit inclinaueris cor tuũ prudentie. Tercio requirit seduli tas inuestigatõis ꝙ notat cũ dicit si q̃sieris eã q̃i pecuniã. Quarto notat ꝓfunditas ꝓscrutatõis qõ notat cũ dicit. ⁊ quasi thesauros effoderis illã. hec oĩa sine labore non fiunt. imo multũ laboriosa sunt; quõ ergo dicit in ope ipsius exiguũ laborabis. Rñdeo eadẽ ratio est de veratõibꝫ sanctoꝝ ⁊ inquisitõibꝫ occultorũ. que q̃m uis in se multe sint. tñ pauce sunt respectu fructus ꝓsequẽtis. Sapi. iij. In paucis verati in multis bñ disponent. sic labor acquirẽde sapiẽtie q̃m uis in se sit multus. tñ exiguus est respectu ꝓsequẽtis fructus. qui fructus notat cũ dicit ⁊ cito edes de generatõibꝫ suis. Sciendũ est ergo ꝙ triplex est fructꝰ. que sapia facit in ortu sertũ aie sapiẽtis. Primo em̃ generat claritatẽ in ratõabili. Sapie. vi. Clara est ⁊ q̃nũ ꝝ marcescet sapia. sapiẽtia clara dicit nõ solũ i actu. ſz etiã in affectu. ipa em̃ ds sua claritate respergit claros facere ꝓsuit. Sapi. viij. Habeo ꝓpter hanc claritatẽ ad turbas. ⁊ honorem apud seniores; Secõdo generat trãquillitatẽ in ꝓcupiscibili. Sapi. viij. intrãs in domũ meã ꝓquiescã cũ illa. nõ em̃ hz amaritudinẽ puersatio illius ſz leticiã ⁊ gaudiũ. Tercio generat honestatẽ in irascibili. Sapi. vij. Sñ fictõe didici ⁊ sine inuidia ꝓmunico. ⁊ honestatẽ illius nõ abscõdo. pudenda ⁊ verenda solẽt abscondi. ſz honesta solent in publicuꝫ ꝓdalari. in quo designat ꝙ ꝑmo diuine sapiẽtie nõ debꝫ sub modico occultari. nec in sub terraneis in secretis puenticulis edoceri. sed sup cãdelabrũ exaltari. et ibidẽ ꝓ sui honestate predicari. Sapi. vij. Innumerabilis honestas ꝓ manus illius. fructus istius sapiẽtie bñ ꝓceperat beatus sebastianus. de quo legit ꝙ erat in sermone verax. in iudicio iustus in omni morũ honestate ꝓclarus. Tercio est labor patientiũ ꝓ tollerãnã aduersoꝝ. Apo. ij. Scio opera tua. q̃m patiẽtiã habes ⁊ sustinuisti ꝓpter nomẽ meũ ⁊ non defecisti. deus qui nihil ignorat tũc opa nostra et laborẽ nostrũ scire dicit. q̃n ꝓ eius bñplacitũ approbant sicut ecõtrario tunc se noscere reprobos nescit q̃n puersa ipsorum opa intuet. Mat. vij. Tunc ꝓfitebor illis quia nõ noui. vos discedite a me qui operamini iniquitatẽ. sequit. ⁊ patiẽtiã tuaꝫ Cũ ꝓpter ꝓmissa opa ⁊ laborẽ ad faciendum bonũ eos ꝑmat. vltimo posuit patientiã. ipsa enim tanto est preciosioꝛ q̃nto in terris inuenitur rarioꝛ. Patiẽtia em̃ rara quis est in terris non solũ in secula

ubi sed in religiosis ubi magis deberet reperiri tangz in statu pfectiori cū ipsa sit virtus pfectōis. Jacobi. j. ℣ patientia pfectū opus hz. ut sitis pfecti ⁊ integri in nullo deficientes. Dicia dicit que vir patiens debet habere. ℣ primo eñ debet habere benivolentiā in subiectōe. ꝑter qđ dicit ut sitis pfecti. ℣ Scđo obedientiā in correctōe. ꝑter qđ dicit ⁊ integri. ℣ Tercio pseverātiā induratōe. ꝑter qđ dicit in nullo deficientes. ℣ Primo ergo debet habere benivolentiā in subiectōe. Ecclesia. ij. In būilitate tua patientiā habui qm̄ in igne probat aurū ⁊ argentū. homines vero receptibiles in camino humiliatōis. homo eñ bene patiens debet esse ad modū pile que quacūqz parte impellit eadē facilitate volui. similis etiā q̄drato qui in q̄cūqz latus vertit firmiter stabilitur. sic bene patiēs debet diligere subiici. tollerare pfici. sed ista regula dialetice in claustris deficit. ibi enim reperiunt p̄dicata sine subiectis. ℣ Nam vereoēs volūt p̄esse. officium aliqđ ⁊ administratōem habere. ⁊ pauci vel nulli spāliter subesse. ⁊ si in claustris inveniant subiecta. hoc est fm regulā valerij maximi dicētis. talia erūt p̄dicata q̄lia p̄miserūt subiecta. sere eñ oēs subiecti volunt platos suos dirigere. nō ab eis dirigi. gubernare ⁊ nō gubernari. ꝓtra quos apls scīēs naturā subiectōis ⁊ p̄dicatōis ait. Hebre. xiij. ℣ Obedite p̄positis vris et subiacete eis. et cā subiectōis insubditis sequit. ipsi eñ pervigilāt quasi rōem p aīabꝰ vīs reddituri. Ecclesiastica ei plato habet se ad modum p̄dicatōis. ipsi eñ sunt in reddenda rōe primiores. tāto sūt ad modum p̄dicati subiectis superiores. sic ℣ religiosi primo dñt esse pfecti benivolentiā in subiectōe. ℣ Scđo debent esse integri p facilem obedientiā in correctōe. contra multos qui cū pro suis excessibus increpantur. statim p impatientiā et qñqz ad inobedientiā dissoluunt. ⁊ nō si quas hūt gratias effundunt. Eccle. xix Gratie fatuoꝝ effundent. ℣ frequēter accidit q̄ in vna hora in capitulo arguunt. p excessibus suis adeo p impatientiā dissoluunt q̄ p multos dies naꝛu. stupa. pice malleolis. hoc est dulcoribus monitis ad modum dissoluti doliꝰ resarciri vel etiā religari nequeūt. ꝓter qđ apl̄us. ad exemplar totius patiētie ⁊ bonitatis nos mittit. Hebre. xij. ℣ p patientiā curramus ad ꝓpositū nobis certamē aspicientes in auctorē fidei ⁊ cōsūmatorē ihesū. ad istud exemplar ꝓtinentie deberemus aspicere et libros cōscientiaꝝ nostraꝝ multis vicioꝝ mēdacijs falsificatos. ⁊ etiā depravatos ad aspectū istius exēplaris corrigere. ℣ debent etiā religiosi esse in nullo deficientes p pseverantiā finalē. Hebre. vj. Efficiamini imitatores eoꝝ qui fide ⁊ patientia hereditabūt ꝓmissiōes. nō eñ p̄venit ad hereditatē. nisi p pseverātiā finalē. ij. ℣ Pe. j. ℣ Ad cōplementū ꝓmēdatōis patiē tie. ponit in abstinētia patiaꝝ. in patiētia pietatē. in pietate fraternitatis amorem. ℣ Quidā eñ sunt in religione quasi pbari sci. qui quadaꝝ singulari abstinentia pre eminent et ad modū hericita aculeati ⁊ spinosi sunt. q̄ fratres ad ipsos accedere non audent. sed fratres alios scādalisant solent eñ de talibꝰ dicere. iste homo ꝓter singularē abstinentiā ita generosus est q̄ nullus ei loqui audet. venit homo ille nō māducās ⁊ bibēs ⁊ dicūt demoniū habz Luce. vij. Sic ergo ministrare debemus in abstinētia patiētia. ℣ Sed sciendum q̄ quidā sunt qui satis patiēt. sunt ad illa ta verba vel ꝛbera. attamē in ipsis vacua sunt pietatis ⁊ caritatis misteria. quibus dicit q̄ pietatē et fraternitatis amorē ministrare dñt in patiētia. ℣ Quarto est laboꝛ meditantiū p contēplatōem eternoꝝum. Isa. liij. ℣ Pro eo q̄ laboꝛavit aīa eius videbit ⁊ saturabit. non dicit simpliciter laboꝛavit. sed dicit laboꝛavit aīa eius volens ex primere digniorē ⁊ excellentiorem laboꝛē. ℣ Quidā eñ sunt labores qui exercēt

in corpore ⁊ p corp⁹ sicut exercitatio ope/
rum exteriorū/ Quidā autē sunt labores
qui exercentur in corpore non p corpus si
cut meditatio ⁊ ptēplatio eternor⁹ ⁊ isti
labores maioris dignitatis ⁊ sublimita/
tis existunt/ ⁊ subiūgit meritū istor⁹ labor
cum dicit videbit ⁊ saturabit̄. videbit vt
sic intellectus illustret̄ lumine claritatis.
saturabit̄ vt sit affectus reficiatur dulce/
dine bonitatis/ visio qua sancti videbunt
in gloria nō erit in luce stupe fem vel stra/
minis/ nec erit in splendore lune vel solis
sed erit in cereo ⁊ ex cereo pfecturo ex cera
virginea assumpte humanitatis in vtero
matris virginis ⁊ exigue luminis diui/
nitatis/ Apo. xxi. Ciuitas illa non eget so
le neq; luna. nā claritas dei illūinabit eā
Ecce ecclesie ecce illustratio apte deitatis
Et lucerna eius est agnus eius. ecce illu
stratio apte assūpte hūanitatis/ affec tus
etiā reficietur in dulcedie bonitatis/ pter
q̄ dicit ⁊ saturabit̄/ in pūti vita esurit aīa
quantūcūq; sancta/ sed saturabit̄ cū appa
ruerit gloria tua diuina/ Quō enī aīa no/
stra agitat̄ vanitate ⁊ ideo esurit veritatē/
iactat̄ pturbatōnib⁹ ⁊ ideo esurit pacem
et tranquillitatē/ obtundit̄ obliuione ⁊ iō
esurit eternitatē beatā ⁊ beatificātē trini/
tatē/ vñ beatus Bern. O veritas caritas
eternitas beata ⁊ beatificās trinitas ad te
nostra misera trinitas miserabiliter suspi
ratq; ad te infeliciter exulat/ Nā ratio no
stra sepissime in iudicio fallit̄/ voluntas q̄
druplici pturbatōe iactat̄ memoria mul/
tiplici obliuione pfundit̄ huic triplici va
nitati subiecta est aīa uostra etiā non vo/
lens in spe/ Nam esuriendo sperat ⁊ spe/
rādo esurit q̄ q̄ repler in bonis desideriū
aīe futur⁹ sit intelligētie plenitudo lucis
voluptati plenitudo pacis/ Memorie pfinu/
ario eternitatis/ Dicit ergo primo notatur
fructuosa exercitatio meritor⁹ q̄ notat̄ in
labore sanctorū suor⁹/ Secdo notat̄ glorio/
sa retributio pmior⁹ que notat̄ in recorda
tōe mercedis ipsor⁹/ Sciendū est ergo q̄
ista retributio gloriosa est q̄druplici con/
sideratōe laudabile insignita/ Primo ei
est merces leta ad recordatōem merentiū
Secdo est merces festinata ad cōsolatōez
expectātiū/ Tercio est merces copiosa ad
remuneratōem opantiū/ Quarto ē mer
ces gloriosa ad beatificatōem regnantiuz
Primo ergo est merces leta ad recreatio
nem merentiū. Jere. xxxj. Quiescat vox
tua a ploratu. ⁊ oculi tui a lacrimis. quia
est merces operi tui. in hac vita est tēpus
flendi/ sed in futura erit tps ridendi/ Ec/
clesia. iij/ Oz dñs fletū nostrū in risū cō/
uertēdū pmittit/ Luce. vi. Beati qui nūc
fletis q̄ ridebitis/ dñs enī faciet nobis in
futuro ad modū pie matris ⁊ bone nutri/
cis/ que lacrimas ab oculis flentis abster/
gendo. vbera sibi exhibendo. ⁊ sup genua
blandiendo eius luctū in risum puertit.
Apo. xxi. absterget deus oēm lacrimā ab
oculis sanctor⁹. blādiet̄ etiā eis q̄ gestan
do sup genua ⁊ ostētione vberū consola/
tōnū suarū/ Jsaie. lvj. Gaudete gaudio
vniuersi qui lugetis ⁊ sugatis ⁊ replea/
mini ab vberibus psolatōis eius ad vbe
ra portabimini ⁊ sup genua blandiet̄ vo/
bis. ⁊ de bis vberibus. Cañ. j. Meliora
sunt vbera tua vino fragrātia vngētis op
timis/ Secundo est merces festinata ad
psolatōem expectantiū. Ecclesia. xi. Bñ/
dictio dei in mercede iusti festinat/ bñdi/
cio dei omnipotētis dabit̄ electis ab ipo
qui ē sūmus pontifex cū dicet eis venite
bñdicti patris/ Matth. xxv. ⁊ ad cōsolatio
nem expectantiuz cū dicit q̄ ista bñdictio
in mercede iusti festinabit. Ebor. ij. Ex/
pectantis semp anxiat̄ quantūcunq; festi
nat ille qui cū magno desiderio expectat̄
Abacuc. ij. Si morā fecerit expecta eum
veniens enim veniet ⁊ non tardabit/ sed
quō coniungunt̄ ista duo tam diuersa q̄
aduersa. morā fecit ⁊ non tardabit. q̄ cer/
te si moram fecit tardabit/ Jz rñdeo q̄ ad/
uentus cristi siue in carne siue ad gl̄am/ ⁊
morā fecit vobis ⁊ non tardauit meritis.

mozā faciebat votis Isa. dicentis. Isaie .lxiij. Vtinam dirūperes celos ⁊ descenderes / sed non tarda uit meritis quia ei⁹ aduentus nō est assecutus merita. sed p̄cessit. Titū. iij. Non ex operibus iusticie que fecimus nos. scd̄m magnā miscdiaz suā saluos nos fecit / vnde de eius miseri cordia non subsequēte merita. sed p̄cedē/te dicit in. p̄s. Miscdia eius p̄uenier me simile huic habet Joh̄ā. xvi. Modicum iam ⁊ non videbitis me / ⁊ iterū modicū et videbitis me / Quid dñe q̄d dicis mo dicū ⁊ videbitis me / saluū sit ⁊ vbū dñi nostri ihesu cristi non est modicū imo lōgū valde nimis / sed sicut p̄ius dicebat. ad/uentus cristi videt esse longus mult⁹ nimis votis expectantiū / sed est modic⁹ me ritis credentiū / non em̄ credentiū merita sufficiunt ad tanti saluatoris aduentum. Tercio est merces sanctoz copiosa ad re/muneratōem operantiū. Math. v. Gau dete ⁊ exultate q̄m merces vestra copiosa est in celis. huius copie cumulus nobis. Luce. vj. monstrat / vbi dicit mensurā bo/nam p̄ssam / ⁊ coagitatā / ⁊ supereffluen tem dabit in sinū vestrū / video domine q̄ magna est mensura tua sine mensura / sed in quo consistit ista mensura siue im/mensitas. legimus apostolū paulū diui/norum p̄scium secretoz in cellam vi/nariam introductum / in qua ab vbertate domus tue ira inebriatus et torrente vo/luptatis tue potatus fuit / q̄ vel non potu it / vel sibi non licuit ea nobis narrare que vidit archana / que nō licet homini loqui / sed certe sicut dixim⁹ q̄ negatōnes de deo sunt vere affirmatōnes vero in p̄pacte / sic est de illa gloria que in deo. ⁊ de deo est q̄ non licet eā homini affirmādo narrare / ⁊ ideo voluit eā nobis apostolus. q̄ potuit per circūlocutōem negatiuas exprimere. j. Cho. ij. Q̄d oculus non vidit / nec auris audiuit / nec in cor hois ascendit que p̄pa/rauit deus diligentibus se / ⁊ illud q̄ mō nō docet scriptura / sed q̄ ignorat speculatia sciētia tūc docebit nra experientia. Isa. lx. Tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabit ⁊ dila/tabit cor tuū / tūc videbis in lumine pri/me veritatis / mirabit cor tuū magnitudi ne celse maiestatis / ⁊ dilatabitur latitudi ne ample caritatis / hāc affluentiā delicia rum summe bonitatis videtes angeli in aīa sancta ascendēte de deserto vite p̄n̄tis dicebant / Cañ. viij. Que est ista que ascē dit de deserto delicijs affluens innixa su per dilectū suū / bene cū dixisset / delicijs af fluēs dicit enixa sup dilectū suū. sicut aīa quātūcūq̄z sācta frustra ad tātas delitias p̄uenire nitit si nō super dilectū innititur / Quarto merces sanctorū est gloriosa per beatificatōem regnantiuz. Geñ. xv. Ego sum protector tuus / ⁊ merces tua magna nimis / dñs ihesus cristus est p̄tector electo rū suoz̄ in via / sed est eoz̄ merces mag/na nimis in patria. Quid dñs nobis vl/tra se posset p̄mittere cum seipsū p̄mittat immunere. Certe in ipso est omnis suffi/cientia / absq̄z ipo vbiq̄z reperit indigētia / Cogita omne appetibile ⁊ laudabile ⁊ in ipso absq̄z ambiguitate poteris inuenire / forte sapientiam cōcupiscis in ipso repe/ries in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi / Collo. ij. Dēs etiam in ipso ⁊ cū ipso sunt docibiles dei. Jo. vi. In presenti etiam vita quantum vas dicere est / docibiles ei dicuntur qui a doctoribus ⁊ predicatoribus a deo constitu tis in ecclesia instruunt. Nō sic illi quos oues ioseph deduxit / qui confidētes in so lis quaternis ⁊ pellibus ouinis / audacter vsurpant sibi officium predicatōnis / non de facili a predicatore expectetis fructum qui non ab alio cancellario q̄z a domina licenciatus assumit sibi predicationis of/ficium. Nam si populis mentitur predi/cator plurimis mentiri compellitur / forte gloriam ⁊ diuitias appetis. certe in cristo cum omni abundātia obtinebis. Deuer bioz̄. viij. Decum sunt diuitie ⁊ gloria opes supbe ⁊ iustificia / forte honorari q̄/

ris in cristo non solum honoraberis sed gloria ⁊ honore coronaberis/mõ gla. hec est omnib̃ sanctis eius. cum quibus beatus fabianus ⁊ sebastianus in cristo imperpetuũ gloriantur/Ad quã nos ⁊c.

De sancto Fabiano. et Sebastiano.

Sermo. .i. Secundus.

Posuit me quasi signum ad sigittã. Treno. iij. Ad honorẽ ⁊ gloriã beati sebastiani. In verbo ꝓpositio notant tria. Primo eñ notat diuine ordinatõnis altitudo. cum dicit posuit me. Secõ notat bone volũtatis rectitudo/cũ subdit. quasi signũ/Tercio notat acerbe afflictionis magnitudo/cũ dicitur ad sagittam. Primo ergo notat diuine ordinationis altitudo cum dicit posuit me/alta enim ⁊ profunda dei sapientia hoc disponit q reprobos in diuitijs ⁊ honoribꝫ ponit/electos aũt suos flagellis ⁊ tribulatõnibus exponit/Ro. viij/O altitudo diuitiarũ sapientie ⁊ scientie dei q̃m incõprehensibilia sunt iudicia eius ⁊ inuestigabiles vie eius/Sciendũ ergo q dñs electos suos ponit ad tria ponit/prio eos ad executõem operum bonorũ. Joha. xv. Posui vos vt eatis ⁊ fructũ afferatis/et fructus vester maneat/posui vos vt eatis/sicut enim motus de loco ad locũ signuz ꝑfectionis est in aliquibus/sic motus de bono ad bonũ signũ est ꝑfectõis in bonis moribꝫ/et q̃nto virtus est perfectior tanto est motus velocior. Prouer. xxij/Celidisti velocem in opere suo coram regibꝫ stabit nec erit ante ignobiles/contra multos religiosos qui pigri sunt ⁊ tardi ad modum testudinis/⁊ vix possunt de testa operimentorum suorum vt surgant de lectulo ⁊ vix possunt ammoueri/⁊ cum ammoti sunt ita lente incedũt q raro ad principium hore. hoc est deus in adiutorium veniunt/dñs ministros suos vult esse veloces non testudineos/sed hoc ad bonum non ad malum sicut illi de quibꝫ per prophetam/veloces pedes eoz ad effũdendũ sanguinẽ ergo posuit nos dñs vt eamus et fructũ afferamus. bona opa fructus sũt in die iudicij/q ad laudẽ elcõz manebũt Prouer. vltio. Laudent eum in portis opera eius. in hoc beatus sebastian9 bene positus erat qui non solum sibi sed suis primis fidelibꝫ laborabat/vñ de ipso legitur/q ipse satagebat animas sanctoz sub ascõso clamide occultare/spem promittens et gloriam consequi sempiternam/Secũdo ponit deus electos suos ad eruditõez indoctoz. Isa. xlix. Posuit os meum vt gladiũ acutũ/actus gladij in duobꝫ cõsistit in diuisione ⁊ penetratõe/que duo domin9 ꝑ ora sanctoz suoz quasi per gladium operatur/Jeremie. j. Constitui te supꝑ gentes ⁊ regna vt disperdas ⁊ dissipes diuidẽdo vicia a virtutibus ꝑ exclusiõez viciorũ/edifices ⁊ plãtes quantũ ad informatõem virtutum/Secũdus actus gladij est penetrare/q bene conuenit gladio spũs q est verbum dei euaginato abore sapiẽtis viri. Hebre. iiij. Viuus ẽ sermo dei et efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti/in hoc bñ fuit btũs sebastian9 arma ti/De ipso eñ legitur/q cũ zoe vxor nicostrati muta esset ⁊ verba salutis ex ore beati sebastiani audiret dixit beatus sebastianus/. si vera sunt que audiuit mulier hoc ex ore modo apiat os eius qui aperuit os zacharie ꝓphete domini ⁊ legitur q ad hanc vocem beati sebastiani apertum est os zoe vxoris nicostrati/Tercio ponit dñs electos suos ad tollerantiam aduersoz. j. Thim. iij/Nemo moueatur in tribulatõibus istis/ipi enī scitis q in hoc positi sumus quando dicit apostolus/Nemo moueatur/non intelligit de motu q̃n

tum ad metum · quia · ¶ Math. xxvj · Cepit iesus pauere ⁊ tedere qui est exemplar martirū nec intelligit de motu quantū ad sensum quia cū dei martires haberent sēsus viuaces bene penas acerbitates expti sunt Hebre. xj · Sancti ludibria ⁊ verbera experti ⁊c. ¶ Sed cū dicit nemo moueat intelligit q̄ntū ad statū fidei q̄ nemo ꝓpter penarū acerbitates mutare deb3 fidei cultum sic martires dei incliti super firmam petram solidati in caritate radicati ⁊ fundati tormenta quantūcunq3 grauia contēpserunt in hoc bene beatus sebastian⁹ fuit positus qui cū fuisset sagittarū ictibus expositus ¶ Postq̄3 dño concedente cōualuit nomē domini ardentius q̄3 prius fecerat predicauit ¶ Scdo in verbo ꝓposito notat bone intētois rectitudo q̄ notatur cū dr qi signū ¶ Sciēd ergo q̄ triplex est signū ¶ Prio ē signū clemētie in prosperis ¶ Scdo est signum patientie in aduersis · ¶ Tercium est signū intentōis recte in actionibus ⁊ meditatōibus dirigendis ¶ Primo ergo est signum clementie in prosperis · Hester. v · Assuer⁹ extendit ad hester virgam auream q̄ in signū clementie monstrabatur ꝑ assuerum signat⁹ cristus ꝑ hester afflicta penitēs anima · per sceptrum aureum beatissima virgo maria que interdum ⁊ nos pro signo clemētie est media trix ⁊ aduocata a deo cōstituta · ideo sicut dicit · Hebre. iiij · Adeamus cum fiducia ad thronū gratie eius vt misericordiam cōsequamur ⁊ gratiā inueniamus in auxilio opportuno · signum clemētie sicut dixi precipue debet ostendi in prosperis · quia signum clementie ostendere in aduersitatibus non videtur esse magne virtutis · hoies enim in aduersitatibus cōstituti tanto ꝑmuntur tramite calamitatis ⁊ miserie q̄ nō si vellent non possent caput erigere · ¶ Scdo signū est patientie in aduersis · ij · Chor. xij · ¶ Signa apostolatus mei facta sunt super vos in omni patiētia · vt omnes et totū in tribus ponamus · patientia sanctorum quantum ad tria debet esse scilicet quantum ad obiecta · quantum ad illata · quantum ad ablata · vt homo patiens sit quantum ad obiectiones verborum · quātum ad illationes verberum · quantuz ad ablationes rerum · qui in ista patiētia triplici ponitur bene disponitur · et eius anima triplici munita in possessione pacifica custoditur · Luce. xxj · In patientia vestra possidebitis animas vestras · ¶ Tercio est signum intentionis recte in actionib⁹ et meditatōnibus · Canticorum octauo · ¶ Pone me quasi signaculum super cor tuum et quasi signaculum super brachium tuum · corde cogitamus · brachio operamur · Tunc ergo dominum super cor sup⁹ q̄3 brachium tanq̄3 signaculum ponimus · cum omnes actiones ⁊ cogitationes nostras in ipsū per rectā intentōem tanq̄3 in finem et principium ordinamus · ¶ Intentio enim est oculus mentis qui operi finē imponit · qui simpliciter totum corpus operum et cogitationum lucidum facit · propter hoc et nos opera bona non debemus nobis tribuere sed ad dei laudem et gloriam ordinare · ¶ Non enim paries si intelligeret sibi attribueret lucem quam p fenestram suscipit sed soli · ¶ Nec canalis sibi tribueret aquas quas fonti ad areolas transmittit · sed fonti · nec nubes sibi tribueret pluuias quas ad terras transfundit · sed vaporibus eleuatis · sic nos bona nostra tribuere non debemus nobis · sed ad illum per rectam intētionem ⁊ ad eius gloriam debemus refundere prima Chorinteorum quarto · ¶ Quid habes q̄ non accepisti · quid gloriaris quasi nō acceperis · ¶ Tercio in verbo proposito notat⁹ acerbe afflictionis magnitudo · cum dicitur ad sagittam · ¶ Sed sciendū est q̄ est triplex sagitta · ¶ Est enim sagitta occulte detractionis · ¶ Scdo est sagitta aperte crimiationis · ¶ Tercio ē sagitta durer interne afflictōis · ¶ Prio g̃ ē sagitta occulte detractionis · Jere. ix · ¶ Sagitta vulnerās lingua

eorū dolū locuta est. Detractores deo odibiles sunt prodicioſi hoīes in occulto nō in aperto ad mortem vulnerātes ipſi enī parant ſagittas ſuas in pharetra vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Inimīes militares inimicos ſuos q̄ntūcūq; mortales ſolent inuitare ad pugnam. ⁊ cū sibi occurrerint ſolent eis ex longinquo vt ſe cuſtodiāt exclamare. ⁊ tunc illi ſm q̄ poſſunt ſe muniunt. ⁊ contra ictus vel ſcuto vel rebus altis ſeſe protegūt ſicut poſſūt. ſed contra vulnus detractoris nullus relinquit locus tegumenti vel protectōnis. iſtorū detractorū lingua de ſagitta vulnerans non ſolū quantū ad cutis inciſionē vel quantū ad carnis penetratōem. ſz vſq; ad oſſiū ꝓminutōem. Eccle. xxviij. flagelli plaga liuorē facit. plaga autē lingue ꝓminuet oſſa. Secūdo eſt ſagitta aperte criminatōis. Iſaie. v. Sagitte eius acute. ⁊ oīes arcus eius extenti. Quidā ſunt hoīmines tante malicie ⁊ in malicia ſua tante audacie q̄ contra innocentes linguas ſuas acuūt. ⁊ ipſis in aperto falſas criminatōes imponūt. ſimiles ſatellitibus herodis qui gladios ſuos in innocentia corpora immerſerūt. Job. xvi. Suſcitat falſi loquus aduerſus faciē meaz cōtradicens mihi. ſed hoīes religioſi q̄mq̄m ſibi moleſte ſuſtineant tū in hoc eſt ipīs ſolaciuz q̄ dīm hieſum caput ſuū talia ſuſtinuiſſe recogitant. Hebre. xij. Recogitate eū qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum ꝓtradictōem vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Tercio eſt ſagitta acerbe afflictōis. Job. vi. Sagitte dīi in me ſunt quarū indignatio ebibit ſpūm meū. In hoc loco ſagitte dīi penetrales afflictiones poſſunt intelligi iſte ſagitte in nobis eſſe dicunt quādo in nobis afflictionibus vel tribulatōibus exercemur. harū ſagittarū indignatio ſpiritū ebibit quādo dīs ꝓmiſſas tribulatōes ad humilitatē nos inducit. nomīe eīm ſpiritus elatio poteſt intelligi. Iſa. xj. Quieſcite ab hoīne cuius ſpūs in naribus eius quia excellus reputat? eſt ipſe vel certe. ad litteram de beato ſebaſtiano ꝓpīs autoritas poteſt exponi. Nā ſicut de ipſo legitur. dioclecianus iuſſit beatū ſebaſtianum in mediū campū ligari tanq̄ſignū ad ſagittādū. ⁊ iuſſit vt ſagittarij exuerent. ipſum in campū ligatū. quē ita repleuerūt ſagittis vt quaſi ericius eſſz inſitus ictibus ſagittarū. de iſtis potuit dicere ſagittarij indignatio ebibit ſpiritum meū. fere eīm mortuus fuit ictibus ſagittarū. vnde legit. q̄ ſagittarij exiſtimātes illum mortuū abierunt. vnde potuit dicere illud. Job. xvi. Poſuit me q̄ſi ſignum cōcidit me vulnere ſup vulnus. ſed vnde beatus ſebaſtianus in momēto viſus eſt indignatōez erpoſitus. Inde etiā eſt eternā gl̄a exaltatus. Iſa. liij. In momento indignatōis abſcondi faciem meā parūp a te. ⁊ in miſcōia ſempiterna miſerē ſum tui. Nā ex diuina miſcōia ammota omni miſeria mō feliciter regnat in gloria. Ad quā nos perducat.

De ſancta Agnete. Sermo I

Fortitudo de cor indumētū eius. Prouerbiorum in libro poſito ꝓmēdatur bea. agnes a tribꝰ. Primo a ſtantia virtutis cū de fortitudo. Secōdo a mūdicia caſtitatis cū de decor. Tercio a decentia honeſtatis cū ſubdit. indumētū eius.

Sciendū eſt ergo q̄ fortitudo bea. agnetis fuit in tribꝰ. Prīo in abūdātia caritatis. Secōdo i noticia veritatis. Tercō in cuſtodia puritatis. Prīo ergo fuit fortitudo ei? i abūdātia caritatis. Cā. viij. Fortis vt mors dilectio. ſacra ſcriptura volēs exprimere fortitudinē caritatis. ꝓpēter cōpauit eā fortitudini mortis. mors enī oīb? ipatoīa vicit. nō ei ꝓcit iuuenē vel virginī nec ſeni pauꝑi vl̄ diuiti. ſi rex aliq̄s baneat malefactorē i regno. ꝓprio nō ꝑt meo exercere iuſticiaz ſi fugiat in regno alieno

Et ideo limitata est potestas terre in quã/ cũcunq; potentis/ sed non est limitatum imperiũ potentie mortis/ sic em̃ dñaf in omni statu ⁊ sexu/ sic dñaf in oĩm locoꝝ pmanentia et ambitu/ ꝓpter hoc sacra scri/ ptura fortitudinẽ caritatis ꝓauit fortitu dini mortis/ di. fortis vt mors dilectio/ sz addo ⁊ dico/ q; fortis plusq; mors est di/ lectio/ mors em̃ non sepat nisi aiam a cor/ pore/ sed dilectio sepat aiam ab omni ter renitate/ dilectio enĩ nec morti cedit/ nec amore vite tẽporalis a cristo. qui est vita anime recedit/ ℟o. viij. Neq; mors ne/ q; vita poterit nos separe a caritate que est in cristo ihesu/ caritas enim patiens est benigna. ℣. Chor. xiij. Quia fortis est/ oĩa aduersa omnia tormenta etiam mortem inducentia fortiter tollit/ quia benigna est/ omnia grauia ⁊ difficilia suauiter portat/ beata agnes bene habuit istã fortitudinẽ caritatis/ Nam sicut de ipsa legitur ter/ ciodecimo etatis sue anno mortem perdi dit ⁊ vitam inuenit/ quia solũ vite dilexit auctorem/ Secũdo fuit eius fortitudo in noticia veritatis. Sapientie. v. Veli/ or est sapientia q; vires ⁊ vir prudens q; fortis sapientia viribus preponitur. Nec immerito q; ꝙ homines assequi nõ pos/ sunt per ꝓpriam virtutem assequuntur per sapientiam/ sicut ego video ꝙ homi/ nes potentes quando ciuitates munitas et castra fortia non possunt per fortitudi/ nem expugnare/ studeñ ea per sapientiaz debellare/ consueuerũt enim facere bali/ stas ⁊ machinas ⁊ cetera instrumẽta bel/ lica/ quibus obsessi fatigantur. ꝙ vel ab inimicis capiũtur vel seipsos reddere cõ pelluntur/ ꝓpter q; benedicitur. melior est sapiẽtia q; vires. sequitur ⁊ vir prudens q; fortis/ industria enim artificialis pru/ dentie preponitur fortitudini/ quãtumcũ q; magne. vnde ego video ꝙ isti artifices quedam instrumẽta faciunt cum quib; duo vel tres homines onera superius ele uant/ vbi. xx. vel. xxx. ꝑ virtutẽ suam leua re non possent/ fm̃ istum modum summ? artifex qui omnia condidit per prudentiã suam/ quali per artem nos grauatos pon/ dere carnis ⁊ oneratos peccatis vsq; ad al titudinem celorum leuauit/ Johã. xij. Si exaltatus fuero a terra omnia trahaz ad meipsum/ cristus bis exaltatus fuit a ter/ ra/ ℣. Primo in cruce tẽpore passionis/ Se cundo sup celos tpe sue gloriose ascẽsio/ nis/ ps. Eleuata est magnificẽtia tua sup celos deus. in prima exaltatõe traxit nos precium nostre redemptionis deo patri offerẽdo/ in secũda exultatione traxit nos viam vie celestis demonstrando/ ⁊ nobis regni celorum ianuam reserando/ si in ex altratione que fuit moriẽdo in cruce stetis/ set nos ad se minime traxisset/ quia nulli? in eum credidisset/ sed in secũda exaltatõe nos traxit quando videntibus apostolis eleuatus est ascendit/ vnde non solum cre dimus in cristũ qui mortuus est/ sed etiã qui resurrexit ⁊ ad celos gloriose ascen/ dit/ ꝓpter hoc apostolus paulus sapiens cristi architector/ hac prudenti arte sata/ gebat fideles cristi a terrenis extrahere ⁊ ad celestia leuare/ vt primo cum cristo in crucem per penitentiam ascendamus/ vt secũdo post ipsum ad celum ascẽdere me reamur. ℟o. vj. Si conplantati facti su/ mus similitudini mortis eius simul ⁊ re surrectionis erimus/ beata agnes fm̃ istã formam primo ad crucem per martirium cristi ascendit/ ⁊ ideo ipsam simul vir/ ginem ⁊ martirem ad celestia sublevauit ℣. Tercio fuit beatitudo beate agnetis in cu stodia puritatis. Isaie. vicesimoquinto. Facta? est domin? fortitudo pauperi/ spes a turbine. vmbraculum ab estu/ dominus fortitudo nostra dicitur/ quia vbi virtus nostra defecerit non dereliquit nos/ sed ẽ deus noster refugium ⁊ virtus/ ⁊ ideo cũ ignoramus quid agere debeamus ad ip/ sum confugere debemus/ et sic in ipso tã/ quam in tuto refugio celari ⁊ abscondi a peccatis/ et ab omnibus tribulationibus

ego video q̄ homīes obsessi in castris ha
bent vnū speculatorē qui respicit quando
lapides ꝓiecti a machinis debent in ca
strū volare/ et clamat fortiter alagazite ala
garite. i. currite ad refugiū/ vt sic se possint
in aliquo tuto loco abscōdere/ istū locum
tutum Ysaias nobis ostēdit in quo dēbe
mus abscondi et saluari/ Abscōdere in pe
tra abscondere in fossa humo/ cristus est
petra fossa humus fuit eius caro sanctissi
ma/ in cruce clauis et lācea pforata. ibi ab
scondi debemus/ si sanari et saluari volu
mus. Ysa. liij. Vulneratus est ꝓpter ini
quitates nostras/ attritus est ꝓpter scele
ra nostra/ et liuore eius sanati sumus. sic
ergo dñs est fortitudo in tribulatōne/ est
etiā spes in turbine/ qñ homo multis ad
uersitatibꝫ et tribulatōibus inuoluit/ vn
de dominus de hominibꝫ q̄si troco ludit
quando ipsos multis temptatōibꝫ et ad
uersitatibꝫ inuoluit/ sic volens eos excita
re vt clament et inuocent auxiliū saluato
ris/ Mat. viij. Cum factus esset motus
magnus in mari ita vt naticula operiret
fluctibꝫ. clamauerūt apli. dñe salua nos
perimus/ tunc ihesus imperauit ventis et
mari et facta est tranquillitas magna/ sic
ergo dñs nobis efficitur spes a turbīe/ qñ
sperantes in eum ad ipsum clamamus et
ꝑ ipsum liberamur ab aduersitate et tem
ptatōe/ Est etiam dominus vmbraculū
ab estu/ quia ipse est refrigerium in omni
mala concupiscentia et carnali motu/ vñ
spūssanctus beate virgini obumbrauit. i.
contra estum vmbrā fecit/ quando in ipso
omnem motum vel concupiscentiaꝫ car
nis repressit vel totaliter extirpauit/ q̄ bñ
signatur. Danielis. iij. vbi dicitur q̄ do
minus medium fornacis/ in quā tres in
nocentes fuerant proiecti in temperiem
venti roris flantis mutauit/ q̄ etiam bene
impletum est in beata agnete. Nam de
ipsa legitur q̄ cum esset in mediū flāma
rum proiecta/ manus suas ad dominum
extendit et orauit/ et completa oratōne ita
ignis extinctus est vt nec tepor incēdij re
maneret/ Secundo commendatur bea
ta agnes a mundicia castitatis cum dici
tur. et decor. Sciendū est ergo q̄ ista de
cor in tribus consistit/ Primo in munda
affectione/ Secundo in vera confessione
Tercio cum regia dignitate vel domina
tōne/ Primo ergo consistit decor iste in
mūda affectōne. Cantico. vij. Quā pul
cra es et q̄m decora carissima in delicijs.
beata agnes fuit pulcra in extirpatōne vi
ciorum/ Decora varietate virtutum ca
rissima in delicijs pregustatione eternor
bonor. Cāticor. iiij. Quā pulcra es ami
ca mea/ cꝫ pulcra es oculi tui columbarū
absq̄ eo q̄ intrinsecus latet tāta est pul
critudo anime sancte que dicitur amica et
sponsa cristi/ q̄ ipsi nulla pulcritudo infe
rior valet aliquatenus comparari/ ipsi ei
nō compatur facies nitida vicina puree
dini/ nec vestis preciosa ab noxia vetustā
ti/ nec auri species aut gemmarum splen
dor cum sint subiecta corruptiōi/ anima āt
sancta renouatur de die in diem in imā
ginem incorruptibilis dei/ et ideo fm hoc
iam aliquo modo vicina est incorruptōi
in eius pulcritudīe delectatur verus spō
sus quia eius speciē concupiuit/ ipsa etiā
eius sedes est in qua libentissime requie
scit. in ipsa enim tanq̄ in celo sedem sibi
constituit. ps. Domin? in celo sedes eius.
Iste celum hoc est aīa sancta hz solem ca
ritatis/ habet lunam castitatis/ habet stel
las virtutū varietatis multiplicis/ ideo
aūt caritas soli/ castitas lune comparat.
qr sicut luna recipit illuminatōem a sole
sūpserūt secū oleū caritatis exclusę sūt a
nuptijs Mat. xxv. Recte etiā virtutes sy
deribꝫ ꝓpant/ qr sic sydera in nocte lucēt
in die āt nō appareūt q̄mq̄ in firmamto
in die sic in nocte existāt. sic virtutes sctōr
nō apparēt die ꝑspitatis q̄ tñ lucerēt si ve
niret nox aduersitatis et ꝓsecutōis mortis

Secūdo consistit decor iste in vera pfessione ps. Confessionem t decorem induisti/bene coniungit ista pfessionē t decorez/Nā sicut homo ornatur interius ex pulcro habitu fidei in corde/sic ornatur exterius ex fideli pfessione in ore/Ro.x. Corde creditur ad iusticiam/ore autem fit cōfessio ad salutē/vnde dominus suos impler spiritu sapientie t intellectus fideliter credendo/sed stola glorie vestit eos ipsū liberaliter pfitendo. Eccle.xv. Hāc confessionez fidei bene habuit beata agnes que filiū prefecti recusauit/et se iam copulatam dixit matrimonio melioris/vnde de ipsa legitur/q̄ dixit iam ab alio amatore preuenta sum non potero ad cōtumeliam illius aliuz respicere/cuius est generositas omnibo celsior.aspectus pulcrior.amor suauior. Tercio pfitit iste decor in regia dignitate vel dominatōe. Sapiēcie.j. Accipient regnum decoris t diadema speciei de manu domini/solum regnum eternum decorum/regna aūt ista inferiora sunt indecora/quia sunt in multis vicijs t iniusticijs turbata/t ideo quasi vinum turbatum t corruptum t sic decore suo priuatum/frequenter sunt a gente in gentem translata. Eccle.vij. Regnū a gente in gentem transfertur/ppter iniurias t iniusticias t contumelias t diuersos dolos/sed regnū eternum regnuz decorum q̄m in sua puritate semper permanet incorruptū/Danielis.vij. Potestas eius potestas eterna que non auferetur/t regnum eius quod nō corrumpetur/hoc est regnum de quo dicitur q̄ accipient electi regnum decoris/Sequitur. t diadema speciei de manu domini/bene coniunguntur ista duo diadema t species/Nā in diademate q̄ dicitur duo demens sez principium t finem signatur eternitas. In specie signaf formositas que duo sese cōmunicantur in vita eterna/nam eternitas conseruat formositatē ne fine aliquo terminetur/formositas ornat eternitatē ne aliqua turpitudīe obfuscetur/vñ eternitas formositatē reddit decoraz/Tercio pñdaf hea.agnes a decētia honestatis cū dicitur indumentum eius/Sciendum ē ergo q̄ est triplex indumentum/Primo eē est indumentum interioris sanctificatōnis/Secōdo indumentum est exterioris conuersatōnis/Tercio est indumentū superioris retributōis/Primo ergo est indumentū interioris sanctificatōis/Apoc.iij. Vestimētis albis induaris t non appareat confusio nuditatis tue/in albis vestimentis signatur mundicia castitatis/et interioris sanctitatis/vnde in figuram hu? mūdicie/quādo cristus transfiguratus fuit in monte vestimēta sua facta fuerunt sicut nix alba/istis ergo vestimentis albis vestiri nihil aliud est/q̄z virginalē vel saltem castitatis mūdiciam conseruare/istis vestimentis albis beata agnes induta fuit/quia t virginalem innocentiam pseruauit/t sicut de ipsa legitur cum ad lupanar ducta spoliata fuisset vestimentis suis/ei stola candidissima apparuit/q̄m apprehendens induit se dicens/Grās ago tibi domine quia banc vestem mihi largitus es/Ppter hoc monet dominus quemlibet fidelem suum vestimentis albis indui/t hoc vt nō appareat confusio sue nuditatis/magna confusio est istis ribaldis qui vestimenta sua deludunt cum taxillis/vix enim aliqs eis ppatitur/nec audiunt verba cōsolatōis.sed derisionis/ipsis eīm frequenter dicitur.iste in bonis nundinis fuit.omnes enim pannos suos ad plenū vendidit/alij dicūt videte istū pellarduz quā rubicundus t pinguis/t sic fiūt obprobrium hominum t abiectio plebis/sic miseri homines non intrabūt ad eternas nuptias vestimentis virtutum spoliati/sed ipsarū varietatibus adornati. Matthei.xxij. Dicite ministris/de illo qui intrauit ad nuptias vestem nuptialem non habentē/Ligatis manibus t pedibus mittite eū in tenebras exteriores.ibi erit fletus t stridor dentiū

Secõdo est indumentũ exteriozis ꝓuersa/
tõis ⁊ exercitatõis in operibus caritatis.
Prouer. vlti. Bissus ⁊ purpura indumẽ/
tũ/ bissus est gen⁹ lini cãdidissimi/ in quo
signat mũdicia castitatis siue innocentia
ꝛginalis/ huic bisso purpura cõiungitur
ꝑ quã caritatis opa designant/ Vnde sic
rubor candori mixtus reddit faciẽ pulcrã
et placentem/ sic caritas castitati ꝓiuncta
reddit aiaz oculis diuine maiestatis gra
tã et acceptã/ hec est vestis qm sponsus in
se habuit ⁊ consimili sponsam suã orna/
uit. Can. v. Dilectus meus candidus ⁊
rubicundus/ cãdidus puritate innocen/
tie ꝛginalis/ rubicundus feruoze caritа/
tis vel etiã tollerantia passionis/ Gestũ ru
borem dñs beate agneti sponse sua cõica
uit/ vñ ipsa dixit/ iam corpus meũ corpo
ri cristi sociatũ est/ ⁊ sanguis eius ornauit
genas meas/ Corpus be ate agnetis cor/
pori cristi sociatuz erat vnione puritatis/
sanguis cristi genas eius ornauerat ꝓfor
mitate passionis/ Tercio est indumentũ
supioris retributõis/ Ecclę. xlv. Induit
eã stola glozie ⁊ coronauit in vasis virtu
tis/ in stola glozie signat amenitas doris
retributionis superne/ qm stolã dñs pri/
mo induit ⁊ postmodũ beate agneti ⁊ ce/
teris martiribꝫ cõicauit. ꝓs. Dñs regna
uit decorẽ indutus est. indutus est fortitu
dinez/ ⁊ vt martires eius de familia sua
esse apparerẽt ad vestes suas ipe accepit.
et dedit eis vestem ꝓsimilem/ vñ vox bea/
te agnetis ⁊ aliox martirũ potest esse ista/
Dñe in volũtate tua ꝓstinisti decori meo
vtutẽ/ vt sic decor martirũ decore cristi or
naret/ ⁊ eox virtus cristi fortitudine fir/
maret. sic ergo dedit illi dñs stolam glo/
rie/ Sequit/ ⁊ coronauit in vasis vtutis/
vasa vtutis ꝓpt dici potẽtie aie rationa/
lis/ que a dño coronant qñ pro sui quali/
tate a dño gloria replent/ ⁊ sic in misedia
et miseratõibꝫ coronant. Corona ratõna
lis est qñ decorat lumie prime ⁊ incõmu/
tabilis veritatis/ cõcupiscabilis coronatuz
qñ dulcorat dulcedine summe bonitatis/
irascibilis coronat qñ sublimat ad excel/
lentiã admiratõis celse maiestatis/ sic co/
ronata fuit beata agnes cum ceteris mar
tiribꝫ cristi quoꝝ est vox ista. ij. Thimo.
iiij. Bonũ certamẽ certaui cursum ꝑfi/
maui fidẽ seruaui in reliquo mihi repo/si
ta est corona iusticie quã reddet mihi do/
minus in illa die iustus iudex hanc coro
nam nobis tribuere.

De sancta Agneta Sermo II

Surge propera amica mea ⁊ veni. Can. ij. In ꝛ
bo ꝓposito hortat dñs beatam agnetem ⁊
in ipsam ꝙmlibet aiam fidelem ad tria.
Primo ad desertõnem viciox cum dicit
surge/ Secõdo ad accellezatõem meritoꝝ
cũ dicit ꝓpera amica mea/ Tercio ad per/
ceptõem premioꝝ cũ dicit ⁊ veni. Quã/
tum ad primũ sciendũ ꝙ tria sunt a qui/
bus anima fidelis debet surgere. Primo
a curuitate mũdane cupiditatis/ Secõdo
a feditate ꝓcupiscẽtie carnalis/ Tercio a
cecitate ignozantie vel erozis/ Primo
ergo debet aia fidelis surgere a curuitate
mũdane cupiditatis/ Baruth. v. Sur/
ge ⁊ sta in excelso. Dñs hoiem creauit re
ctum in signum qđ sursum debet erigi ꝑ
desideriũ eternoꝝ/ Sed in ipsa rectitu/
dine que sursum debebãt erigi hoies in/
ualescente mũdana cupiditate inferius ꝓ
auariciã sicut bruta aialia assuescũt ꝑ de
sideriũ ⁊ talibus dicit surge. Iosue. vij.
Surge cur iaces pronus in terza. multi
indecens est hoiem in terza ꝑ cupiditatẽ
iacere/ qui deberet caput sursum ꝑ appeti
tum eternoꝝ leuare/ Luce. xxi. Respicite
et leuate capita vestra/ valde displicet aui
solis pedibus super terram incedere/ que
nata per aera alis ⁊ plumis sibi datis li/
bere potest volare/ sic certe satis contra na
turam est aie per cupiditatem incuruari

ad terrena/ que nata est volare p̄ desideriū ad eterna/ ꝓpter q̄ subdit/ & sta in excelso/ il li in excelso stare dicuntur/ qui manentes in terra corpore/ mēte in celestib? conuersant. Phi. iij. Cōuersatio nostra in celis/ Secundo debet aīa fidelis surgere a cecitate concupiscentie carnalis. in qua iacet aīa dedita immūdicijs carnis. Threñ. iij. Ja/cuerūt in terra foetis senex & puer/ p senes intelliguñt homines immūdicijs carnis diem̄ maior inueterati/ p pueros signāt iuniores exēplis eor corrupti/ nā vita maiorū seniorū est occasio corruptōis iunio/rum sicut parui porcelli sordidant in luto exēplo maiorum/ De hac terra lutosa in q̄ iacent puer & senex deberēt surgere/ quia valde indecēs ē animā ad imaginē ꝑdito ris formatā sibi lectū in luto sternere/ sed quidā dicūt non posse surgere cū sint gra/uati & oppressi mala cōsuetudine/ & ideo tales q̄nq̄ absordentes baratro desperatōis siue in penitētie/ solēt eñ hoies in p/fundū peccatorū venientes in cordibus suis dicere/ quare vis & istā & futurā vitam p/dere si milliesies temeritēm excoriares pro peccatis tuis satisfacere nūq̄ posses/ Nā cōplexio tua est tenera & vita tua semper existat delicata. tanta est peccādi cōsuetu/do q̄ iam est in quādā necessitatē cōuersa/ Tanta est multitudo peccatorū/ q̄ nō au/deo oculos erigere ad patrē miserōiarum/ Sic miser peccator seipsū decipit & cū venerit in profundū peccatorū cōtemnit/ Et huius cā est quia dñm alterius figure q̄ sit sibi depingit. imaginat enim ipsū crudelē. cū sit suauis & mitis & pl? ipm affi/cere videat miserator miseri q̄ ipsū misū miseria sua/ vnde si ꝓponis q̄ complexio tua est tenera & vita existit delicata. habes p/phetici responsū qm̄ ipse cognouit figmē tum nostrū/ Vbi dicis q̄ cōsuetudo pecca ti est versa in precipitiū cuiusdā necessita tis/ Rñdeo tibi q̄ ipse non solū eligit eli sos sed dñs soluit cōpeditos/ hoc est peccā di necessitati additos/ si ꝓponis multitu dinem peccatorū/ Rñdet tibi magnitudo diuinarū miseratōnū/ imo longe maior est dei pietas q̄ sit alicuius iniquitas/ sic peccator cū sit spūs vadens & nō rediens p̄t p se cadere/ sed non p̄t resurgere. Threnorū. iij. Infirmata est virtus mea dedit me in manus de qua nō potero surgere/ non tñ ꝓpter hoc debet diffidere. sed manū diuini auxilij inuocare/ ps. Emitte manum tuā de alto/ eripe & libera me de aq̄s multis/ i. de inundantib⁹ cōcupiscentijs carnis/ Tercio debet aīa fidelis surgere a cecitate ignorantie vel erroris/ Ephe. v. Surge qui dormis/ & exurge a mortuis/ et illuminabit te christus/ peccator recte dormiēti compatur/ q̄r non h̄z sensū recte cognitōnis. nec motū bone operationis. nec vsū recordatōis beneficiorū diuine largitatis/ tamen tali excitato a somno mortis dñs illuminare cōsueuit/ qui venit illuminare his qui in tenebris & vmbra mortis sedebant. ad dirigendum in viā pacis. pedes eor/ hanc illūinatoem petebat sibi fieri ꝓpheta dauid cum dicebat illumina oculos meos ne vnq̄ obdormi. in mor/te/ Duo sunt oculi aīe. intellectus & affect?. intellectus illuminat̄ pfectōe/ fide enim mundantur corda vt clare videāt/ Actuū. xv/ Fide purificās corda illorū/ affectus vero illuminat̄ p bonā opatōem. bona em opatio non fit in tenebris. Sed habz lucem suā Matthei. v. Sic luceat lux vestra coram hoīb⁹ vt videant opa vestra bona. Sic ergo hortatur dñs aīam fidelem ad destructōez viciorū cū dicit surge/ Secū do hortat̄ ad acceleratoem meritorū cū dicit ꝓpera amica mea/ Sciendum ergo q̄ aīa debet ꝓperare ad tria/ Primo ad cōsideratōez diuinorū bñficiorū/ Secōo ad cōpassionē miserorū/ Tercio ad refectōm supernorū bonorū. Primo ergo debet ꝓperare aīa ad cōsideratōem diuinorū/ Jere. l. veniēt filij isrl & filij iuda sil ambulātes & flētes ꝓperabūt & dñm suū quer̄et in syō./ filij iuda dicuntur penitentes qui in vita

pñti dñt ambulando flere/ ⁊ flēdo bona opa semīare/ vt possint in vita beata metere cū exultatione· ps· Euntes ibāt ⁊ flebant mittētes semina sua/ veniētes autē veniēt cū exultatione portātes manipulos suos/ Dñt etiā penitētes ad querēdū dñm ꝓperare/ ⁊ vt istud ardentius faciāt. dñt bñficia eius ad mēoriā reuocare/ vñ in pñti auctoritate dr ꝓperabūt ⁊ dñm deum suū q̄rent in syon/ dñs enī cū oī cōcupiscētia q̄rētes se. ꝓoccupat ꝓuenire/ Ba pie. vi. Preoccupat qui se ꝓcupiscunt vt illis se priorē oñdat/ Dñs ꝓoccupat nos p bñficiorū largitionē/ ⁊ nos debemus ei respondere p gratiarū actōē/ vñ debem? diligenter attendere que nobis a dño apponunt/ ne aliq̄ eius bñficia debita grātū actione fraudent/ non grā dia· non mediocria non pusilla/ iubet enī fragmēta colligere ne pereant. i. nec minima dei bñficia obliuisci/ Nā totū perit quicquid ingrat? accipit/ vñ beatus Bernh. Ingratitudo inimica ē aīe/ Est enī exinanitio meritorū dispsio virtutū. perditio beneficiorū/ Ipa est etiā vētus vrēs siue deliccās fontē pietatis rorē miscēdie fluēta grē/ Non debemus segnes esse ad gratiarū actionē. dominus enī nos ꝓuenit suis bñficijs preoccupare/ vñ hic dr preoccupat qui se cōcupiscūt vt illis se priorē ostēdat/ Q̄ facies casta/ facies grata/ speciosior sole/ super omnē dispositionē stellarū luci compata prior ⁊ potior est inuenta/ q̄z iocūdū est te ipsā videre/ Nā ois terra desiderabat videre faciē salomonis ꝓpter q̄nādā babū/ dātiā sapiētie/ longe iocundius est teipsū videre in immēso tui luminis fonte/ Ego video q̄ ifti artifices de lapide duro ⁊ rudi sola subtractione p figurā in cisionis educunt imaginē tāte pulcritudinis/ q̄ ei? pulcritudinē mirant hōmines rudes et stolidi delectationē suā habētes in sensibilibus corporeis/ longe ampliꝰ debem? aspectū illius faciei desiderare q̄ est facies non formata· sed formās suauis munere non colorē/ Hcirco debem? ꝓperare ad cōpassionē miserorum· ij· Pe. ij/ Quales oportet nos esse in sanctis ꝓuersationib? et pietatibus/ expectantes ⁊ ꝓperantes in aduentu diei dñi nostri ihesu cristi/ ecce q̄ sancta ꝓuersatio ⁊ pietatis actio sunt stimuli quibus properamus in via dei/ vñ q̄ndo in sanctis ꝓuersationibus ⁊ in vita pñti ꝓperamus p ꝓpassionē misero rū/ in futura vita non ꝓperabimus p tōrem ⁊ fugā tormentorū/ Isa. lij. Effunda bimini qui fertis vasa dñi/ q̄m non in tumultu exibitis/ in fuga ꝓperabitis/ precedet enī vos dñs deus. mali diuites huius seculi exeunt de hac vita in tumultu/ quia in morte cāpane ecclesiaꝝ resonant/ campanule ꝓfratriarū pſonāt. hominēs clamāt· mulieres plorāt/ sacerdotes cantant· demones organizant/ angeli sācti de ista armonia imo de isto tumultu nō curant. cū isto tumultu exiuit ille diues epulo qui in infernū est sepultus/ sine isto tumultu exiuit lazarus qui in sinū abrahe est receptus/ vos ergo o fideles cristi. non in tumultu exibitis neq̄z in fuga propera/ bitis. Non est miruz/ si reprobi in die iudicij libenter vellent ꝓperare ad fugiendum/ cū videant demones ꝓperantes ad deuorandū· Jere. xlj· Venite congregamini omēs bestie terre ꝓperate ad deuorandū/ Tercio debet ꝓperare anima fidelis ad refectōem supnorū bonorum Isa. lv/ Oēs sitientes venite ad aquas ⁊ qui non habetis argentum ꝓperate emite et comedite/ Refectō eternorum bonorum in sacra scriptura appellat noīe aquaruz ꝓpter abundantiā ⁊ inundantiā premiorū/ Nā labores vite pñtis nullius momēti sunt respectu future retributōnis. Nā apls. Non sunt ꝓdigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis/ ad istas aquas vocat sitientes non fastidientes/ Nā qui non fastidiūt futurā beatitudinē ardore desiderij/ illi in retributōe inueniuntur indigni

propter hoc in ps. Sitiuit aīa mea ad de
um viuū/oēs ergo sitiētes venite ad aq̄s
et qui nō habetis argentū affluēte tpal
pperate pedibus timoris ⁊ amoris. Emi
te moneta bone operatōnis ⁊ comedite in
corpozādo vobis delectatōez dulcedinis
illius summe ⁊ eterne refectōis q̄ in duo
bus cōsistit. In visione būanitatis cristi
que signaf noīe lactis ⁊ gustatione deita/
tis q̄ intelligiī noīe vini. Ām ibidē subdi
tur. venite emite absq̄ argēto ⁊ absq̄ vl/
la ꝓmutatōe vinū ⁊ lac. Tercio hortaf be
atā agnetē ad pceptōem ꝓmioz cū dicit.
et veni. Scaendum est ergo q̄ vocat dñs
aīam fidelē ad tria. Primo ad eruditōez
Scdo ad recreatōem. Tercio ad cozonaz
vel retributōez. Primo ergo vocat aīam
fidelē ad eruditōez ps. Venite filij audi/
te me timozē dñi docebo vos. Et notanf
in ista auctozitate tria nobis valde neces/
saria. Primū est affectio paterna q̄ nota
tur cū dz venite filij. Scdm est inspiratio
interna q̄ notaf cū dz audite me. Terciū
est stabilitio firma q̄ notaf cū dicit doce/
bo vos. Bona est lectio timoris dñi. Tioz
est dñi in hoīe fideli sapiētiā iniciat. ps.
Initiū sapiētie timoz dñi. In ipso etiā to/
tā structurā edificij spūalis ꝓfirmat. Ec/
cle. xxvij. Si non in dñi timoze tenueris
te instāter cito subuertiī domus tua. Ecce
q̄s necessarij? ē tioz dñi sine q̄ cito subuer/
tet structura spūalis edificij. Scdo vo/
cat nos dñs ad recreatōem. Matthei xj.
Venite ad me oēs qui laborātis ⁊ onera/
ti estis ⁊ ego reficiā vos. Dñs facit sicut
bonus paterfamilias qui seruos suos fi/
deliter laborātes ad quiuiū introducit/pi
gros aūt ⁊ inutiles excludit/sic dominus
in vinea sua fructuose laborantes ad eter
nam refectōem introducet. Lu. xxij. Ego
dispono vobis sicut disposuit mihi pater
regnū/vt edatis ⁊ bibatis sup mēsā meā
in regno meo/q̄s seruos pigros ⁊ laborare
negligentes ab eterna refectōne excludet
Isa. lxv. Serui mei ꝓmedēt ⁊ vos esurie
tis/serui mei bibēt ⁊ vos sitietis. Tercio
vocat dñs aīam fidelē ad cozonā vel eter
nā retributōez. Can. iiij. Veni de libano
veni cozonaberis/sic hodie dñs beatā ag/
netē ad cozonā vocauit/⁊ caput ipsius co
rona aurea decorauit. Eccle. xlv. Cozona
aurea sup caput eius expssa signo ⁊ sancti
tatis ⁊ gl'a honoris ⁊ opus fortitudinis.
Ad quā gl'am ꝛc.

De sancto Vincētio. Sermo. I

Certamē forte
dedit illi vt vinceret. Bap. x.
In verbo ꝓpolito ꝓmendaf
beatus vincētius a duobus.
Primo eīm ꝓmendaf ab audaci aggressi
one arduoz. cū dicit. certamē forte dedit
illi. Scdo ꝓmendaf a virili subiugatōe
tormentoz cū dz vt vinceret. Et sciendū
quātū ad primū q̄ est q̄druplex certamē
quo certauit beatus vincētius. Prīo eīm
est certamē ꝓtinentie ꝓtra incentiuū ꝓcu/
piscentie carnalis. Scdo est certamē sapi
entie ꝓtra insultū phidie vel erroris. Ter/
cio est certamē patētie ꝓtra impetū tribu
latōis ⁊ afflictōnis. Quarto est certamen
caritatis feruide p̄ ꝓtemptū mortis. Pri/
mo ergo est certamē ꝓtinentie ꝓtra incen
tiuū ꝓcupiscentie carnalis. Judicum. iij.
Hee sunt gētes q̄s dñs dereliquit vt eru
diret in eis israhelē ⁊ postea discerent filij
eoz certare cū hostibus ⁊ habere ꝓsuetu/
dinem p̄liādi. iste gentes ꝓcupiscētie car
nales dicunf ⁊ ꝓpetenter gentes appellā
tur/q̄ in nobis ex corruptōe nature prio/
rū pntū generanf. Jo. v. Per vnū ho/
minem peccatū intrauit in mūdū/⁊ p̄ pec
catum mors/ita mors in oēs homines
trāsijt ab adā in quo omnes peccauerūt.
In istis gentib⁹ hoc est carnalib⁹ motib⁹
eruditur in duob⁹/in ipsis eīm ꝓgnosci/
mus quid simus ex nobis. Scdo quid
simus ex munere dei. Prima doctrina q̄si
prima lectio duas hz ptes: Nā ex nobis
duo habem⁹? s. ꝓnitatez ad malū. Scdo

ex nobis habemus difficultatē ad bonum
Ro.vij. Nō q̄ volo bonum hoc ago ꝫ q̄
malū odio illud facio, ꝓpter qđ exclama
bat. Ro.vij. Infelix ego hō q̄s me libera
bit de corpore mortis hui⁹? ⁊ statim sequit
Cōsolatoria responsio gratia dei p̄ xp̄m
iesum dn̄m nostrū. ista diuinā grām ha
bemus ex munere dei q̄ q̄si alia lectio in
duas ptes diuidit. ꝑm duo que grā dei in
nobis opaf. Primo em̄ nos ꝓstituit esse
honestatis mor. j. Cho. xv. Gratia dei sū
id qđ sū. Secđo nos inducit ad primum
exercitiū bonorū opm. vñ ibidē subditur
Et gratia in me vacua non fuit. Dz abū
dāti⁹ oībus bis laborauī. Iste gētes. i. isti
motus carnales nobis in exercitiū relin
quunt certaminis. vñ subdit. vt discerēt
certare cū hostib⁹? cū bis hostibus. i. mo
tibus carnalib⁹ certam⁹ dupliciter. Pri
mo em̄ fugiēdo. sicut em̄ parthi siue thur
ci fugiēdo certant. ⁊ q̄n q̄ hostes suos su
pant. sic nos motus carnales vincimus
q̄n ipsorū occasiones q̄ntū possumus elō
gamus. j. Cho. vi. Fugite fornicatōnem.
Secđo istos hostes vincimus carnē ꝓpri
am macerādo. j. Cho. ix. Castigo corpus
meum ⁊ in seruitutē redigo. Tercio istos
hostes vincimus in sacra scriptura dili
genter studēdo. in lege dn̄i iugiter medi
tando vñ Iero⁹. Ama studia scripturarū
et carnis vicia nō amabis. In isto affli
ctu spūali debemus esse p̄ exercitiū assue
ti. q̄ qui nō est in bello exercitat⁹ nō de fa
cili supat. ꝫ potius supaf. ꝓpter hoc dz ⁊
haberēt ꝓsuetudinē p̄liādi. ꝓpter q̄ legit
de dauid. j. Regū. xvij. Q̄ induebaf ar
mis saul recepit tentare si armatus possz
incedere. Nō ei habebat ꝓsuetudinē dicit
q̄ ad saul. nō possū sic incedere. q̄ nec⁹ū
habeo. vñ illis armis fuit vs⁹? in quibus
erat assuetus. vñ ibidē dicit. Prevaluit
dauid aduersus philisteū in fūda ⁊ lapi
de pcussū q̄ philisteū interfecit. p fūda q̄
prius voluit añ q̄ lapis ex ea emittaf si
gnaf scrutiniū. p̄ q̄ cordis. qđ a nobis p
suadēdo ⁊ reuoluēdo diligenter debet exa
minari. ⁊ tunc debet ex eo lapis durus q̄
obstinatōis peccati p confessionem emitti. ⁊
sic ab hostibus interioribus liberamur. ⁊
hostis exterior supaf. In isto primo certa
mine Beatus Vincecius supauit. q̄ car
nē suā cū vicijs ⁊ ꝓcupiscēt⁹ crucifixit.
et ideo q̄ bonus miles istud primū certa
mē supauit. Secđo est certamē sapientie
ꝓtra insultū hereticē pūtatis. Sap. vij.
In certamine loq̄le illi⁹ sapia ⁊ p̄claritas
in cōmunicatōe sermonū illius. duplici
ter āt solēt hereticī vel infideles ꝓtra fide
les certare. Primo in similitudie ratōnū
Secđo puerlia expositōe scripturarū sācta
rū. vñ de ipsis dz gladij ancipites in ma
nibus eorū. sed vt clauus clauo retūdaf.
gladio ꝙbi dei ex vtraq̄ parte acuto ꝓtra
ipsos pugnare debemus. Apo. j. De ore
eius gladius ex vtraq̄ pte acutus exibat
Hā verisimiles ratōes illorū debemus so
lidis ratōibus retūdere. puerlas expositi
ones eorū catholicis refellere expositōib⁹?
et sic fidē nostrā ꝓtra ipsos astruere ⁊ de
fendere. Aug⁹? in libro de trinitate aduersꝰ
garrulos ratōnatores elatiores q̄ capaci
ores similitudinibus ꝓgruis ⁊ ratōibus
catholicis ad assertōem ⁊ defensiōem fidei
est vtenduz. bis armis erat indutus ⁊ in
ipsis exercitatus miles egregius beatus
paulus apl's. q̄. Cho. x. Hā arma militie
nostre nō sunt carnalia. sed potentia deo
ad destructōez munitōnū. cōsilia destruē
tes. ⁊ oēm altitudinē extollentē se aduer⁹
sus sciētiā dei. sic ergo in certamine loque
le sapiētis est sapia. sequit. ⁊ p̄claritas in
cōicatōe ꝑmonū ipsius. sapia em̄ de se di
cit esse clara. Sapiē. vi. Clara est ⁊ q̄ nū
q̄ marcescet sapia. Sed in sua cōicatōe
dicit esse p̄clara. sicut em̄ sol q̄ntū ad suū
primū actū q̄ est lucere dz esse clarus. q̄n
tū aut̄ ad esse eius ꝑm q̄ est illūinare dz
esse p̄clarus. Sic sapiēs dz esse clarus in
veritatis cognitōe. Sed dz p̄clarus inco
gnite veritatis cōicatōe. qđ fit in auditorū

eruditōe q2 p̄ hāc obtinet claritatis laudē in eternitate. ¶ Dañ. xij. Qui aūt docti fuerint fulgebūt q̄i splēdor firmamenti. zqui ad iusticiā multos eruditi q̄si stelle ī ppetuas eternitates. ¶ In isto certamīe sapie fuit bñ eruditus beatus vincentius. ipsi eñ dixit sanctus valerius. tibi fili gēma scīa pollēti. ac supni amoris igne feruēti. celestis olei doctrine ministeriū delegaui. Ista gēma eius scientie erat in duobꝫ in cōtēplatōe eternoꝝ. z in formatione moꝝ. vel erat ista gēma sciētia in habitu fidei in corde. z libera cōfessiōe in ore. ad Ro. x. Corde creditʒ ad iusticiā. ore aūt fit cōfessio ad salutē. Tercio est certamē patiētie cōtra impetū tribulatōis vel afflictōis. Ad Hebre. x. ¶ Rememoramī pristinos dies in quibꝫ illūinati magnū certamē sustinuistis passionū. loquit aplus fidelibus cristi de statu infidelitatis ad fidem eius cōuersis. Nā primo erant tenebre sup faciem abissi. Sed dixit deus. fiat lux. z facta ē lux fidei in ipis. Eph. v. Eratis enī aliqñ tenebre. nūc aūt lux in dño. ¶ Istos dies pristinos rememorari debemus. vt de munere fidei q̄ illūinati sumus cristo grās referam. Et sapiēter crist⁹ pri⁹ suos fideles voluit illuminari q̄ certamib⁹ tormētoꝝ exponi. Hebr. ij. Qui in tenebris verberaʒ vel vulneraʒ ignorat aq̄bus vel q̄ de cā verberaʒ. sz qñ verberaʒ de die p̄t pponas. z etiam causas ppendere. sic fideles cristi primo fuerūt illuminati vt cognoscerent in lumine fidei q̄ p fide cristi erāt tormētis tirānoꝝ expositi. sed q2 erāt sup firmā petrā fūdati cruciari poterāt. sz neq̄ quā poterant a fide cristi auelli. Hec ē petra refugiū erinatiꝫ. i martiribus sāctis Jere. xlviij. Habitate in petra. estote q̄si colūba nidificans. ī sūmo ore foraminis. petra est cristus. i. Cho. x. ¶ Petra aūt erat cristus. huius petre foramīa sūt cristi vulnera. quib⁹ fuerūt eius membra in passione pforata. In istis foraminib⁹ vult cristus fideles suos habitare. nec cessat eos q̄i colūbas dñi ad ista foramina. puocare Cañ. ij. Dum colūba mea in foraminib⁹ petre. beatus Vincen. securus habitabat et dacianū in eū seuientem q̄i accipitrem circūuolantem videbat nec timebat. sed magis ad propria supplicia prouocabat. Unde et ipsi dicebat. Insurge et toto malignitatis tue dēuaccare. videbis me dei virtute plus posse qui torqueoꝝ q̄ possis ipse qui torques. Nec mirum si beatus vincen. habitans in petra in modū petre durueri. sz exul a corpore dolores corporis nō sēserit. neq̄ hoc faciebat stupor. sed amor. Submittebatur enim sensus non ammittebatur. non erat dolor. sed superabatur. nō accipiebanʒ opes sep contemnebanʒ. Quarto est certamē caritatis feruide p cōtemtū mortis. ij. Thimo. ij. Nō coronabiʒ nisi qui legitīe certauerit. homo certat legaliter bonum incipiendo. sz certat legalius incepto bono. pficiendo. sz legittime certat vsq̄ in finem pseuerādo et sic incepta bona cōsūmando. Sic certauit beatus vincen. vñ dicere potuit id. q̄. Thimo. iiij. Bonū certamen certaui. fidē seruaui cursū cōsūmaui. Certamen impatoris est. puocatīm audacie militis. pter q̄ ad Hebre. xij. dr. Curramus ad ppositū nobis certamē aspicientes in auctorē fidei. z cōsūmatorē ihesū. q̄ pposito sibi gaudio sustinuit crucem. ad cristum oculos leuabat. Nam inde potens ad bibendum calicem dñi erat. De quo in ps. Calix meus inebrians q̄ preclarus est. ¶ Reuera iste calix. z preclarus. z iocund⁹ erat. non solum militi certanti sz impatori spectāti. miles eñ ex vulneribus impatoris hauriebat q̄d illud q̄d sibi deerat ex ppria infirmitate supplebat. z ipsū in passiōe solidabat. vñ bñ cōpetit beato vin. illud q̄d dicit beatus Bern. Ego q̄ mihi ex me deest mihi vsurpo ex viscerib⁹ ihesu cristi. Nā mira effluunt nec foramina desunt p̄ que effluunt. Foderunt enim inquit manus meas. z pedes meos. latusq̄ lācea pfora.

uerūt p has rimas licet mihi sugere mel
de petra oleūq de saxo durissimo, i. gusta
re & videre qm̄ suauis ē dñs, pgustatōne
istius dulcedinis, puocabat beatus vincē
tius tortores suos ad acceleratōez certa
minis. Nā dilatio remuneratōis ei vide
batur diminutio. Sic ergo beatus vincē
tius primo p̄mendatur ab audaci aggres
sione arduoz cū dr. Certamē forte dedit
illi. Scdo p̄mēdat a virili subiugatione
tormentoz cū subdit vt vinceret. Scien
dū est ergo q beatus vincētius vicit qua
drupliciter. Primo em̄ vicit p̄cupiscen
tiā carnis castitate. Scdo vicit infideli ta
tē errōris fidei veritate. Tercio vicit ago
nem certaminis patiētie vtute. Quarto
vicit mortē & actores mortis. feruida cari
tate. Primo ergo vicit beatus vincētius
p̄cupiscētiā carnis castitate. j. Jo. ij. Scri
bo vobis iuuenes. qm̄ fortes estis & verbū
dei manet in vobis & vicistis malignū. i.
mūdū triplici malo igne ignitū. q2 p̄m q
ibidē dr. Omne q est in mūdo est cōcupi
scētia carnis, aut p̄cupiscētia oculoz̄, aut
superbia vite, p̄cupiscētiā carnis dicit, p̄ter
affectōem voluptatis carnalis. Cōcupi
scētiā oculoz̄ dicit, p̄ter cupiditatē afflu
entie tp̄alis. Superbiā vite dicit, p̄ter am
bitōem excellētie vel honoris. Ista tria vi
cit beatus vincētius. Primo vicit p̄cupiscen
tiā carnis, carnē suā cū vicijs & p̄cupiscē
tijs nō solū crucifigēdo, sed etiaz varijs su
pplicijs exponēdo, vñ de ipso legit. Lorā. f.
flagellat. exurit. & distētis mēbris crescit
ad penā. Inserit quoq pectori & mēbris
depressa aspitas laminarū & decurrēte in
ter ipas cādētis ferri acies liquore stridēs
flāma a ruina respgit. Scdo vicit cōcupi
scētiā oculoz̄ mūdū & oīa mūdi oblecta
mēta p̄tēnēdo, vñ cū sibi, p̄spa p̄mittebā
tur si christū negādo a fide eius auerteret
oīa q̄si stercora arbitrabat. Tercio vicit
superbiā vite. sese infidelibus & tortoribus
longe ipo inferioribus hūliando, verus
imitator christi de quo ad Philip. ij. dicit
Hūliauit semetipm factus obēdiēs vsq
ad mortē. Scdo beatus vincē. infidelita
tem errōris vicit fidei veritate. Sap. vij.
Sapientiā nō vincit malitia. Attigit enī
a fine vsq ad finē fortiter & disponit oīa
suauiter. Cū dicit sapiaz nō vincit malicia
min? dict & pl? signat, q2 sapia nō solū ma
licia ñ vincit, & malicia a sapientia superat.
Nec mirū q ifirmū cū a fortiori p̄cutit & ex
p̄cussiōe p̄fringat. Eccle. xiij. Quid cōcu
bit cacab? ad ollaz? Oñ em̄ se collisserint
cōfringet, vñ sicut cōfringit olla testea ex
collisiōe cacabi ærei soliditatem hūtis ita
malicia vincit a sapia p̄pter veritatis sa
pietie firmitatē. In ista firmitate verita
tis beatus vin. solidat? erat. Et ideo nec
tirānū nec martiriū timebat, vnde & cōtra
ip̄m seuiebat mūdus. & si ip̄m p̄timebat
ipam ꝓpetuare nō valēt. ꝫ caro et sāguis xpi sic vitā spūalem sustētāt ꝙ ipaz perpetuant, Jo. vi, Qui manducat carnē meā et bibit sanguinē meū habet vitā eternaz. et ego resuscitabo eū in nouissimo die, Fideles carnē xpi et sanguinē sub sacramēto ꝓcipiētes dicunt vitā habere in ꝓsēti in spe. in futuro vere. et hoc cū corpis gloriosa resuscitatione, Anima eīm corpus illud qđ habuit socīū meriti. debz habere socīū premij. et sicut fuit consorz tribulationis: sic debet esse et cōsolatōis, qñ aliquis hospitat in hospicio alieno ꝙ hospitat nū qz se bñ recipi iudicat si ille qui eum in hospicio suo recipit equo suo fenū et auenam sufficiētē nō ministrat. sic aīa beata nunqz se ꝑfecte hospitatā iudicaret. nisi sūmus paterfamilias corpi suo tanqz eq̄ mensurā bonā et confertam et coagitataz illius supne refectōis ministraret, hoc cibo spirituali dñs in hac vita voluit nos reficī ne in via deficerem⁹ fatigati, Vatī xi, xv, Dimittere eos ieiunos nolo. ne deficiant in via, Secundo iste cibus est cibus electus ad impīguatōz aridorū, Abac. i, Incrassata est pars eius. et cibus ei⁹ electus, ps fideliū tunc incrassat qñ animabus eorū deuotio donat. ꝙ petebat, ꝓphēta dauid cū dixit: sicut adipe et pingue dine repleat anima mea, sicut eniz terra arida nō potest fructum ꝓducere nisi pfūdat celesti roze et imbze desup veniēte. sic aīa fructū bone opationis nō ꝓducit nisi quā do eā dñs roze supne benedictionis et interne deuotionis pfundit, Isa. xlv, Rorate celi desuper nubes pluāt iustū, sic ps hominis fidelis incrassat qñ sibi diuinū deuotio donatur. ꝓpter ꝙ dicit incrassata est pars eius: subditur aūt. ꝫ cibus ei⁹ electus, et cōperent iste cibus electus dicitur, in ipso enim ille sumit. de quo Cantico. v, Dilectus meus candidus et rubicūdus. electus ex milibus, electū cibū et delicatū duo faciunt. s. efficacia ad fortificationem: et dulcedo ad delectationē, que duo repiⁿ in cibo istō. cibus eīm iste et fortificat ꝫ delectat, ps, Cibauit illos ex adipe frumēti. et de petra melle saturauit eos, adeps frumēti opat ad fortitudinē. mel autē in se cōtinet miram dulcedinē. sic cibus iste opatiuā fortificatiuā affectiuā dulcorat, istū cibū dñs dedit discipulis suis qñ debuit recedere ab ipsis ad modū hoīm qui volunt ꝓficisci pegrē qui solent amicos ꝫ vicinos suos conuocare et ipsis conuiuium facere ad impssionē ꝫmēoz orationis ꝓsone sue, i. ad Chorin. xi, Hoc facite in meā cōmemorationē, Tercio iste cibus est cibus ad ꝓfirmationē ꝓfectorū, Hebre. v, Perfectorum aūt solidus cibus, qui, ꝓpter cōsuetudine exercitatos hñt sēsus ad discretionē boni et mali, Ego video ꝙ puulis lac solet dari qui solido cibo nōdū valent vti. vñ Chorinthijs adhuc in fide xpi puulis dicit. Ipo. i. ad Chorin. iij, Tanqz parvulis in xpo lac dedi vobis nō escam, Ꝫ viris ꝓfectis solet cibus ꝓfectus ministrari. vñ de homine fortiter comedēte dicit. fm consuetum sermonē: iste bñ comedit crustulam et micā, talis cibus ꝓfectorū est xpus in sacramēto altaris, in cuius figura iij. Reg. xix. dz, Helias comedit ꝫ bibit ꝫ ambulauit quadraginta diebus et qdraginta noctibus in fortitudine cibi illi⁹. vsqz ad montem dei oreb, Oreb interpretatur mēsa per qz signatur refectio eterna. que est in illa vita superna, vnde istud viaticum est magne efficacie et virtutis ꝙ ꝓducit ad sacietatem superne refectionis, ꝫ dicit, quibus ꝓfectis iste cibus debeat dispensari, illis enim dispensari debet qui exercitatos hñt sensus ad discretionem boni et mali. et ideo iste cibus nō debet ministrari puulis donec puenierint ad annos discretionis. vt possint iudicare de efficacia et excellēcia istius cibi spiritualis, fatuus esset qui daret asino cinamomū ad comedendū. et balsamum ad porandum; Non enim curaret de valore et bonitate ipsoruz, vis audire valorem et efficaciam

istius cibi audi quid dicitur Joh. vi, Panis quē ego dabo caro mea est p mūdi vita, homo multū diligit oculos suos qz valent ad totius corporis illustrationē. solet etiam diligere manus quia valent ad operationem et totius corporis defensionem. solet diligere pedes suos qz valent ad totius corpis supportationē. attamē omnia ista nullū momentū sunt si vita careāt, istius ergo cibi dignitatē et efficaciā de facili ꝓcipit qui ipsam vitā tribuere nō singulari persone. Sed toti mūdo cognoscit. Ideo iste cibus est absconditus ad glorificationem electorū. Job. xvi, Ego cibo in visibili et potu qui ab hominibus videri non potest vtor, quādiu nos perfidē et non per spem ambulamus. istum cibū absconditū sub specie sacramenti sūimus. et eius virtutem et dignitatē p speculum et in enigmate et nō facie ad faciem videmus. vt fides habeat meritū cui nec humana ratio nec sensuum certitudo prebet experimentum, ꝙ facie ad faciem istius cibi substātiaz et dignitatem videbim⁹ quando ab ipso in vita beata in corpore et anima ipsum videndo saciabimur, Johā. xvij, Hec est vita eterna vt cognoscant te solum deum verum. et quem misisti iesum christum, tunc enim sicut oculus mentis delectabitur in sublimitate veritatis. sic oculꝰ carnis delectabitur in veritate visionis bñanitatis, Christus enim qui sua deitate irradiabit occulum mentis non dimittet secum oculum carnis. sed illum visione sue humanitatis illustrabit, Job. xix, In carne mea videbo deum saluatorē meū, sic ergo primo hortaf nos aplus ad ꝓceptionē sacre ꝑmunionis cum dicit rogo vos accipe cibum. Secūdo ponit rationem sue exhortationis cū dicit ꝓ salute nostra, Sciēdū ergo ꝙ iste cibus qui est christus dominꝰ salutem q̄dupliciter operatur, Primo a peccatoꝝ sordibus abluendo. Secundo virtutum varietatibus decorando. Tercio in aduersitatū doloribꝫ ꝓsolādo. Quarto in sanctoꝝ splendoribꝫ introducēdo, Primo ergo xp̄us salutē nostram opatur nos a peccatoꝝ sordibus abluēdo. Lu. i, Ad dādam sciētiā saluti plebi eius in remissionem peccatorū eorū, Unde fidelibꝰ suis scientiam salutis sue tribuit, qñ baptismū sacrū instituit. et instituū predicādū ꝑcepit, Matxi vlt, Docete omnes gētes baptisantes eos in nomine patris et filij. et spiritussācti, et Marci. vlt. dr, Qui crediderit et baptisatus fuerit saluꝰ erit. qui āt nō crediderit ꝓdēnabit. vñ anime peccatorum sordibus maculate dicitur Ezech. xvi, In aqua nō es lota in salutem. nec sale salita. nec inuoluta pannis, tria dicit q̄ fiunt circa illum qui baptisatur, ipse enim in aquam immergitur ꝙ ꝙ immersio peccatorum designatur. sal etiam in ore ipsi⁹ ponitur ꝙ ꝙ sal sapientie monstratur. pānniculo etiam albo circumdo inuoluitur in quo mūdicia innocētie signatur. et ꝓsta nobis celestis ianua aperitur, Apoc. vlti, Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni. hoc est in fide sāguinis christi. q̄ dat efficaciā sacramēto baptismi, et sequitur, vt sit potestas eorum in ligno vite. et per portas intrent ciuitatē. Due porte inueniuntur per quas electi in salutem eternam ingrediuntur, Prima est cordis mundicia. Job. xxij, Saluabitur innocens. saluabit autez mundicia manuum suarum, Secunda porta est finalis perseuerantia. Matxi. xxiij, Qui perseuerauerit vsqꝫ in finē hic saluus erit. Sed immundi homines per istas portas non ingredientur. sed sicut immūdi canes ab ecclesia. sic ipsa vita beata expellētur, Apoca. vlti, Foris canes et venefici et impudici, Secundo cibus iste operatur salutem nos virtutum varietatibus decorando. Ecclesiastici xxx, Salus anime in sanctitate iusticie. et melior est omni auro et argento, sicut salus aīe est in sāctitate iusticie. ita sāctitas iusticie consistit in virtutum vario decore qui procedit a patre luminum decoris fonte,

Jac.i, Omne datum optimum et omne donū pfectum a sursum est descendens a patre luminū, sicut enī sol illuminat istū aerem radijs suis. sic pater luminū illūmi nat animā vtutibus varijs, quādoq; aīa per contemptū terrenorū deorsum incli natur. qnq; per desideriū supnorū sursuz erigitur. quādoq; decoratur armis iusticie a dextris et a sinistris p patientiam in ad uersis, tali anime sic vtutū varietatibus ornate dicit dñs Ezechiel. xvi, Vestiui te discoloribus. et calciaui te hyacinthō. et cinxi te bisso. et indui te subtilibus. orna ui te ornamēto. talis anima sic vtutū va rietate ornata est illa de qua dicitur Apo. xij, Mulier amicta sole et luna sub pedib⁹ eius. et in capite eius corona stellarū duo decim, Ista mulier est anima sancta que dicitur amicta sole p contemplationē eter norū. luna dicitur esse sub pedibus eius p conculcationem terrenorū. Sed in capi te eius dicitur esse corona stellarum duo decim p decorē varietatis vtutū. Tercio ab⁹ iste est causa salutis nostre nos in tri bulatione consolando, Isa. xxxiij, Domi ne miserere nostri te enim expectauimus. Esto brachium nostrum in manex sal⁹ nostra in tempore tribulationis, in verbo pphēta assumit psonas hominū timidoz nō de seipsis in periculis confidentiū. Sed de auxilio forciorum. et ideo expectantib⁹ auxilium eorum, sic nos semper debemus timere et nō de nobis. sed de diuino auxi lio confidere. et salutem nostram cū metu et timore procurare, Phil. ij, Cū metu et tremore nostram salutē operamini, deus est enim qui operatur et velle et pficere p bona voluntatē. et ideo nō nobis dñe nō nobis. sed nomini tuo gloriam debemus dare, et ideo miserere nostri dñe te enim expectaui mus cum metu et tremore. et ideo dñe de us in adiutorium nostrum intende. Esto brachiū nostrum in mane, brachio nostro nos regimus. brachio alios impugnam⁹ brachio etiā vtiliter operamur. et ideo diui num brachium imploramus. sine quo ni hil agere possum⁹. Isa. xxvi, Omnia opa nostra operatus es in nobis dñe, et ipsius in nobis opera habemus valida. cui⁹ ma nus nec est pusilla nec abbreuiata et pusil la. Isa. l, Nūquid abbreuiata et parvula facta est manus mea vt nō possim redime re aut non est in me vtus ad liberandum; certe dñe imo est in te virtus ad liberādū. quia sine te peccatoz liberari non potest. et ideo in tribulationib⁹ positus dicit, Esto salus nostra in tempore tribulationis, Dominus est salus nostra in tempore tri bulatōis nos in tribulatōibus consolan do. ij. Corint. i, Pater misericordiarum et deus totius consolationis. qui psolatur nos in omni tribulatiōe nostra, dñs ē eti am salus electorum suoz ipsos a tribula tionibus eruēdo, ps, Cum ipso sum in tri bulatione eripiam eum. Est etiam sal⁹ eo rum. ad eternam gloriam deducendo. vñ subditur. et glorificabo eum. Quarto xps optatur salutem fidelium suorū in sāctorū splendoribus introducendo, Prouer. viij, Qui inuenerit me inueniet vitā. et hau riet sibi salutem a dño. Non est mirum si ille qui dñm inuenit vitam inuenit. Ipse enim est qui de seipso dicit Joh. xiiij, Ego sū via veritas et vita. Reuera ipse est vita per quam gradimur. Ipse est veritas per quā dirigimur. Ipse est vita que inuenit. Et ideo qui sequunt mendaciū et nō veri tatem nō inueniūt vitā. sed mortem. psal. Filij hoim vsq; quo graui corde. vt qui di ligitis vanitatem et queritis mēdacium. fatue queritis qz in veritēdo qō queritis non inuenitis nisi interitum, ps, Perdas omnes qui locunt mendaciū, Dominum ergo in simplicitate cordis debemus que rere. et de ipso in bonitate sentire. vt cum ipso et in ipso possimus vitā inuenire eter nam, Sapie. i, Sentite de dño in bonita te. et in simplicitate cordis querite illū, si cut enim homines positi in inuio qnq; a rectitudine vie intente exorbitāt. sic homi

nes duplices a recto tramite deuiãtes ad supnã patriã nõ valẽt puẽire ad quã simplices pꝛgeniunt: et sic istam viam inuẽniendo, inueniunt vitam, sequitur, et hauriet sibi salutẽ a domino, in hausu signatur abundantia. in qua signatur ꝙ in salute est omniũ bonoꝝ copia: illa enim salus eterna est felicitate fecunda. ℣ Prouerbiꝝ. Decum sunt diuitie et gloria opes et iusticia, homo sitiens libenter recurrit ad fontem. sic nos si salutem eternam sitimus ad christum recurrere debemus salutis eterne vitam fontalem, in illa etiam salute est recreatio iocunda. ℣ Isa. lx. Occupabit sal? muros tuos et portas tuas laudatio, tunc enim laudãdo dominũ ibi cãtabimus deo nostro iocunda sit laudatio, illa etiam salus est eterna duratione. ℣ Isa. xlv. ℣ Israel saluatus est in domino salute eterna. Nobis ergo qui israel hoc est deũ videntes sumus vitam eternam donare dignetur. qui viuit et regnat deus.

De corpore christi Sermo I

Probet seipsuꝫ homo. et sic de pane illo edat et de calice bibat. i. ad Ebꝛ. xi. In verbo ꝓposito nos hortatur aplus ad duo. Primo enim hortatur quẽlibꝫ nr̃m ad diligentem sui examinationem cuꝫ dicit probet seipsum homo. Secundo hortatur ad sacramentalem eukaristie sũptionem cum dicit. et sic de pane illo edat.

Sciendum ergo ꝙ homo probatur quadrupliciter. Primo enĩ probatur simplicitate cordis. Secundo probatur strennuitate corporis. Tercio probatur sinceritate veritatis. Quarto probatur acerbitate tribulationis vel aduersitatis. Primo ergo probatur homo simplicitate cordis. i. Paralip. xxix. Scio deus ꝙ probas corda et simpliciratem diligas. dominus corda probat et probãdo quedam reprobat. illa corda a domino probantur et ꝓbantur que in tribulationibus ꝑ patientiam fortia inueniuntur. Sapi. iij. Tanꝯ aurꝫ in fornace illos ꝓbauit. et quasi holocausti hostiam accepit illos. illa enim corda a domino acceptantur que in tribulationibus posita fortia inueniuntur. dominus enim facit sicut religiosi consueuerũt facere. quando enim recipiunt nouicium dãt ei annũ ꝓbationis. vt infra annũ ꝓbẽt si possit rigorẽ ꝛ disciplinã ordinis sustinere et mores eius moribus ipsoꝝ valeãt conuenire. post istã ꝓbationẽ si ipm inueniunt tractabilẽ et disciplinabilẽ ipm recipiunt ad professionem. si autem inueniũt eum durum et male tractabilẽ reddunt ei vestes seculi et exponũt eum ꝓprie volũtati. sic dñs illos quos reperit in tribulatione minime proficere cõsueuit reprobare Hiere. vi. Frustra conflauit conflatoꝛ. malicie enim eorum non sunt consumpte argentum reprobum vocate eos. quia dominus ꝓiecit. ꝓpter ꝙ ꝓphꝛta dauid petebat se a dño probari. quia desiderabat ꝓbari. ps. Proba me deus et tenta me vre renes meos et coꝛ meũ. in renibus est fortitudo. in corde dilectio regnat. petebat ergo ꝓphꝛta renes suos et coꝛ suum a dño vri quia optabat inflammari ardoꝛe dilectionis et fortificari intollerantia tribulationis. quod bene fecit christus apostolis suis cum sup ipsos misit spiritum sãctũ in igne. Actuũ. ij. Ut ipsos redderet charitate feruentes. ipsos etiam induit spiritus sancti ℣rute exalto vt ipsos redderet in tribulatione patientes et fortes. Luce. vlti. Sedete hic in ciuitate donec induamini virtute exalto. ista probatio qñ sequitur diuina ꝓbatio est sufficiens et bona. quia est deo grata et homini q̃ probaꝫ fructuosa quia est eterne glorie demõstratiua et introductiua Eccĩ. xxxi. Qui probat? ẽ in illo et perfectus inuentus est et erit illi gloria eterna. Talis efficacie non sunt demõstrationes geometrice. nec probatõ es

silogistice-cum istis demõstrationibus et probationibus contigit ad eternũ interitum puenire. Sic ergo ꝓbat corda dñs Simplicitas etiaz diligiꝫ.et hoc triplici ratione. Primo quia est ad dirigendum lucida. Secũdo quia est ad fructificãdũ fecũda. Tertio quia est ad inueniẽdũ sedula. Primo dico est ad dirigendũ lucida. Prouer.xj Simplicitas iustoꝝ diriget illos.sicut enim oculus corporis dirigit in via pedũ ita simplicitas cordis ꝙsi lucerna spiritualis dirigit in via morum Matthei.vi. Lucerna corpis tui est oculꝰ tuus.si oculus tuꝰ fuerit simplex totũ corpus tuũ erit lucidum. Secundo simplicitas est ad fructificandũ fecunda. Prou. xx. Justus qui ambulat in simplicitate sua beatos post se filios derelinquet.ad literam christus fuit ille iustus qui ne minẽ sedens in simplicitate sua ambulauit.et ideo post se apl̃os beatos filios dereliquit apl̃i etiam in sua simplicitate ambulauerunt.ideo et ipsi beatos post se filios dereliquerunt.s.miliciam martirum.sapientiam confessorũ.mundiciã ⁊ginum.legitimã copulam coniugatoꝝ in christo nubentiũ.istos enim spiritualiter christo domino genuerunt.i. Thor.iiij. In xpo iesu per euangeliũ ego vos genui. Tercio simplicitas est ad inueniendũ deum sedula. Sapi.i. In simplicitate cordis querite illum quoniã inuenitur ab his qui nõ tentant illum. ille qui tentat non dicit aperte quod habet in corde. sic multi homies hypocrite et duplices videntur deum tentare qñ locunt in corde et corde qui extern? pretendunt apparentẽ sanctitatẽ interius abscondũt latentẽ tales deũ inuenire nõ valent. Jaco.i. Vir duplex.aio incõstans est in oibus vijs suis-qui dñm vult inuenire ꝓtinue et ꝓstãter debet ipsuz querere. ps. Querite dñm ⁊ cõfirmamini qui fa-.e. semper. sic ergo simplicitas cordis est ꝓmendabilis et ideo dñs ipsam diligit. Aliqui sunt qui simplicitatẽ nõ reputant sed magis derident.qñ em̃ vident aliquẽ bonũ hominẽ simplicẽ et religiosũ statim derident eum quasi fatuũ. isti hoies sunt qui bñt callliditatẽ ispinam. et ideo deridẽt simpliciratẽ colũbinam. Job.xij. Deridẽt iusti simplicitas. Sunt alij hoies qui simplicitatẽ solum non derident.sed etiam infestant et vexant.isti sunt hoines habentes ferocitatẽ lupinã qui ouiũ.i.animaliũ simpliciũ turbant ⁊ lacerãt mãsuetudinem. Mich.vj. Eos qui trãsiebãt simpliciter puertistis in bellum. Secũdo ꝓbatur homo strennuitate opis. Gall. vi. Opus suum ꝓbet vnusquisqꝫ et sic in semetipso tm̃ gloriam habebit et nõ in altero.hõ dz opus suũ ꝓbare.quia sicut arbor a fructu cognoscitur. sic hõ ex opibus cognoscetur. Matthei.vij. A fructibus eorũ cognoscetis eos.etsi bona fuerunt opa abiplis laudabunt tanꝫ a bonis arbor fructibus laudabit. Prouer.vlt. Date ei de fructu manuũ suarum.et laudent eam in portis opa eius. Ego video ꝙ qñ homo emit vnũ equũ antequã emat eũ ꝓuenit ꝓbare vtrũ sciat bñ ambulare.vtrũ possit bñ comedere.si emit boues bene vult ꝓbare si attrita sub iugo cervice sciant arare. Luce.xiij. Juga boum emi quinqꝫ et eo ꝓbare illa. Jtẽ si hõ recipiat pecuniã bene vult numerare.si eaz recipit integre et bñ vult ꝓbare si sit publice et ꝓbate monete Gen̄.xxiij. Abraam appendit pecuniã qꝫ ephron postulauerat quadringentos siclos argenti ꝓbate monete publice. si ergo ista cum magna diligentia ꝓbamus opera nostra diligentius ꝓbare debemus ne sub districtiõi ꝓbatõe incidam?. Ego video ꝙ isti artiste qñ petunt licentiã regẽdi in artibus multũ timent examinatores rigidos et austeros.et multũ desiderant hñe benevolos et benignos sic et nos studeam? ꝓbare opa nostra ꝓsideratõe diligentis discussionis. ne incidam? in manum examinatoris austeriozis.s.purgatorij ignis.i. Thorin.iij. Unuscuiusqꝫ op?

quale sit ignis, pbabit. sic ergo opus suū pbet vnusquisq; sequit. et sic ī semetipso tm̄ gloriā habebit et nō in altero. aliqui solent gloriari in reliquijs sanctoz et monasteria sua reputāt. qz ibi sunt reliquie aliq̄ aplōz vel martirū vel alioz sanctorū. Te bonū est sanctoz reliquias venerari. Sz melius est sanctoz opa imitari. dñs enīz in iudicio non te ex sanctoz reliquijs. sed ex tuis opibus iudicabit. et ideo stude sanctoz opa imitari. j. Cho. iiij. Estote imitatores mei sicut et ego christi. illum libenter imitari debemus qui christi vestigia imitant. qz sequēdo ista vestigia ad gloriam et lumē vite eterne puenim? Joh. viij. Qui sequit me non ambulat in tenebris. sed habebit lumē vite. hō pauper libēter sequit. Dos diuitis nūciū qm̄ ipse duxit ad prandiū bonū. sic et nos sanctorum vestigia seq̄mur vt ad refectionē supnam puenire mereamur. Tercō, pbatur homo sinceritate veritatis. j. ad Thess. ij. Sicut pbati sumus a deo vt crederet nobis euāgeliū ita loquimur nō q̄si hoibus placētes. sed deo qui pbat corda. isti reges et potentes primo fidelitatē seruoz et industriam pbant quā ipsis consilia sua secreta pmittant. sed postq̄ ipsoz pbauerūt fidelitatē et industriā sibi sua secreta revelant. sic facit dñs qui psilia sua que a sapientibz et prudentibus hui? seculi abscondit aplis suis tanq̄ fidelib? et industrijs revelauit Jo. xv. Jam nō dicā vos seruos qz seru? nescit quid faciat dñs eius. vos autē dixi amicos qz omnia quecūq; audiui a patre meo nota feci vobis. Rex etiā alicui famulo de quo bene confidit solet dare litteras credulitatis vt ei credat sicut regi qz ipse loquitur ex ore regis. istas līas credulitatis dedit deus discipulis suis vt eis tanq̄ sibi crederet. qz ipsi ex ore dei loquebantur Mathei. x. Nō em̄ vos estis qui loquimini. sed spiritus patris vr̄i qui loquit in vobis. iste līe nō solū fuerūt credulitatis sed etiā magne vtilitatis. quia auditoribz eaz pfuerunt ad acquisitōz eterne salutis Marci. vlti. Qui crediderit et baptisat? fuerit saluus erit. sicut ergo pbati erant apli vt sibi euāgeliū crederet ita loquebātur. j. ad Cho. ij. Loqmur nō indoctis humane sapientie verbis. sed in doctrina spiritus spūalibus spūalia pparantes. bonam lectōz auditoribz? suis aplis legere poterat qui de scola spūssancti doctrinā acceperat q̄z docebat. ipse etiam sicut sapiens vbi diuini dispensatoz spūalib? spūalia cōparabat. Hāc fm q̄ntitatē auditoz dñt formari vba doctoz. hoies em̄ subtiles grossa et rudia qui pēdunt. hoies vo rudes subtilia intelligere nō pñt. et sequit hic. nō q̄si hominibus placētes. sed deo qui pbat corda. Sciendū est ergo q̄ sūt aliqui hoīes qui volūt alios hoibus placere. cū em̄ iposaspe corripe deberent ipsoz vicia palpant vt ipsorū voluntati placeant et sic ipsos ducūt in errorē. in quoz psona. Jsaie. xxx. Loquimini nobis placēcia. videte nobis errores. fm istū modū hoibus placere est malū. Gall. j. Si adhuc hominib? placerem christi seruus nō essē. sed bonū est hominib placere ad pservandā eoz pacem et tranquilitatē. Ro. xij. Prouidētes bona nō solū coram deo. sed cora hominib? si fieri pt q̄ ex vobis est cū hominib? pacem habētes. Quarto, pbat hō in acerbitate tribulationis vel aduersitatis. Jaco. j. Beatus vir qui suffert tentationē qm̄ cum probatus fuerit accipiet coronā vite aliud est tentationē sufferre. aliud est superferre. Tunc enim tentatio suffert quādo pede virtutis a ratione sensualitas calcatur. tunc autem superfertur quando rationi sensualitas dominatur. et tunc homo efficitur monstruosus. magnum enīz monstrum esset si homo pedes super caput haberet. et istud accidit quando sensualitas dominatur rationi. Cum enim ratio sit caput sensualitatis. et sensualitas ad modum pedum ei debeat subijci tunc pedes super caput ponuntur quādo rōni

sensualitas supfertur. ideo Gen. iij. dicit. Sensualitati de ratione, sub viri potesta te eris. et ipse dominabit tui. sicut enim vir in matrimonio corpali dñatur mulieri. sic ratio in matrimonio spuali dñari sensualitati dicit, pter q dicit. beat9 vir qui suffert tentationem. et sequit. qñ cum, pbatus fuerit. homo, pbatur in tentatione sicut miles in certamine. sicut aurũ in fornace. sicut clericus in examinatione. quando epus vult cõferre parrochiã alicui clerico vult habere testimoniũ de vita et experimentũ de scientia. Hebre. xj. Qñ cũ aplis mtros sctos enumerasset 7 mlta magna bona de ipsis enarrassz qi in testimoniũ bone vite subiunxit. Hi omnes testimonio fidei, pbati sunt. vult etiaz dñs habere experimentũ de scientia. qñ enim celestis cãcellarius dabit licentiam intrandi in gloriam dei illos qui intrare volunt examinabit. Ysai. xxix. Dabit liber nescienti lras. et dicetur ei lege istuz et respõdebit nescio lras. et tunc sicut epũs clerico qui nescit legere vel cantare prochiam non tribuit. ita nec christus assistẽs pontifex futurorũ bonoz pbendam triũphantis ecclesie minime donabit. Ipse enim vult habere homines eminentes in vita 7 sufficientes in sciẽtia. Dan. j. Precepit rex vt introducerent pueros in quibus nulla esset macula. decoros forma. ecce eminentia vite. et sequit. Eruditos omni sapiẽtia. ecce sufficiẽtia scientie. Cũ ergo sic, pbatus fuerit hõ et sufficiẽs inuentus accipiet coronã vite Tho. iij. Hoc autem, pcerto habet omnis qui colit te. quia vita eius si in pbatione fuerit corona bit. sic ergo hortatur apostolus quẽlibet nostrũ ad diligentem sui examinationẽ cũ dicit, pbet seipsum hõ. Secundo hortatur ad sacramẽtalẽ dñici corporis sumptionem. cum dicit et sic de pane illo edat. Sciendũ est q panis ille est panis sanctus ad refectionẽ mundatorum. Secundo est panis validus ad pfirmationem cordiũ humanoz. Tercio est panis refertus plenitudine omniũ carismatũ et donoz. Quarto est panis sapidus ad delectatõem beatoz. Primo ergo est panis sanctus ad refectionẽ mũdatorũ. j. Regũ xxj. Non habeo panes laicos ad manũ. sed tm panẽ sanctum. si mũdi sunt pueri maxime a mulieribus mãducent. iste panis est tante sanctitatis q non debet nisi a mundis sacerdotibus offerri. Leuiti. xxj. Sacerdos qui habuerit maculam nõ offert panem deo suo. cũ enim magis displiceat deo macula spiritualis quam corporalis. si leprosi ejciuntur a sanctũ, mũto ne nõ est mirum si sacerdos vicijs inuolutus. et spiritualiter leprosus excludit ab istius panis sanctissimi, secratione. Nõ debet etiam panis iste nisi mundis hominibus ministrari. Exodi. xix. Sanctifica populum hodie et cras. lauentq vestimẽta sua. et sint parati in diem tercium. sacerdos debet populum sanctificare id est dare eis vt seipsos sanctificẽt predicare. et hoc hodie et cras. hodie. s. vt doleant de perpetratis peccatis. Cras vt caueant a perpetrandis. vñ aug. Peccatoz doleat de pterito. caueat de futuro. dicit etiam. vt lauẽt vestimenta sua. per vestimenta que opiũt turpitudinẽ et exterius nos ornant signatur conuersatio honesta. debet enim homo nõ solum mundatus in corde ad istud sacramentum accedere. sed cum omni honestate et maturitate. et subdit. et sint parati in diem tercium. ex quo enim fideles se pparauerunt corde et conuersatione reuerenter debent ad istud sacramentum accedere. Mathei. xxij. Parata sũt omnia venite ad nuptias. quando enim homo sentit se bene preparatum secure potest accedere ad istud nuptiale conuiuium. Mathei xxv. Que parate erant intrauerunt cũ eo ad nuptias. Secũdo iste panis est panis solidus ad confirmationem cordium humanorum. pe. Panis cor hominis confirmat. bene dicit cor. quia panis iste non est cibus corporis sed cordis. vnde augu-

vt quid paras dentem et ventrem crede et manducasti.esli nō sacramentaliter tñ spiritualiter.panis iste sic est cib9 cordis q̄ de plenitudine fidei in corde existentis cor eructuat verbum bonum salutaris cō fessionis.Ro.x.Corde creditur ad iustici am ore autem fit confessio ad salutē.Itez panis iste non est cibus infantium sed ad ultorum.sicut enim panis non datur par uulis.ipso enim non nutriuntur.quia nō possent illum degerere.sic panis iste sub sacramento non debet ministrari nisi illis qui sciunt seipsos probare.et dignitatem huius sacramenti discuttere.vñ aug.Ci bus sum grādiū.cresce et māducabis me in huius figuram dicitur.Gen.xxj.Cre uit puer et ablactatus est.fecit q̄ abraam grande conuiuium in die ablactationis eius.homo bonus antec̄ audeat ad hoc sacramentum accedere debet crescere in vi ta bona et bonorum op̄m multiplicatione Gall.vlti.Bonum facientes non deficia mus tempore enim suo metemus non de ficientes.Debet etiam homo accedēs ad hoc sacramentum ablactari a lacte praue delectationis et ignorantie.et debet cresce re in scientia et cognitione.Isaie.xxviij.Quem docebit scientiam et quem intel ligere faciet auditum et respondet ablacta tos a lacte a vulsos ab vberibus.et tunc quando homo creuit in bonorum operum multiplicatione proficit etiam in cogni tione.post hanc sacramenti communiōē percipere debet.et hoc est q̄ hic dicitur.Fe cit abraam grande conuiuium in die ab lactationis.Isa.xxv.Faciet dominus ex ercituum omnibus pp̄lis in monte conui uiū pinguium.conuiuium medullatorū.conuiuium vindemie defecate.Nam ve rus abraam hoc sacramentum percipien tibus facit conuiuiū pinguium.quia fa cit eos interna vnctione deuotos.conuiui um medullatorum quia facit ipsos super na protectione robustos.conuiuium vin demie defecate quia facit ipsos diuina cō solatione iocundos.vnde istud sacramē tum non solum consecratur sub specie pa nis.sed etiā sub specie vini.et ideo in tri mate dicitur.De pane illo edat et calice bibat.Tercio panis iste est panis refectus plenitudine carismatum et donorum Ge nes.xlix.Aser pinguis panis eius delicias prebebit regibus.Aser interpretatur beat9 in quo signat christus.et dicitur.pinguis panis eius.ipse est enim gratia ⁊ veritatis plenus.ita q̄ de plenitudine eius nos om nes accepimus.Isa.xxx.Panis frugum terre erit vbertimus et pinguis.iste panis dicitur vbertimus.quia vbicunq̄ a sacer dote intentionem consecrandi habēte su per speciem panis et vini verba ad hoc a christo instituta proferuntur fm ritum de bitum ecclesie.panis et vinum diuina vir tute ibi operante in christi carnem et san guinem conuertuntur.iste etiā panis pin guis dicitur.q̄ christus plenitudine gra tiarum virtutum carismatum et donorū est repletus.ipsum enim deus pater vnxit oleo exultationis p̄cōsortibus suis.hoc fuit illud vngentum in capite q̄ descēdit in barbam aaron.quod descendit etiam in oraz vestimenti eius.spiritussanctus fuit in christo sicut in capite per plenitudinez donorum gratiarum et virtutum.Isaie.lxj.Spiritus domini super me.eo q̄ vn xerit me.istud etiam vngentum descendit in barbam aaron quantum ad perfusiōz maiorum.descendit etiam in oram vesti menti eius quantum ad irrigationem mi norum.et ideo quātum ad omnes potest dici oleum effusum nomē tuum.Canti.j.Competēter etiaz dicitur aser pinguis panis eius.et sequitur.delicias prebebit regibus id est hominibus se se bene regen tibus.ad considerationē intuitus sui om ne malum dissipantibus.Prouerbioz.xx Rex q̄ sedz in solio iudicij intuitu suo diss sipat omne malum.vnde iste panis deli tias non prestat hominibus peruersis sed magis est causa et dānationis ratio.Job

.xx. Panis ei⁹ in vtero illi⁹ vertet in fel aspidũ intrinsecus fel aspidũ corp⁹ bũanũ inficit ⁊ interficit sic panis iste qui quãtũ in se est panis est salutis male paratis et idigne lumẽtibꝰ ẽ cã mortis et dãnatõis .j. ad Cho.xj. Qui mãducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit non dijudicans corpus dñi. et sequit. ideo int vos multi infirmi ⁊ imbecilles ⁊ dormiũt multi. qz enim in primitiua ecclesia multi corpus dñi pcipiebant indigne dñs ipos puniebat morte corpali. et ideo ille ꝓcessiones in paschali tpe dicunt institute. et iõ etiam in paschali tpe canitur ab omni mortis impetu tuum defende populũ. Quarto iste panis est panis sapidus ad delectationẽ beatoꝝ. Sapi. xvj. Paratũ panem de celo prestitisti ac omne delectamẽtum in se bñtem et omnis saporis suauitatem seruientes solent dñis suis diuitibꝰ panẽ suum parare ne sit in crustula exustio aliqua que possit dentes eoruz offendere vel gustum molestare. xp̃us dñs in clibano passionis et mortis quasi panis exustus fuit. sed iste panis fuit paratus tpe gloriose resurrectionis qñ caro eius gloriose refloruit. et dic̃. ꝙ iste panis patus bz oñe delectamẽtũ in se. Non em̃ sp habet in recipiente. sicut enim cibus delicat⁹ bõibus infirmis non bene sapit ꝓter infectionem palati. sic panis iste nõ bene sapit peccatoribus ꝓter amaritudinem peccati. sic ego video ꝙ claritas solis oculos lippos molestat que acutos delectat. sequit. et oñis saporis suauitatẽ. ista suauitas saporis tẽ sentietur qñ insipiditas et amaritudo tribulationũ tanq̃z aquaꝝ amarissimarũ in suauitatem vini delicatissimi cõmutabit qd̃ erit qñ electi in mensa christi in futura vita reficient. tunc em̃ insipiditas aque mutabit in saporẽ vini. sicut factum fuit in nuptijs. Luce. xxij. Vos estis q̃ permansistis mecũ in tribulationib⁹ meis. et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum vt edatis et bibatis super mẽsaz meã in regno meo. iste cibus et potus erit hũmanitatis et diuinitatis xp̃i visio in qua erit iocunda exultatio Isa. lj Gaudium et letitia inuenient in ea. gratiarum actio et vox laudis. gaudium et letitia inuenientur ibi ꝓter magnitudinez premioꝝ. gratiarũ actio ꝓter euasionem periculoꝝ. sed vox laudis erit ibi ꝓter visionem maiestatis videntis et viuẽtis in secula seculoꝝ. qñ visionem nobis donare dignetur. ꝛc.

De passione domini Sermo .I.

Christus passus est pro nobis. j. pe. ij. In verbo ꝓposito notatur tria. Primo notatur dignitas patientis cum dicit christus. Secũdo penalitas passionis cũ dicitur passus. Tertio vtilitas penalitatis cum dicitur pro nobis. dignitas ergo patientis notatur cũ dicitur xp̃us. Christus enim interpretatur vnctus. Sciẽdũ ergo. ꝙ fuit vnctus quatuor modis. Primo vt pontifex ad ꝓpiationem peccatoꝝ nostroꝝ. Leui. viij. Fundẽs moyses oleũ sup̃ caput aaron. vnxit eũ et ꝓsecrauit. p aaron xp̃us designat quẽ deus pater oleo iusticie vnxit pre suis pricipibus. ipse etiã fuit ꝓsecratus qz p spiritũ sanctũ tanq̃z ei⁹ sacrarium est sanctificat⁹. Actu. x. Qm̃ vnxit deus spũsancto et virtute. xp̃us ergo vt pontifex vnct⁹ est. et hoc ad ꝓpiationẽ peccatoꝝ nostroꝝ. j. Jo. ij. Aduocatũ hẽmus ad patrẽ iesũ xp̃m iustũ. et ipse est ꝓpiatio ꝓ pcis nris. vñ et recte mediator dr. j. Thi. ij. Mediator dei et hoim hõ xp̃s iesus. mediũ dz sape naturã extremoꝝ. xp̃us ẽ inter deũ et hoies recte fuit mediũ. Deus em̃ erat iust⁹ et felix. hõ vo inust⁹ ⁊ miser. xp̃s aũt ex diuina natura assũpsit iusticiã vt nram iniusticiã expeteret. et hũana natura infirmitatẽ vt nostrã miseriã fugaret et nobis felicitatẽ acquireret. et sic vt me-

dinm rectum cum vtroq; extremorum cō ueniret. vñ Grego. in mor. Qui nos de nihilo fecit existere etiā sine sua morte re uocare nos potuit a pdītione. Sz vt ostē deret quāta esset vtus passionis ꝓpter nos dignat? est esse qō nos esse voluit vt in se metipso temporaliter mortem susciperet quā imppetuū a nobis fugaret. Secūdo vnctus est vt rex ad distributionē iudicio rum iustorū. j. Re. xvj. Tulit samuel cor nu olei. et vnxit dauid in regem in medio fratrum suor. in rege intelligit iustitie fir mitas. in oleo qō ceteris liquoribꝫ supena tat discretionis eminentia. p hec eñ duo firmitas obtinetur. Aug. de duodecim ab usionibꝫ Sciat rex ꝙ sicut in trono hoīm primus ꝓstitutus est. sic in penis si iustiti am non fecerit primatū habitur? est. que sit autem iustitia regis determinat docto/ res iustitiam regis. neminē p potentiam opprimere. sine acceptione ꝓsonaꝝ inf vi/ tum et primū suū iuste iudicare. impios tion exaltare. impudicos et histriones nō nugeire. iustos sup negocia regni ꝓstitue/ re. senes sapientes et sobrios consiliarios habere. sic xps vt rex iuste iudicās ꝓperet vnctus dr. Isa. xxviij. Ponā in pondere iustitiam. et iudiciū in statera. respiciam? ergo charitatē et leuitatē meritoꝝ nostro rum in pondere diuine iustitie et erubesca mus. respiciamus pōdus peccatoꝝ nrōrū in statera diuini iudicij et timeam?. Job. xix. Fugite a facie gladij qñ vltor iniqui/ ta tum gladius est. et scitote esse ibi deum. Tercio vnctus est christus vt pugil ad de bellandū inimicoꝝ nostroꝝ. Isa. xlv. Hec dicit dñs xpō meo cyro. cuius apprehēdi dextram vt subijciā añ faciem eius gētes et dorsum regis vertam et apiam añ faciez eius ianuas et porte non claudent. de? pa ter apprehendit dextram xpi in miraculoꝝ operatione. ps. Dextera dñi fecit vtutē. dor sum regis vertit in regū adoratione. q ver sis dorsis ad orientē ipsū adhuc iacentem in presepio venerunt in bethleem adorare Mathei. ij. Et procidentes adorauerunt eum. subiecit ante faciem eius gentes in gentilium cōuersione. ps. Postula a me et dabo tibi gentes. ante eum ianuas aperit in inferni spoliatōne. Zach. ix. Tu q3 in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. porte nō fue runt sibi clause. sed aperte in ascēsione. ps. Attollite portas principes vras et cetera. Quarto vnctus fuit xps vt medic? spi/ ritualis ad curationem infirmoꝝ. Isaie. lxj. Spiritus domini super me eo ꝙ vn/ xerit me. vt mederer contritis corde. et re/ cte. Qui enim habet cor cōtritum seipm disponit ad impedimentū. Crisos?. Sola contritio cordis est que facit animam hor rescere purpuram. querere silentium. nō amare pecunias. fugere risum. sequit pas sus est in quo notatur penalitas passionis In qua notāda sunt quatuor. Primo in/ nocentia patientis. Job. xvj. Nec passus sum absq; iniquitate manus mee. cū mū/ das haberem ad deum preces. aliqui pa/ tiuntur vt fures vel maledicti vt alieno/ rum appetitores. isti sustinēt penam mul/ tiplicem non tamen martirum palmam accipiunt quia non habēt martirum cau/ sam. martirem enim nō facit pena. sed cā. christus autem non propter peccati causā sed pia voluntate propter nostram salutē sustinuit martirium. et ideo nō solū mar tir dictus est. sed et corona martirum. se/ quitur. cum mundas haberem ad deum preces. Preces sunt munde que offerun/ tur sine peccati deformitate. et tales digne sunt exauditione Hebreo. v. Exauditus est pro sua reuerentia. Secundo debem? hic considerare vilitatem mortis. Hebre/ orum vltimo. Jesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Christus vero per sanguinem suum nos redemit. j. Petri. j. Non cor/ ruptibilibus auro vel argento redēpti estis de vana vestra conuersatione paterne tra ditōis. sed precioso sanguine. Item suo

sanguine nos curauit. Aug. Fusus est sã/guis medici et factum est medicamẽtum frenetici. Itẽ sãguine suo nos mũdauit & sanctificauit. Eplẽ.v. Christus dilexit ec clesiã et tradidit seipsum pro ea mũdans eam lauacro aque et vbo vite. Hec sũt duo que requirunt ad baptismũ. verbũ scz et elementum. accedit eñ verbum ad elemẽ tuz et fit sacramentũ qđ a passione christi habet efficatiã et ꝓplementũ. Tercio debe mus considerare acerbitatem passionis. Treñ. j. O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor. sicut dolor meus. via est presens vita in qua nõ debemus sistere per inordinatũ amorẽ. sed ꝓcedere per meritoꝝ cumulationẽ. Jo. xv. Posui vos vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. vos g̃ attendite ad predicatõis sermonẽ. videte, ꝓpter inte riorem cogitationem. si est dolor sicut do/lor meus. Dolor xp̃i exaugebatur a tri/bus. Primo ꝓpter patientis optimã cõ/plexionẽ. dolor autem adepti boni testis est nature bone. vt dicit. Aug. Secundo ꝓpter affligentium ingratitudinẽ. isti eñ ꝓ quibus pati venerat ipsum affligebãt. Tercio ꝓpter traditoris antiqꝫ familiari/tatem. Aug. Plus in nobis ea tormenta seuierunt que ab illis patimur. de quoꝝ mentibꝫ presũmimus qz cum damno cor/poris mala nos cruciant amisse charitatis hinc est qđ de traditore suo dicit dominus ꝑ psalmistam. si inimicus meus maledi/xisset mihi. tc̃. Quarto debemus hic con/siderare vniuersitatem penalitatis. psal. Omnes fluctus tuos induisti sup̃ me. in fluctibus tribulatõ exprimit. in signo vni uersali distributiuo vniuersalitas afflicti onis designat. fuit ergo in ipso tribulatõ vniuersalis vt esset in nobis misericordia et redemptio generalis. ps. Apud dñm misericordia et copiosa apud eũ redẽptio. Iterũ. Prorsus copiosa qz non vna gut/ta. sed vnda sanguinis per quinqꝫ partes corporis largiter emanauit. Quid tibi de/buit facere et non fecit? illum cecũ soluit ꝓpeditum. reduxit erroneũ. reconciliauit reum. sequit. pro nobis vbi notat vtili/tas penalitatis. Sciendum ergo qđ passꝰ est primo ꝓ nobis liberandis. Exodi. iij. Vidi afflictionẽ ꝓpli mei in egypto et sci ens dolorem eius descendi vt liberem eum. Secundo ꝓ nobis iustificandis. Ro. iiij. Traditus est ꝓpter delicta nostra et surre xit ꝓpter iustificationẽ nostrã. Tercio pro nobis reformandis. Phili. iij. Saluato rem expectamus dñm ihesum qui reformabit corpus humilitatis nre ꝓfigu ratum corpi claritatis sue. Quarto ꝓ no/bis glorificandis. Luce. vlti. Nõne opor/tuit xp̃m pati et ita intrare in gloriam. sic nos si volumus esse ꝓsortes cõsolationis oportet vt etiã nos simus passionis et tri bulationis. Actu. xiiij. Per multas tribu lationes oportet nos intrare in regnũ ce/lorum. Sz sciendum qđ etsi tribulatiões multe sunt in pñti tpe. breues tñ sunt du/ratione. ꝓsolatões eterne que succedũt istis tribulationibus. aug. Crux perfecta est in pena permanet in gloria a locis supplicio ruz transitum fecit ad frontes imperatoꝝ. Qui tñ honorem dedit penis suis quid faciet fidelibus. Respondet apostolus. j. Cor. ij. Nõ oculus nõ vidit nec auris au diuit nec in cor hois ascendit q̃ ꝓparauit de? qui diligunt eum. Hec nobis prestare di/gnetur tc̃.

De passione domini Sermo II

Dilexit nos et la/uit nos a peccatis nostris in san/guine suo. Apo. j. In verbo ꝓposito notan tur duo. Primo enim notat diuine cha/ritatis affect? cũ dicit dilexit nos. Secũ do notatur eiusdem vtilitatis effectus cum dicit et lauit nos. Quantum ad primuz sciendũ qđ ipse dilexit nos tripliciter. Pri mo enim dilexit nos misericorditer ꝑue

niendo. Secundo dilexit firmiter astrin/
gendo. Tercio pro nobis finaliter moriē/
do. primo ergo dilexit misericorditer preue
niendo. j. Jo. iiij. In hoc est charitas nō
q̄ nos dilexim⁹ deū. sed q̄m prior ipe
dilexit nos. In duobus se se mutuo cha/
ritate diligentib⁹. illius amor magis est
laudabilis qui alium in dilectione p̄ue/
nit. Ideo amor dei sup̄ omnem amorem
humanū dz laudari. q̄ nos añ mūdi con
stitutionem elegit. Item nō solū est amo
re nostro prior. sed etiā amplior. cum enīz
ipse nos ex se toto diligat cū totus sit vt
amor. et amor immensus. Etsi nos ipsuz
ex toto corde diligamus. amor nr̄ nr̄ sit q̄d
datum et ideo creatum respectu amoris
immensi quasi nihil et inane dz reputari
vnde incōparabiliter amplius excedit dile/
ctio diuina dilectionē nostrā quā fornax
ignis excedit cintillā. Tercio dilectio dei
est sup̄laudabilis. q̄ q̄ nos diligit dz exse
ipso. ipse enīm a seipso dz amorē suū cum sit
amor suus. nos aūt dilectionē qua ipsuz
diligimus non a nobis metipsis sed ipsi⁹
nomine possidem⁹. Et iō non nobis s̄ no
mine suo dari debem⁹. Dñs enīm facit sic
diues hō mercenario paupi pro capitali
dat ei pecuniā vt lucri possideat dimideā
p̄tem. et sibi refundat aliā. Certe charitas
que nobis a deo tribuit est cā et rō quare
mereamur. sed sic dñs nobiscū ita libera/
liter agit q̄ ipse totū capitale et lucrū ad
nostram vtilitatem refūdit. ipse enim est
de quo in psal. dicitur deus me⁹ es tu quo
niam bonorum meorum non eges. Se/
cundo dilexit nos dominus sibi firmiter a
stringendo Hiere. xxxj. Charitate p̄petua
dilexi te Ideo attraxi te miserās. Chari/
tas dei perpetua dicitur quia dilectō qua
nos diligit nunq̄z infringitur nisi per cul
pam primo a nobis offēdatur Unde fal/
lit in ipso illud vulgare prouerbiū amor
domini non est hereditas. quia amor chri
sti quantum est de se pro hereditate potest
reputari. quia non recedit nisi offensus et
repulsus a nobis. vnde peccator quando
voluntarie cōmittit mortale peccatum de
um expellit de loco deliciarum suarum.
Prouerbiorum octauo. Delicie mee esse
cum filijs hominum. vnde sicut lux expel
litur per aduentum tenebrarum. sic chri/
stus expellitur per seminarium diaboli.
q̄d est mortale peccatum. sicut enīz nō est
societas lucis ad tenebras. sic nulla est cō
uencio christi ad belial. ij. Chorinteorum
vj. Propter q̄ dicit deus charitate perpe
tua dilexi te. Sequitur. attraxi te misē/
rans. sicut enim adamas attrahit ferrum
sic dominus in sua passione attraxit et ad
huc attrahit cor durum. Joan. xij. Si
exaltatus fuero a terra omnia trahā ad
meipsum. christus fuit a terra exaltatus
quando fuit p̄ nobis in crucis patibulo
eleuatus. vñ cor q̄d dominus dulcedine
sue passionis nō attrahit nec allicit durū
est super duriciam ferri. Cantī. j. trahe me
post te curremus in odore vngentorū tuo
rum. anima sancta non vult lente ad de/
um incedere. sed quasi currēdo properare
Nec mirum muīce enim ꝓperant ad vul
cia. lupi ad cadauera. aues predales ad p̄
dam. multomagis nos debemus prope/
rare ad xp̄i veri dei et veri hoīs p̄sentiam
et aptam visionē taz diuinā q̄z hūanam
Matb. xxiiij. Vbicūq̄z fuerit corpus con
gregabunt et aquile. Tercio dilexit nos p̄
nobis finaliter moriēdo. Jo. xiij. Cū dile
xisz suos qui erāt in mūdo in finem dile
xit eos. aliquorum dilectio illa est tenuis
et exilis. q̄ sicut ignis in stuppa. ita de fa
cili extinguit de flatu verbi aliquātulum
durioris. tal' nō fuit dilectio xp̄i. que vsq̄z
ad mortem mortem autem crucis perse/
uerauit. sunt etiam aliqui quorum di/
lectio non sequitur granum sed paleam.
plus enim in amico diligunt fortunam.
quam personā. Ecclesiastici. vj. Est ami/
cus sm tempus suum. et non permane/
bit in die tribulationis. multi sunt amici
sm tempus prosperitatis. qui amicū dese

runt in tempore tribulationis. tales similes sunt canibus qui nñ diligunt ossa q̄ diu in ipsis aliquid corrodendũ reperiũt et corrosa contemnunt et derelinquunt. hoc possumus ostendere per euidentiam exemplorum. pauperes enim scolares cũ veniunt ad aliquos de amicis carnalib? qui sibi manum largitatis porrigant nõ inueniunt. Cum autem multum profecerunt vt aliquando assummãtur in episcopos vel in archiepiscopos tunc tanq̄ multitudinem formicarum inueniunt multitudinem carnalium amicorum. tunc ad ipsos magis volant quam currant. Tũc omnes se nepotes et consanguineos dicunt. et consanguineitatem vsq̄ ad sextaz et septimam generationem protendunt. tunc patres amittunt nomen patrum in filijs. quia filij rusticorum non volunt filij eorum Sed episcop̄ nepotes appellari. hoc recte accidit in monachis. quia si aliquis paruulus in abbacia aliqua diuite efficiatur monachus ab amicis carnalibus reputatur quasi canis submersus qñ est infra ambitũ clausstri reclusus. ℈ si per processum temporis promoueatur in abbatem tunc affluunt omnes a generatõe in generationem. tunc bona monasterij diripiũtur. tunc paruuli nepotes in monachos recipiuntur. tunc inopia pauperum parentum releuatur. et sic bona monasterij dissipantur. etsi aliquando propter excessus huiusmodi deponatur tunc potest reuoluere folia psalterij sui tunc. potest ministrare colũnas clausstri quia nullum inuenit consolatorem de carnalibus amicis qđ est argumentum euidentissimum q̄ predam sequebat hec turba. non hominem. sed christus verus fuit amicus quia eius dilectio durauit vsq̄ ad mortem. et pro nobis non pro rebus nr̃is posuit animam suam. Jo. xv. Maiorẽ hac dilectione nemo habet vt animũ suam ponat quis pro amicis suis. Sic ergo notatur diuine charitatis affectus cum dicit dilexit nos. Secundo notatur eius utilitatis effectus cum dicitur. et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Sciendum est ergo q̄ sanguis christi primo electos mundauit a culpa. Secundo liberauit a pena. Tercio introduxit et beatificauit in gloria. Primo ergo sanguis christi nos mũdauit a culpa. Apoca. vij. Hi sũt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni. i. in fide sanguinis christi. fides enim passionis christi hz vtutez mundandi et purificandi. Actu. xv. Fide purificans corda eorum nihil enim candidius munda mente. et purificato corde. propter qđ simul petendo et ꝓlixtizando dicebat ꝓlixta dauid. ps. l. Lauabis me et super niuem dealbabor. Cum enim fidei passionis christi precedit locio tunc sequitur conscientie glorioſa dealbatio. vt iam sit anima sancta. sic lilium inter spinas. Cantico. ij. Sicut lilium inter spinas amica mea inter filias. liliuz inter spinas spinis pungitur. non tamen spinis corrũpitur. neq̄ eius candor in aliquo denigratur. sic anima casta etsi pungatur et stilo correptionis contracte. non tñ corrumpit nec in aliquo derogatur mundicie sue. sed inter spinas conseruat nitorem candoris et euaporat suauitatem odoris. et tunc sic lilium inter spinas consistit. Secundo sãguis xp̄i electos liberat a pena. zach. ix. Tu q̄z in sanguine testamẽti tui emisisti vinctos de lacu in q̄ nõ erat aq̄. in sanguie testamenti dicit. qz tũc dñs testamẽtum condidit qñ sanguinem suũ ꝓ nobis effudit. dñs sic in testamento ponit sup̄ scriptõ vt ꝓgnoscat̄ q̄s est qui ꝓdidit testamentũ sic sup̄ caput xp̄i posita fuit sup̄scriptio ties? nazarenꝰ rex iudeoꝝ. ac si diceret. iste est qui ꝓdidit testamẽtũ. et sic dr. Luce. xxiij. Hec sup̄scriptio fuit litteris hebraicis greacis ⁊ latinis. vt conuersi ad christum de diuersitate linguarum viderent et legerẽt sibi aliquid venirent inhoc testamen/

to legatum. christus tanq̃ pre diues testamentum tam largum. et tam liberale condidit q̃ in ipso liberalit̃ magna non solū amicis. sed inimicis legauit remissionem peccatorum. Luce. vicesimo secundo. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. in hoc testamento habuit petrus veniam post trinam negationem. in hoc testamento inuenit paulus misericordiam post ecclesie p̃secutionem. in hoc testamento habuit maria magdalēa spūalē familiaritatem et dilectionem post septē dēmoniorum electionem. in hoc testamento legauit christ⁹ amicis magna tam mobilia q̃ immobilia. bona mobilia legauit christus electis suis et maxime discipulis suis sc̃z pacientiam in aduersis. noticiam in scripturis sacris. coruscationem in miraculis constantiam et fortitudinem in passionibus in spiritussancti missione pluriaz. in linguarum omnium discretione ⁊ congregatione. hec sunt mobilia. legauit etiam ipis immobilia. i. celestis regni gaudia que recte dicuntur bona immobilia. quia semel p̃cepta nunq̃ auferentur in patria. Luce. xxi. Ego dispono vobis sic disposuit mihi pater regnum. istud testamentum non fuit scriptum atramento. sed mineo. i. sanguine rubeo. qui efluxit de corpore suo. scriptum etiam fuit non nota gracili sed litteris grossis adeo q̃ potuerunt manu palpari. sicut thomas ap̃s ex voluntate dñi palpauit. istud testamentum nō fuit calamo scriptum. sed lancea et clauis quibus latus et pedes et manus misericors dominus p̃ nobis voluit p̃forari. et vt testamentum haberet efficaciam et auctoritatem post ipsum. voluit sigillari. Pater apposuit sigillum filiū quip̃ro nobis illuz morti tradidit. Ro. viij. Qui p̃prio filio suo non pepercit sed p̃ro nobis omnibus tradidit illum. christus etiam ibi posuit sigillum p̃prium qui p̃ro nobis redimēdis animam posuit. Jo. x. potestatem habeo ponendo animam meam. et iterum sumendi eam. ego a meipso ponō eam. spiritus etiam sanctus in hoc testamento posuit sigillū suum. quia christus oblat⁹ est p̃ spiritumsanctū. Hebre. ix. Sanguis x̃pi qui per spiritumsanctum obtulit se immaculatum. deo viuenti enim dabit conscientias nostras ab operibus mortuis. istud testamentum quia fuit supereminentis excellentie executores magnos et fortes dicitur habere. qui nō obstāre. aliqua cōtra dictōne quibuslibet q̃ habebant in hoc testamento possunt discernere. isti executores fuerunt pater filius et spūssanctus a quib⁹ salus eterna electis in hoc testamento legata tribuitur. Marci. vlti. Docete omnes gentes baptisantes eos in nomie patris et filij et spiritussancti. sequit̃. Qui crediderit et baptisatus fuerit saluus erit. Homines pauperes cum magna diligētia solent inquirere ab executoribus alicuius magni et diuitis hominis si habeant aliquid in testamento q̃d eis ille diues legauerit. et quando eis dicitur ab executoribus q̃ non ibi scripti sūt oportet eos ab impentione executorum desistere. si autez dicatur eis q̃ ibi scripti sunt et habēt ibi magna gaudent et procurant quo illa cito possint habere. sic reprobi clausa ianua extra regnum remanebunt. quia in testamento christi non sunt scripti. Matth. xxv Clausa ianua regni dicetur x̃ginibus fatuis. Amen dico vobis nescio vos. sed electi ineffabiliter gaudebunt. quia in libro testamenti christi scripti erant. Lu. x. In hoc gaudete. quia nomina vestra scripta sunt in celis. post in scriptionem hui⁹ scripture percipient hereditatem felicitatis eterne in testamento sibi legate. Matthei. xxv. Venite bñdicti patris mei in regnū q̃d paratum est vobis ab origine mundi Tercio sanguis christi electos introducet et beatificabit in glia Hebre. ix. Christus per proprium sanguinem introiuit sel'in sancta eterna redēptōe inuēta. p̃ hoc q̃ in sancta et eēna p̃ris introiuit. p̃redēdo nos

nobis ibidem locum preparauit. Jo.xiiij. Vado parare vobis locum. Nã in domo pris mei mãsiones multe sunt. multitudo et varietas mansionũ in vita etna dicunt varietates pmioꝝ ꝓ varietatibꝫ meritorum Nã sicut stella differt a stella in claritate. sic et resurrectio mortuorum. vbi excellentius et minus excellenter premiabũtur pro varietate operum bonorum. oñes tamen communiter remunerabuntur ex denario diurno. qõ nihil aliud est quam visiõ dei in regno superno. ad quam nos perducat qui viuit. ℞.

Ser I

De resurrectione dñi Sermo I

AD vesperũ demorabitur fletuꝫ. et ad matutinum leticia. ps. xxix. In verbo proposito duo notantur. Primo enim tangit delecio culpe et pena dominice passionis. Secundo notatur infusio gratie et efficacia et euidentia dominice resurrectionis. Primũ notatur cum dicitur. ad vesperum demorabitur fletuꝫ. Secundũ notatur cum dicitur. et ad matutinum leticia. que duo tangũtur. Ro.iiij. Vbi dicitur. traditus est propter peccata nostra. glosa dicit. delenda. et surrexit ꝓpter iustificationem nostram. efficiendam. s. et ostendendam. vt quomodo christus surrexit a mortuis per gloriam patris. ita et nos in nouitate vite ambulemus. Quantum ad primum sciendũ ꝙ ex causa quadruplici fletus consurgit. Primo ex detestatione culpe propie. Secundo ex consideratiõe superne miserie. Tercio ex acerbitate afflictionis eterne. Quarto ex dilatione felicitatis superne. Primo ergo cõsurgit fletus ex detestatione culpe propie. Joel. ij. Conuertimini ad me in toto corde vro in ieiunio et fletu et planctu. dominꝰ qui totum cor condidit per creationẽ. id vult totum conuerti ad se. cõuerti per peccti detestationem et deuotionem. vt illud totuꝫ emundet per sanctificationem. Hiere. iij. Fornicata es cum amatoribus multis tñ reuertere ad me et ego recipiaꝫ te. dominꝰ ille speciosus forma pre filijs hominum animam peccatis sordidatam vt ad se reuertatur reuocat. reuertentem emundat. emundatam in spirituale matrimonium ipsi copulat. sibi copulatam operibus bonis tancꝫ filijs spiritualibꝫ fecundat. modum autem conuersionis demonstrat. ꝓphꝫta cum dicit. in ieiunio et fletu et planctu. in ieiunio dicit contra superfluitatem ciborum. in fletu contra immundiciaꝫ vitiorum. in planctu contra dissolutionem nociuorum et inutilium gaudiorũ. Primo ergo dicit in ieiunio et fletu. sicut enim ego video in infirmitate corporali qõ infirmitas contracta ex repletione soluitur per exinanitionem. sic infirmitas anime contracta ex ciborum et potuum superfluitate soluitur per ieiunium abstinentiam vel sobrietatem. ps. Genua mea infirmata sũt a ieiunio. prophꝫta contra vicium superfluitatis quasi scutum apposuit ieiunium et parcitatem sobrietatis. Demus scõo conuerti ad dñm in fletu. contra immundiciam viciorum. Judicũ. ij. Ascendit angelus domini de galgalis ad locuꝫ flentiũ et dixit ego eduxi vos de egypto. christus magni cosilij angelus ad locum flentium descendit vt flentes consolẽtur Mathei. v. Beati qui lugent qm ipsi consolabuntur. magna potest esse consolatio flentibus pro detestatione peccatorum suorum. dominus enim sua manu abstergꝫ omnem lachrymam ab oculis eorum. hic pia mater abstergit lachrymas ab oculis flentium paruulorum. Apocalipsis. xxj. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum et mors non erit vltra necꝫ luctus necꝫ clamor necꝫ dolor erit vltra que prima abierunt. Tercio vult dominus vt conuertamur ad ipsum in planctu contra dissolutionem inutilium gaudij

orum Hiere. vj. Luctus vnigeniti fac tibi planctum amarum. Nam ꝓtra dissoluto tum gaudiorum ineptam dulcedinem debem? opponere doloris et planctus amaritudinem. sicut facit mulier quando vult filium suum ablactare id est a lacte separare aliquid ei amarum super summitatẽ mamille ponere ꝓsueuit-cuiusmodi amaritudiẽs seriẽs puul? amamilla se trahit et ad illam modo non accedit. Secundo consurgit fletus ex consideratione supne miserie Job. xxx. Flebam quõdam super eo qui afflictus erat. et compaciebat aĩa mea pauperi. bene affluebat iste sanctus viscerib pietatis qui flebat ex cõsideratione superne calamitatis vel afflictionis et ideo bene ostendebat se esse membrum corporis christi mundũ j. ad Chorin. xij. Proinficem sollicita sũt membra etsi q̃dem patimur compatiuntur omnia membra. si gloriatur vnum mẽbrum congaudent omnia mẽbra. vñ homines qui in afflictionibus proximorũ non tristantur se esse membra paralitica vel putrida vel ꝓcisa suo iudicio demonstrant. Ego video q̃ porcelli vno clamante omnes cõcurrũt et ꝓ sua possibilitate illi subueniũt et succurrunt. sic enaz faciebat iste sanctus qui tanta dulcedine pollebat affectus. q̃ scõz aplm. Ro. xij. Flebat cum flentibus. gaudebat cum gaudentibus. ꝓpter qõd dicitur flebam quondã super eo qui afflict? erat sequitur. et cõpaciebatur anima mea pauperi. multũ ꝓmendanda est ꝓpassio. ipsã enim dñs assumpsit in seipso. beatus petrus ipsam obseruandam predicauit. beatus paulus in babentibus ꝓmendauit. Primo ergo dominus in seipso ꝓpassiõz assumpsit. Hebre. iiij. Non habem? põtificem qui non possit ꝓpati infirmitatib nostris. tentatum aũt per omnia pro similitudine absq̃ peccato. vñ homines ꝓpacientes sunt ispirituales christi milites armorum eius insigna in suis cordibus et operib portantes. Secundo beatus petrus compassionem predicauit. j. Pe. iij. Estote compacientes fraternitatis amatores misecordes. Tercio beatus apostolus paulus compassionem in babentibus commendauit. Hebreo. x. Vaz et vinctis compassi estis. cor enim qõ non est cõpassione emollitum non est cor carneum. sed magis lapideum. Terci o consurgit fletꝰ exacerbitate afflictionis eterne. Vatherxij. Ligatis pedib? et manibus mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dencium tecte in tenebras exteriores mittunt qui in hac vita luce corpali ꝛ spirituali sibi data ad bona opa nõ vtũt sed potius ad perpetrãda facinora abutuntur. et ideo qui possũt esse aues diei ex nature sue dignitate. fiunt aues noctis vt noctue vel vespertiliones voluntatis puersitate. ligacio manuum et pedum nihil aliud est q̃ futura impossibilitas ad bñ operandum. iusto enim dei iudicio fit. vt qui operari bene noluerunt cum possent amittant posse cum volunt. iustissima pena peccati hec est. vt qui recte scies nõ facit amittat scire q̃d rectus sit. et qui bene facere cũ posset noluit amittat posse cũ velit. Sed sciẽdum q̃ iste fletus eterne calamitatis in hac vita ꝓueniri potest et vitari. et hoc per effusionem lacbrymarum ad ablucõm cordis et delecionem peccati. ps. l. Lauabo per singulas noctes lectum meum lacbrymis meis stratum meum rigabo. propter boc dominus apostolis flentibus futurã consolationem pollicetur. Johãnis. xvj. Plorabitis et flebitis vos. mundus autẽ gaudebit. sed tristicia vestra in gaudium vertetur. Quarto consurgit fletus ex dilatione felicitatis superne. ps. cvij. Super flumina babilonis illic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui syon. Magna est materia fletus electis et lamẽtationis dilacio illi? aperte visiõis que fiet in tempore retributõis. Eccs. iij. Tpus flendi et tempus ridendi. tempus flendi est in pñti miseria. sed tpũs ridẽdi erit in

patria. Luce. vj. Beati qui nunc fletis qz ridebitis, a nobis enim in patria auferuntur indumenta fletus et viduitatis, et dabuntur nobis ornamenta leticie et iocunditatis. Baruth. v. Exue te hierusalem stola luctus et vexationis tue, et induete decore et honore qui a deo est tibi in gloria sempiterna. Dominus enim qui in generali resurrectione omnia in nouauit, animam nõ dimittet in vetustate miserie vel calãmitatis, imo ipsã gloria et honore coronabit quã in pñti vita coronãs tribulatione coronauit. Isaie. xxviij. Erit dñs exercituũ corona glorie, et sertũ exultationis residuo pplõ sui. Sic ergo primo notat remissio culpe exporẽcia dñice passionis, cũ dicit. Ad vesprũ demorabit flet?. et inde est qz in vespis pasce dimissis lugubribus tractibus alla qõ est canticuz leticie alta voce cantatur. Secũdo notat adeptio gratie et efficacia dñice resurrectiõis. cũ dicit ad matutinũ leticia. Sciendũ ꝙ qz est quadruplex leticia electorũ. Primo ergo est ex puritate aiorũ. Scõo est ex prospitate primorũ. Tercio ex euasione piculorũ. Quarto ex assũptione ꝓmiorũ. Prima ergo leticia est ex puritate animorum Isa. xxxv. Exultabit lerabũda et laudans gloria libani data est ei. recte aĩa iusti lerabunda et gaudẽs exultare dicit. cũ glia libani. i. candor ꝓscientie a deo donat. Libanus em candidatio interpretat. Nã tal' anima aptum receptaculũ est effecta illi? qui est cãdor lucis eterne, speculũ sine macula, ꝓpter qõ Eccls. ix. dr. Omni tpe vestimẽta tua sint candida. ꝙ vestimenta cãdida signant aĩe opa mũda, que sunt aĩe pulcerrima ornamẽta. Ista vestimẽta omni tempe candida seruari iubent, ne si fuerint mixta peccati sanguine in cibũ ignis deputent. Isa. ix. vestimẽtũ mixtũ sãguine in combustionẽ erit et cibus ignis. hõ libenter detergit maculã tam vestimenti ꝙ corpis, sed libenti? dz detergere maculam ꝓscientie siue cordis. qz aĩa munda plus accepta est oculis saluatoris quã posset esse mundicia vestimẽti vel corporis. Scõo est leticia electorũ ex ꝓsperitate ꝓximorũ. Cant. iij. Egredimi filie syon et videte regẽ salomonẽ in diademate quo coronauit illũ mater sua in die desponsionis illius. et in die leticie cordis eius. Pro uocat spũs sanctus filias syon vt videant ꝓsperitatem regis sui, nõ vt inuideant. ꝙ vt ꝓgaudeant. Sicut em debem? flere cum flentibus. ita debem? gaudere cũ gaudẽtibus. Ro. xij. Dñs qui dedit nobis mandatũ vt quilibet diligeret ꝓximũ sicut se ipsum. voluit vt homo diligeret proximi profectum tanq̃ ꝓprium. contra illos qui de bonis proximorũ tristantur. De malis vero letantur. et ideo tales dure a domino punientur. Prouer. xvij. Qui in ruina letatur alterius, non erit impunitus. Isagister enim noster celestis qui cathedram suam habet in celis, tenet virgas in scolis quibus electos temporaliter corrigit, et reprobos eternaliter punit. Tercio est electorum leticia ex euasione periculorum. Isa xxxv. Letabitur deserta et inuia, et exultabit solitudo et florebit quasi lilium. anima peccatrix vocatur deserta, ꝓpter carentiam meritorum, vocatur inuia propter deuium viciorum, sed dicitur solitudo. qz sibi ad meritum vite eterne quam diu talis est non prosunt suffragia electorum. sed ista deserta et inuia tunc letatur, quando a patre luminum a quo procedit omne donum optimum, et omne donum perfectum gratia ad merendum donatur, et a viciorum deuio reuocatur. tunc enim soli tudo exultare dicitur, quando anime peccatrice que ꝓius nõ habebat, ꝓpria merita scor merita suffragant, de qua subdit. ꝙ florebit. aĩa enim gratia dei illustrata et sanctorum suffragijs adiuta est lilio simili effecta, habet enim ad modum lilij nitorem. bone conscientie, odorem bone fame, vigorem operationis fructuose. vnde aĩe sãcte a sapiẽte repiunt lilijs compare

Eccles .i. Quasi lilia que sunt in trāsitu aque/ et quasi thus redolens in diebus estatis/ Quarto est exultatio electoꝝ ex assecutione ꝓmiorum. ps. Adimplebis me leticia cū vultu tuo/ ex visione vultus diuini aīa leticia implet/ qz in sola visione diuine glorie saciat. vñ ps. Saciabor cū apparuerit gloria tua/ que gloria tante est immēsitatis/ q excedit omnē auiditatem humane voluntatis. Isa.li. Leticia sēpiterna erit sup capita sanctorū electoruz .i. super mentes eoꝝ dicit esse/ qz quātūcūq; cōprehendant de illa felicitate immēsitatem tñ illius non pñt ptransire, vñ si illa felicitas sic humanā capacitatez claudet/ q humana capacitas eius immensitatez nō excludet/ Non em̄ immensitas capacitati cedit. Sed capacitatē immensitas excedit. cuius immensitatis nos ptipes effi/cere dignetur.

De Resurrectione dñi Ser .II.

QUomō Christus surrexit a mortuis p gl̄az pris/ ita et nos in nouitate vi/team bulemus. Ro. vi. In verbo ꝓposito notantur duo/ Primo em̄ notat claritas dñice resurrectionis/ cū dicit. quō resurrexit xp̄us a mortuis p gl̄am patris/ Secdo notat honestas nostre renouacionis. cum subdit. ita et nos in nouitate vite ambulemus/ In primo ꝓponitur nobis xp̄i resurrectio gloriosa/ Secundo imponitur eius imitatio fructuosa/ Quantū ad primū sciendū q xp̄us surrexit q̄druplicit/ Primo em̄ surrexit euidenter manifesta apicione/ Secundo surrexit veraciter sine vlla simulatōe/ Tercio surrexit velocit sñ magna retardatōe/ Quarto surrexit stabilit sine iterata mortis dñatōne/ Primo q surrexit euidenť manifesta apicōe. Marci xvi. Postq̄ surrexero p̄cedā vos in galileā. galilea interpretat̄ tranſmigracio. per quā signatur dñi ihesu christi in carne gloriosa mutatio/ Ista enim mutatio fuit de corruptione in incorruptionē. de ignominia ad gloriā. de morte ad vitā. Hec ē mutatio dextre excelsi. Ista mutatōm iam in christo factā firmiter tenemus. q̄ in nobis etiam iam spiritualiter factam et sacra scriptura habemus. mathe. xxvij. Multa corpa sanctorum qui dormierūt surrexerūt. Istā etiā mutationē in electis futuraz expectamus/ Phi. iij. Saluatorē expectam? dominū nr̄m ihesum xp̄m/ qui reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratū corpi claritatis sue. Nec em̄ sufficit xp̄o qui est caput ecclesie vt sit in ipō gloriosa formositas. et in mēbris remaneat ignominiosa deformitas/ capita em̄ dñt mēbra in gl̄ia conformari. sed añ brauiū tante glorie debet precedere firmū preliū fidelis milicie/ Non em̄ ocio torpētibus sed fortiter certantibus et filialiter pseuerantibus tanta claritas glorie ꝓferetur. Ro. vi. Si enim ꝓplātati facti sum? similitudini mortis/ eiꝰ simul et resurrectōnis eius. Apter qd̄ vt simus fideles vsq; ad morte. nos beat? io. in apo. exoratꝰ. Apoc .ij. Esto fidelis vsq; ad mortē et dabo tibi coronā vite/ sic autē oportet nos similitudinis ꝓplātari si velimus eius gloriose resurrectioni simulari/ Apter qd̄ dicit. si ꝓplantati facti sum?/ sic enim ex arbore fructus nō capim? añ tempus sue plātationis/ sic añ similitudinē mortis xp̄i vel in passione. vel saltē incōpassione accipiemus fructus sue gloriose resurrectionis/ sic ergo christus primo surrexit euidēter manifesta apicōe. Actu .x. Hunc deus suscitauit tercia die/ et dedit eū manifestū fieri nō omni ꝑplo/ sed testibꝫ ꝓordinatis a deo/ nobis qui mādducauim? et bibim? cū illo postq̄ surrexit a mortuis. Sicut em̄ xp̄m euidēter surrexisse legim?/ ita et nos euidenter a morte peccati resurgere debemus/ Est autem euidens argumentum nostre resurrectionis. contemptus terrenorum/ et appetitus eternorum.

Colo.iij. Si consurrexistis cum christo q̄ sursum sunt querite in dextra dei sedens. que sursum sunt sapite non que sup̄ terrā Nos enim si consurreximus cum christo debemus terrēa contemnere.tota affectōe que sursum sunt querere sācta operatōne debemus etiam que sursum sunt sape elevata contemplatione.vt vbi christus sedet in dextera dei resideamus cōtinua meditatione. Secūdo surrexit christus veraciter sñ vlla simulatione. Luc.xxiij. Surrexit dñs vere.sicut enim domin⁹ est vere natus de virgine.sicut vere est suspensus in cruce.ita vere est clarificatus in resurrectione. et vere eleuatus in ascensione. Actu.i. Cūq; videntibus illis eleuatus est. et nubes suscepit eum ab oculis eorū.neq; enim in eo qui est incōmutabil⁹ veritas potuit esse falsa vel simulationis vlla duplicitas Johā.xiiij. Ego sum via.sine exorbitatione.ego sum veritas.sine exceptione. ego sum vita sine defectione.christus ergo surrexit vere. Nos eius exemplo debem⁹ vere resurgere. Est autem triplex argumētum nostre resurrectionis vere. Primus est detestatio peccati seuera. Secundum est consortatio vera. Tercium est satisfactio salutifera. hec est via trium dierum per quam peccata relinquentes tanq; egyptum accedimus ad dominū vt sibi immolemus sacrificium acceptū. Exod.iij. Ibimus viam trium dierum in solitudinem vt immolemus domino deo nostro.;pter q̄ dicitur. Mich.ij. Surgite et ite.q̄ nō habetis hic requiem.peccatoz enim nō inuenit requiem in statu culpe.quā inuenit ad tempus in statu gratie.et eternaliter in statu glorie. Tercio surrexit christ⁹ velociter sine magna retardatione. ps. Exurge quare obdormis domine. exurge et ne repellas in finem. O domine quare obdormisti in morte ad delectionem peccatorum.exurge ad iustificationem animarū Ro iij. Traditus est p;pter delicta nostra et surrexit ;pter iustificationem nr̄az exurge etiam domine ad debellationē inimicorum.et ne repellemus. imo reperas. infinem per liberationem captiuoz. Ju.v. Surge barach et apprehende captiuos tuos.istud bene christus fecit quando ad inferna descendit et eos qui ibi detinebantur eduxit et ad gloriam eternam deduxit Zacha.ix. Tu quoq; in sāguie testamēti tui emisisti vinctos de lacu in quo nō erat aqua.hanc accelerationem resurrectōis petebat pphēta dauid.cū dicebat.cito anticipent nos misericordie tue.quia pauperes facti sumus nimis neq; enim a nobis auferri poterat pauptas vilis corruptionis. nisi in christo nos anticiparet claritas sue glorioſe resurrectionis Nos enim membra sumus ecclesie quam christus sibi in fine gloriosā exhibebit. Eph̄e.v. Christus dilexit ecclesiam et seipsum tradit pro ea vt illam sanctificaret mundans lauacro aque in verbo vite vt exhiberet sibi ipse gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam. Sicut ergo christus velociter surrexit.sic et nos surgere debemus velociter a peccatis. Actu.xij. Surge velociter.homo quando habz bonum lectum solet illum multum diligere.sed quando habet malum et fetidum solet illum cito relinquere.surge ergo cito de lecto culpe.quia est sordidus. Joelis.i. Cōputruerunt iumenta in stercore suo. iumenta in stercore suo computrescere significat voluptuosos in lecto luxurie iacere. istū ergo lectum debemus relinquere quia est sordidus.et debem⁹ lectū pure cōscientie parare.quia est floridus. Cant.i. Lectulus noster floridus. et de isto lecto pure conscientie ibimus ad lectum glorie qui est delectabilis et iocundus. ps. Exultabunt sancti in gloria letabūtur in cubilibus suis. Quarto surrexit stabiliter sñ iterata mortis dominatione. Roma.vi. Christus resurgens a mortuis iam non moritur mors illi vltra non dominabitur a quo in victoria absorta est.i.ad Chori.

pv. Absorta est mors in victoria. christus enim mortem nostrā moriendo destruxit et vitam nostrā resurgendo reparauit. et ideo mortem sibi impetuum subiugauit. sicut ergo christus surrexit a mortuis sine iterata mortis dominatōne. ita nos debemus a mortuis. i. a peccatis resurgere sine iterata recidiuatōe Ephe. v. Qui dormis exurge a mortuis. et illuminabit te christus. parū valet resurgere a morte peccati q̄ statim se iterato ad peccata conuertit. parū enim ꝓdest illa ablutio quā statim sequit iterata coinquinatio. Ro. vj. Qui essi mortui sumus peccato quomodo adhuc viuemus in illo qui mortuus est. iustificatus est a peccato Unde p mortē culpe meretur homo mortem gehenne. Ro. vj. Stipendia peccati mors Valū est illi domino seruire a quo nihil possumus nisi mortem. p mercede reportare. homo iudicaret insanus si detentus in carcere esset adiudicatus morti si aliq̄ euētu a carcere euaderet si iterato ad carcerē rediret. ita sunt fatui peccatores qui a carcere peccatorū per penitentiam liberantur. q̄n iterato ad peccatorū carcerem reuertunt. Sic ergo primo ꝓponitur nobis christi gloriosa resurrectio. cum dicit quō christus surrexit a mortuis per gloriam patris. Secūdo imponit nobis ei⁹ imitatio fructuosa. cum dicitur. et nos in nouitate vite ambulemus. Sciendū est ergo q̄ ista nouitas in quatuor consistit. Primo in eradicatione viciorū. Secundo i informatōe bonorū mor. Tertio i obseruatione mandatorū. Quarto in imitatione sanctorū et ꝓceptione eternorū gaudiorū. Primo ergo nostra nouitas fructuosa consistit in eradicatione viciorum Jere. iiij. Nouate vobis nouale et nolite serere super spinas. ille sibi nouale innouat ut n̄ sup spinas serat. q̄ de corde ꝓuulsas radices et spias extirpat. Prouer. xxiiij. Per agrū hominis pigri transiui et per vineā viri stulti. et ecce totū repleuerunt vrtice. operuerunt superficiem eius spine. iste vrtice debent euelli sarculo seuere detestationis. Jere. j. Ecce cōstitui te hodie super gentes et regna vt euellas et destruas et disperdas et dissipes. iste spine debent p̄scindi securi continue memorie mortis. hec est securis de qua Math. iij. Jam securis ad radicē arboris posita ē. nos sumus arbor. securis est mors. qua continuo scindimur. et si non sentimus. sicut enim vngues et capilli imperceptibiliter crescunt. et sicut flumina ad locū vn̄ exeunt currunt. sic homines. q̄uis homines nō ꝓpiant a die natiuitatis sue ad mortem continue tendunt. et cum incipiunt esse statim esse desinūt. Sapie. v. Et nos nati continuo desinuimus esse. Iste etiam vrtice et spine debent de agro cordis vehiculo cōfessionis deportari. sicut enim vehiculo eiciuntur sordes de stabulo. sic confessione debent eici peccata de corde sordido. ps. Exercitabar et scopebā spiritum meum. Exercitari debet homo scrutinio meditationis sollicite. et sic scoba debet mundare domum p̄scientie.

Secundo consistit nouitas nostra in informatione bonorū mor. Ephe. iiij. Deponite vos scōm pristinam conuersationem hominē veterem qui corrumpitur sm̄ desideria erroris. et induite nouū hominem qui scōm deum creatus est in iustitia et veritate sanctitatis. quilibet homo vniuersaliter refugit corruptionē et appetit incorruptionē. Nos ergo veterez hominē qui corrumpit deponamus. t nouum hominem qui scōm deum creat⁹ est induamus. Gabanite qui vestimentis voluerunt filios israhel decipere. a iosue seruo domini positi sunt sub maledictōe. Josue. ix. Ille etiam qui non habens vestem nuptialem ad nuptias intrauit. iubente rege ligatis manibus et pedib⁹ in tenebras exteriores est missus. Mathei. xxiij. Nos ergo si competenter velim⁹ solennitatē pasche dom̄i celebrare debem⁹

de domibus cordium nostrorũ vetus fermentum.i. vetus peccatũ extirpãdo purgate.j. Corin.v. Expurgate vetus fermẽtum vt sitis noua cõsperssio sicut estis azimi. Non enim vinũ iocunditatis et solẽnitatis paschalis mittendũ ẽ in vtres veteres cordis inueterati peccatis. Luce. v. Nam nobis probabiliter timere debemus ne illud Danielis.xiij. nobis dicatur inueterate dierũ malorũ Nunc venerunt peccata tua que opabaris pri?. in die iudicij peccata venient ad damnationem que peccatores in hac vita faciũt ad suam ⁊ aliorum submersionẽ. Nos ergo vetustatem hominis exteriorꝭ fugiamus et nouitatem interioris appetamus. sicut faciebat apostolus. ij. ad Corin.iiij. Licꝫ is qui deforis est noster homo corrumpatur tamen is qui intus est renouaꝫ de die in diem. Tertio consistit nouitas nostra in obseruatione mandatorꝫ Jo.xiij. Mãdatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Mandatum caritatis ex quo pendet lex ⁊ ꝓphete appellatur a christo mandatum nouũ. nõ qz fuerit ab ipo de nouo datum. fuit enim in veteri lege dictum ita Deutro. vj. Dilige dominũ deum tuum ex toto corde tuo. ⁊ ex tota anima tua. ⁊ ex tota fortitudine tua. sed ideo dicitur nouum. quiã ẽ innouatiuũ. sicut enim in vernali tpe terre nascentia renouantur ex calore solis. sic in isto paschali tẽpore quod est tẽpus vernale debent in terra cordis humani reuiuescere mortua. reuiuiscere arida. recalescere frigida feruore caritatis. ꝓpter quod dicit apostolus ad Ephe.iij. In caritate radicati et fundati. Nam sicut dicit Grego. Nihil habet viroris ramus boni opis nisi de radice ꝓdeat caritatis. Arbor enim precisa ẽ anima que non est in calore ⁊ humore caritatis radicata. Quarto cõsistit nouitas nostra in imitatione sanctorꝫ ⁊ preceptõe eternorum gaudiorꝫ. Hebre.x. Habentes fiduciam in introitu sanctorũ in sanguine christi qui iniciauit nobis viam nouam. Nos in introitu sanctorũ fiduciam habere debemus. quia si ipsi in requiem domini introierunt. ⁊ nos introibimus si ipsorum vestigia sequamur. ⁊ eoꝝ signo signati inueniamur Nã sicut pastor oues ꝙs signo ꝓprio signatas inuenit recipit in suo stabulo. sic christus animas quas signo suo signatas inueniet in celesti pabulo recipiet Appoca.vij. Nolite nocere terre et mari necꝫ arboribꝰ quoadusqꝫ signemus seruos dei nostri in frontibus eoꝝ. ꝙ isto signũ nihil aliud intelligimus qꝫ signuꝫ fidei. quam ꝙ dilectionem operaꝫ. qz beatus paulus apostolus isto signatus erat ideo fideles ad imitationem sui ⁊ introitum regni ꝓuocabat. j. Corin.xj. Apicem imitatores estote mei sicut ⁊ ego christi. quasi diceret. si ego introire cõfido ad pabulũ celestis pallacij. quia signatus sum signaculo fidei. et vos introibitis si inueniamini eodem signaculo signati. quod signaculum vt hic dicitur est in sanguine christi id est in fide sue passionis. christꝰ enim ꝙ ꝓprium sanguinem introiuit semel in sancta. et sicut ꝙ ꝓprium sanguinem ibi introiuit. ita ⁊ nos vt introire possemus ꝓprio sanguine voluit lauari. Apocal.j. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nris i sanguine suo. hoc est ex fide sanguinis ex cuius virtute efficaciam habet sacramentum baptismi ad renouationem generis humani. Titũ.iij. Per lauacrũ regenerationis ⁊ renouatõis spũs sancti quem effundit in nos abunde. ꝙ effusionẽ istius sanguinis ad redemptionem humani generis post resurrectionem christus inicianit nobis viam nouam. qñ in die ascensionis ostendit fidelibus viam. ⁊ aperuit regni celestis ianuã. Genesis. xlj. Ascendet pandens iter ante eos diuites transibunt portam ⁊ egredietur per eam ⁊ trãsibit rex coram eis ⁊ dominus in capite eorum. dominus voluit ante nos ascendere quia precessit volens nobis locũ parare.

Johannis.xiiij. Vado parare vobis locum.et si abiero et preparauero vobis locum iterum veniam et accipiã vos ad me ipsum vt vbi sum ego et vos sitis. vt dicitur Colo.iij. Christus est sedens in dextera dei patris. vbi nos dicit futuros esse quando hedos statuet a sinistris agnos aũt hoc ẽ electos a dextris.ad cui? dextrã nos perducere dignetur.

De Sancto Marco Sermo.I.

Marcus assumeñ ad Thimo.iiij. In verbo ꝓpositio notatur beati marci vocatio.et notantur duo in verbo isto. Primo enim notatur dignitas vocantis cũ dicitur. Assume. Secundo notatur idoneitas venientis vel obedientis. cum dicit marcum. Quantũ ergo ad primum sciẽdum ꝙ beatus Marcus a christo fuit assumptus ad obseruationem mandatorũ. Secundo fuit assumptus ad cognitionem secretorꝫ. Tertio ad celebrationẽ diuinorum. Quarto ad ꝓceptionem ꝑmiorum. Primo ergo fuit assumptus beatus marcus ad obseruationẽ mandatorum. Eccli.xxviij. Propter mandatũ assume pauperẽ.dominus ꝓpter obseruationem mandatorꝫ voluit assumere congregatõz apostolorũ et discipulorũ. mandata enim diuina solent diuites de facili ꝑterire Jeremie.v. Magnificati sunt et ditati sunt. incrassati sunt et impinguati et preterierunt sermones meos pessime. Sed mandata que diuites de facili ꝑterierunt.pauperes cum diligentia maiori custodiunt. Sicut ego video ꝙ equus impinguat? et ociosus solet recalcitrare.equus aũt laboriosus solet pacifice ambulare. Jacobi ij. pauperes elegit dominus in hoc mundo diuites in fide regni qd̃ repromisit deus diligentibus se.ꝓpter hoc ad istam obseruantiã mandatorꝫ dicit sapiens boiez esse factum et ordinatũ. Ecclesiastes vltimo.time deum et mandata eius obserua hoc est omnis homo nihil ẽ sine hoc.sicut seruus a domino suo non reputaf alicuius momenti.si eius precepta non custodit. Ad hanc obseruationẽ mandatorum fuit assumptus beatus Marcus.ꝛ de huius obseruatione fuit solicitus. quare bene ꝓterit dicere illud luce .xv. Mandatum tuũ nunq̃ ꝓteriui.ꝛ hoc non ad insipientiam sui.ipse enim obseruantia mãdatorũ sibi fecit viam ad regnũ celorꝫ Mat xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Scõo fuit assumptus beatus marcus ad cognitionem secretorꝫ. Ezechiel. iij. Assumpsit me spiritus.ꝛ audiui post me vocem cõmotionis magne. Spiritꝰ sanctus istum glorioſum euangelistã assumpsit et ipsum super se leuauit et ei secreta euãgelica reuelauit. Isaie.lxj. Spiritus domini sup me eo ꝙ vnxerit me.ad audiendum mansuetis misit me.iste beatus marcus spiritu docente euangelium non solum annũciauit vl̃ predicauit. sed etiam conscripsit.vnde reputaf vnus de quatuor euangelistis.ꝓpter qd̃ bene dicit Assumpsit spiritus me. Sequif.et audiui post me vocem commotionis magne. ista vox magne cõmotionis potest dici illa cõmotio que facta est tpe dominice passionis et resurrectionis. sicut enim dicitur mathei.xxviij. Terra mota est et petre scisse sunt.ꝛ monumenta aperta sunt.ꝛ multa corpora sanctorꝫ qui dormierant resurrexerunt.ꝛ exeuntes de monumentis post resurrectionẽ eius venerunt in sanctã ciuitatem et apparuerunt multis. scõm seriẽ huius littere tam terra q̃z petre q̃z monumenta videbantur dño patienti compati.corpora sanctorꝫ videbanf resurgẽte domino cõgratulari.bene ergo decebat magnificentie regie maiestatis vt in solennitate sue resurrectõis haberet milites sibi similes in vestibus gloriosis. Tertio assumptus ẽ beatus marc? ad celebratõz

diuinorum Isaie vltimo. Assumã ex eis in sacerdotes et leuitas. bene dicit Assumã. nullus enim debet se assumere ad sacerdotium vel dignitatez ecclesiasticã ingerere. Sed dño vocante vel p superiorẽ vel electionẽ canonicã humiliter obire. hebreorũ. v. Nec quisq3 sumit sibi honorẽ nisi qui vocat a deo tanq3 aaron. hoc est contra illos qui dignitates ecclesiasticas impudenti fronte ambiunt. et per litigia in ipsas introire contendunt. cum sanctitas dignitatis ecclesiastice deberet ambigentes fugere et fugientes ambire. ꝓpter qđ dicit dñs Assumã ex eis sacerdotes et leuitas. sic fuit assumptus beatus marcus euangelista dei electus et petri in baptismate filius atq3 in diuino sermone discipulus sacerdotũ in israhel agens scõm carnem leuita. ad fidez christi conuersus euangeliũ in ytalia scripsit. Ipsum ergo christus tam sacerdotẽ q3 leuitam ex veteri lege assumpsit. post conuersionem vero ipsius est effectus sacerdos noue legis. et ꝓmotus ẽ ad titulum pontificalis dignitatis. ipse enim vt in ipso ꝓlogo dicitur alexãdrie erat episcopus. et ideo sicut dictum est prius assumptus fuit ad consecrationẽ diuinorũ. Non solum corꝑis et sanguinis dominici. sed etiã ecclesiaz clericoz et monialiũ que ñ sunt cõmunũ sacerdotum. sed solum episcopoz. Quarto fuit assumptus beatus marcus ad ꝓceptionẽ eternorum premioz. Ro. xiij. Deus em illum assumpsit de inquietudĩe ad quietem. de morte ad vitã Ro. xj. que assumptio nisi vita ex mortuis. Dominus beato marco ꝓ morte tꝑali quã ꝓ christo sustinuit vitam eternam rependit vt posset dicere cum ceteris sanctis. dñi est assũptio nostra. et sanctitas israhel ẽ regis nostri. sic ergo primo notat dignitas reuocantis cũ dicit assume. Secundo notat idoneitas venientis et obedientis. cũ dicit marcum. Sciendum est ergo q3 marcus quatuoz habet interꝓtatões. Primo enim interꝓtat amarus. Secundo delicatus. Tertio sublimis mãdato. Quarto interꝓtat certus. Beatus ergo marcus primo fuit amarus austeritate penitentie. Secundo fuit delicatus serenitate conscie. Tertio fuit sublimis mandato ꝓ intelligentiã mandatoz. Quarto fuit certus ꝓ firmam expectatõz futuroz. Primo em fuit beatus marcus amarus austeritate penitentie. Ezech. iij. Abij amarus i indignatõe spũs mei. manus em domini erat mecũ cõfortans me. sancti viri tã cõtra mundum q3 contra ea que in mundo sunt indignant. et ista indignatio eis ad contemptũ mundanoz auxiliat Isa. lxij. Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi istam indignationẽ frequenter amaritudo penitentie cõcomitat. illa em amara sunt sanctis que peccatoribus dulcia vident. peccatores em in delicijs suis soluz superficialem delectatõez conspiciunt. sed viri sancti delectationẽ intrinsicã. i. eternum fernalẽ pensant. Prouer. xxiij. de carnali delectatione dicit Ingredit blande et nouissimo mordebit vt coluber. et sicut regulus venena diffundet. si peccator attendat delectatõis blandimentũ diligentius debet attendere eterne damnatõis sequens documentũ. magis est eligenda amaritudo quã subsequit eterna delectatio. q3 delectatio quã subsequit eterna damnatõ Ruth. j. Vocate me mara. i. amaram. quia amaritudine me valde replevit oipotens. amaritudo pnie est vnũ de ferculis militantis ecclesie quã subsequitur refectio eterne iocunditatis. matth. iij Penitentiã agite appropinquabit enim regnũ celoz. ꝓpter hoc homo exꝑtus i spiritualibus delicijs debet carnales delicias detestari. Prouer. xxvij. Alia saturata calcabit fauũ. aia autẽ esuriens q3 amarũ ꝓ dulci sumet. aia saturata spiritualibꝫ et interius calcabit fauũ delectatõis carnalis. aia vero esuriens refectõez iusticie amarũ austere penitentie sumet. ꝓ dulci.

id est pro assequenda dulcedine celestis patrie. ps. cū magna multitudo dulcedinis tue dñe quam abscondisti timentib⁹ te. ideo dicebat ꝓpheta abū amarus in indignatōe spūs mei. et sequit. manus eōm domini erat mecū cōfortans me. nisi enī dominus sanctos in austeritate pnie cōfortaret rarus aut nullus vsq; ad finalē pseuerantiā penitentiam sustineret. ꝓpter qđ Daniel. x. dicit. Tetigit me quasi visio hominis. in sanctos in penitentia confortantis est memoria dominice passionis cuius exemplo sancti homīes debent ad agenda fortia ⁊ sustinēda fortia armari. j. Petri. iiij. Christo ergo in carne passo et vos eadē cogitatione armamini. Nā arma sua debet sumere miles qui ipsum precedit armatus princeps. ꝓpter qđ Phil. iij. dicebat apostolus. oīa possum in eo qui me confortat. Secūdo marcus interpretat delicatus. Beatus aūt marcus delicatus fuit puritate ⁊ serenitate conscie. Jere. vj. Speciose ⁊ delicate assimilaui filiā syon. syon specula interpretat. per quā aīa sancta signat que in hac vita in enigmate ⁊ non facie ad faciē speculatur ista specIose et delicate assimilat sponse ꝓpter ornamentū virtutū. delicate ꝓpter serenitatē conscie ⁊ quadā pregustatōe eterne bonorū. ꝓpter ornamentū virtutū dicitur aīe sancte speciosa sacra es. ꝓpter secundū hoc est serenitatē conscie et pregustationē eternoꝝ bonorū dictū est et suauis in delitijs tuis. Sed sciendū q; non solū sunt delitie spūales. sed carnales et aīales. iste generant dissolutionē. Jere. xxj. Usq; quo delitijs dissolueris filia vaga. iste etiā delicie parant eternā damnationē Apocal. xviij. Quantū glorificauit se et in delicijs fuit tantū date illi tormētum. tormentū et luctū aīa misera in isto simbulo nimis expendit. q; pro modicis delicijs sibi in taberna diaboli mīstratis in tormentis eternū supplicīū ꝓsoluit. si ergo recte sapimus toris studijs nos ad omnipotentē conuertamus vt veris delicijs affluamus Job. xxij. Sup oīpotentem delicijs afflues. delicijs remissionis culpe. collatōis gratie. serenitatis conscie. et quadam pregustatōe supne glorie. ij. Corin. j. Gloria nostra hec̄ testimonium conscientie nostre. beatus marcus fuit christi discipulus in istis spūalibus delicijs eruditus. et in ipso non solum fuit delicatus sed etiā domino iesu christo delicios⁹. Prouer. xxix. Erudi filiū tuū et refrigerabit te. et anime tue dabit delicias. Tertio interpretat marcus sublimis mandato. et ideo beatus marcus fuit tertio sublimis ꝓ obseruantiā mandatorū. Isaie. liij. Ecce intelliget seruus meus exaltabit ⁊ eleuabit ⁊ sublimis erit valde. beatus marcus fuit intelligens ꝓ cōgregationē ⁊ obseruantiam mandatoꝝ ⁊ declinationē peccatoꝝ. ps. A mādatis tuis intelleri. ꝓterea odiui omnē viā iniquitatis. fuit exaltatus et eleuatus. ꝓpter multiplicationē meritoꝝ. sed sublimis fuit valde ꝓ apprehensionē premiorū. christus enī dominus est ille de quo dicitur Job. v. Qui posuit humiles in sublime et merentes erigit in sospitate. ipse est enī humiliū subleuatio. et merentiū consolatio ipse est de quo Tho. iij. dicit. Post tēpestatem tranquillū facit. et post lamentationem et fletum exultationem infundit. dominus etiā post tempestatē tumultus culpe facit tranquillitatē serenitatis conscientie. ⁊ sua cōsolatione grata infundit infusionem gratie. ipse etiā post lamentationē et fletum penitentie infundit exultationē iocunditatis glorie. ps. Exultabunt sancti in gloria letabunt in cubilibus suis. istum beatum marcū post tormentum passionis sublimauit. et ad se qui est gloria sanctoꝝ trāsire fecit. ⁊ in partē suā ipsum accepit. Isaie. xlv. Viri sublimes ad te transibunt ⁊ tui erunt. Quarto interpretat beatus marcus certus. Beatus autē marcus fuit quarto certus ꝓ firmā

expectationem futurorū bonorum. Thoiñ. hoc autē p certo habet omnis qui colit te. quia vita eius si in pbatione fuerit coronabit vita beati marci in pbatōne fuit. et ideo ipsum dñs gloria et honore coronauit Jaco. j. Beat⁹ vir qui suffert tētationē quoniā cum pbatus fuerit accipiet coronā vite. corona vite nō dabit certantibus sed vincentibus. et finaliter pseuerantibus Apocal. ij. Esto fidelis vsq; ad mortē. et dabo tibi coronā vite. ppter istam coronam consequendā beatus marcus vsq; ad mortē fideliter certauit. qz illam in diuino depositō repositā certitudinaliter cognouit. ij. ad Thi. j. Scio cui credidi et certus sum. qz potens ē depositum meū seruare in vltimū diem. hoc depositum qđ dominus beato marco quasi in occulto depositō vsq; ad mortē seruauit hodie tradidit qñ ipsum ad coronam glorie vocauit. Cant. iiij. Veni de libano veni coronaberis. quam coronā nobis deus tribuere dignet.

De sancto Marco Sermo secūdus

Qu vero vigila in omnibus labora. opus fac euangeliste. ij. ad Thi. iiij. In verbo ppōsito tria notant. a quibus beatus marcus euangelista et quilibet bonus prelatus cōmendat. Primū enī a q̄ cōmendat est circūspectio studiosa. quod notat cū dicitur. Tu vero vigila. Scōm est opatio laboriosa. qđ notat cum dicit. in oībus labora. Tertiū ē pdicatio fructuosa. qđ notatur cū dicitur. opus fac euangeliste. Quantū ad primū sciendū q̄ q̄libet homo bonus et precipue prelat⁹ debet tripliciter vigilare. Primo debet vigilare ad declinationem peccatorū. Secundo debet vigilare ad cognitōz secretorum. Tertio debet vigilare ad custodiaz et eruditionē subiectoz. Primo debet bonus prelatus vigilare ad declinationem peccatoz. j. petri. v. Fratres sobrij estote et vigilate. qz aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiēs circūit querēs quē devozet. cui resistite fortes in fide. bene cōiungit ista duo sobrietē estote et vigilate. sobrietatē cōcomitat vigilantia. sicut ebrietatem somnolētia. homines enī ebriosi sunt somnolenti. ppter hoc. j. ad Thessa. v. dicit. ergo nō dormiamus sicut ceteri sed vigilemus et sobrij simus. causam huj⁹ vigilantie et sobrietatis subiungit cū dicit. quia aduersari⁹ vester diabolus tc. Sicut enī rex vel princeps qui vult castrū capere cōsueuit illud circūire et vndiq̄ vallare. sic circūit dyabolus ad captionē aie misere. ipse enī obsidet añ p impuidentiā futuroz. obsidet retro p incuriā preteritorū peccatorū. obsidet a dextris p eleuationē in psperis. obsidet a sinistris p deiectionē in aduersis. obsidet inferius quasi castrū pfodiendo p obdurationē desperationis. eiusmodi pfossio debet a nobis cū omni vigilantia deuitari Luce. xij. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq̄ et non sineret pfodi domū suā. obsidet et dyabolus supius p promissionē vite longioris et penitentie final⁹ presumptionē. multi enī sunt peccatores qui a peccatis suis nolunt conuerti. sed semp ꝓcrastinant et dicunt. cras cras ad modū cozui in supliminari existentis. sed frequēter accidit q̄ qui non ē hodie cras minus aptus erit. ppter qđ debemus facere fm consiliū sapientis Eccēs. ix. Quodcunq̄ potest facere manus tua instanter opare. qz nec opus nec ratio nec scientia nec sapientia erūt apud inferos quo tu properas. magna fatuitas ē properare ad hospitū de quo certus est hō q̄ ibi inueniet crudelē hospitē. societatē puersam. lectū malū. cibum nullū. Eccle. xiij. Añ obitū tuū operare iusticiā qz non ē apud inferos inuenire cibū multū. Debet sibi hō timere qñ scit debile castrū suū. et cognoscit illud e ē

in circuitu sic obsessum. diaboli enī circū eundo ꝓambulant. vt huiusmodi castrū subuertant. hic ē circuitus de quo in ps. dicit. in circuitu impij ambulant. istā ob sidionē euadimus si ꝑm consilium beati petri in fide fortes resistimus. fide enim eius iacula ⁊ machinamenta ꝓpulsamus Ephe. vj. In omnibus sumentes scutū fidei. in quo possitis omnia tela nequissimi extinguere ignea. isto scuto fidei muniti apostoli ⁊ ceteris virtutibus armati. non solum obsidionē diaboli euaserunt sed regna vicerunt ⁊ ꝓmissiones adepti sunt. Hebre. xj. Sancti ꝑ fidem vicerunt regna. operati sunt iusticiā et adepti sunt repmissiones. Scdo debet vigilare bonus prelatus ad cognitionē secretorum. Prouer. viij. beatus homo qui audit me et qui vigilat ad fores meas. et obseruat ad postes hostij mei Vultum vnle ē verba sapientie audire quia ꝑ frequentē auditum homo acquirit sibi firmā possessionē sapie. Prouer. j. Audiens sapiēs sapientior erit. sicut enī arbor non vna die sed pluribus firmiter radicat. ⁊ sicut homo ex multo exercitio ꝓmptus ⁊ facilis ad operationē efficit. sic ex frequenti auditu sapientie homo in sapientia firmat. Eccī. xxiij. Qui audit me non cōfundet et qui operant in me non peccabunt. qui elucidant me vitā eternā habebūt. Tria dicit que opant sapia in ꝓfessoribus suis. Primū ē exclusio infamie. ⁊ ꝓpter hoc dicit qui audit me non confundet. Scōm est declinatio culpe. et quantū ad hoc dicit et qui operat in me non peccabit. Tertium est adeptio vite eterne. ⁊ quantū ad hoc dicit. qui elucidant me vitam eternā habebunt. bonum est ergo audire verba sapientie. ꝓpter hoc dicit. beatus hō qui audit me et qui vigilat ad fores meas. Due sunt fores ꝑ quas pnt ꝓfessores sacre scripture ad tores sapie introire iste fores sunt continentie veteris legis ⁊ noue ꝑ quas debemus de thoro sapie noua et vetera documenta proferre. Matth. xiij. Omnis scriba doctus in regno celorum similis ē homini patrifamilias qui ꝓfert de thesauro suo noua et vetera. id est noui ⁊ veteris testamenti autoritates ⁊ sancta documenta. Ad istas portas beatus marcus euāgelista euigilauit. et ideo ibi thoros sapientie adinuenit. Prouerbior. octauo. Qui mane vigilauerint ad me ueniunt me. non solū autē ad fores sapie vigilauit. sed etiam ad postes hostij obseruauit. hostium est christus. Johā. x. Ego sum hostiū si quis per me introierit saluabit. ⁊ ingredief ⁊ egredief et pascua inuenier. postes huius hostij fuerūt sancti apostoli. qui dicuntur postes quia fuerunt hostio ꝑ conuersationē coniuncti. fuerunt etiam ꝑ fidē ⁊ memoriā passionis christi sanguine veri agni christi scz rubricati mundati et decorati. Exodi duodecimo. Sument de sanguine agni et ponent super vtrunqz postem. ad postes hui? hostij beatus Marcus euangelista obseruauit. fuit enim discipulus beati Petri a q̄ discere potuit seriem euangelij quod scripsit. similiter ⁊ nos ad hmōi postes id ē apostolos obseruamus quando eor? documenta ex scripturis sacris quas cōscripserunt audiendo vel legendo accipim? Ecclesiastici. vj. In multitudine presbiterorꝫ prudentiū sta ⁊ sapientie eorum et corde coniunge vt omnem narrationem dei possis audire. ⁊ puerbia laudis nō fugient a te. Tertio debent vigilare prelati ad custodiam et eruditionem subditorꝫ. Luce. ij. Pastores autē erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem suū. Pastores quibus cura subditorū cōmittitur vigilare tenentur. Eorum enim vigilijs et custodia quandoqz subditi a morte liberant. qui sine ipsis vel eorū custodia morerentur. Apocalipsis tertio. Esto vigilans et cōfirma cetera que moritura erūt Isti pastores non solum debēt vigilare.

it sicut caput sup sanctã ecclesiã cõstitut?
Et sciendũ ẽ q; caput primo habet certi/
tudinẽ in ognitõe. scõo habet celsitudinẽ
in positõe. tertio habet pulcritudinẽ i di/
spositõe. Primo ergo caput habet certi/
tudinẽ in ognitõe Eccles. ij. Oculi sapiẽ/
tis in capite ei?. Oculi bti io. (et loquor
de interioribo? cordis) fuerũt duo. sc; co/
gnitio discreta et affectio recta Isti oculi
fuerunt in eius capite. i. in mẽte. q; sicut
caput eminet ceteris membris ita mens
eminet in regno aïe. Istud caput oscula/
tũ fuit q; dñs beatũ iohannẽ euan. sicut
plenus sapia repleuit. ipse enī fuit euan/
gelista in euãgelio. apls in epistolis. pro/
pheta in apocalipsi. Eccli. xxxix. Si domi
nus magn? voluerit spũ intelligentie re/
plebit illũ. et ipse tanq; imbres mittet elo
quia sapie sue. Dñs repleuit beatũ iohã
nẽ spũ intelligẽtie sibi plenitudinẽ sapie
tribuendo. et ipse tanq; imbres misit elo/
quia sapie sue fideles christi erudiendo.
Secũdo caput habet celsitudinẽ in posi
tione qd̃ bñ puenit btõ iohanni euan. de
ipo enī pt exponi illud eccli. xj. Sapia hu
miliati exaltabit caput illius. beatus io.
euan. habuit sapiam in plenitudine. bũi
litatẽ in affectõe. et iõ caput ipsius exal/
tatũ fuit in pplor regimine et assecutione
eterne glorie. Nos ergo imitatores ipsi?
effecti ad dñm capita eleuem? vt cũ ipso
participes eterne glorie efficiamur. Luce
xx. Respicite et leuate capita vestra quo/
niam appropinquabit redemptio vestra
In ista auctoritate ponuntur tria que no/
bis ponunt consideranda Primũ est in/
spectio scripture. q. quod notat cum dicit

respicite. Secundū est diligens auscultatio doctorū et prelatorꝝ. quod notat cū dicitur et leuate capita vestra. Tertiū est redemptio captiuorū. quod notat cum dicit qm̄ appropinquabit redemptō vestra. Inspectio scripturarꝝ est dulcis. auscultatio magistrorꝝ est vtilis. redemptō captiuorū est inestimabilis. Primo ergo ponitur nobis inspectio exercēda scripturarū. cum dicit respicite. que inspectō mandatorꝝ et sacrarum scripturarū dulcis est hoībus studiosis. sed amara est hominibus accidiosis et fastidiosis. quibus ꝓphēta imprecat verbis Isaie. v. Ve qui ponitis dulce in amarū et amarū in dulce. Secundo hortat nos ad diligentē auscultationē mandatorꝝ cum dicit. leuate capita vestra. ps. Leuaui oculos meos ī montes vñ veniat auxiliū mihi. montes sunt doctores in vita et scīa eminentes. ad ipsos debemus oculos leuare quia ab ipsis debemus auxiliū expectare. ab ipsis habemus auxilium scientie contra ignorantiā. ab ipsis etiam habemus auxiliū gratie contra culpam. habemus etiā auxilium glorie contra miseriam. homies solent libenter ad illos capita et oculos leuare a quibus se credūt auxilium reportare. et illos solēt diligenter audire. Isa. xxxij. Non caligabunt oculi videntiū. et aures audientium diligenter auscultabunt. Tertio hortat nos euangelista ad considerandā redemptionem captiuorū que est inestimabilis. cū dicit qm̄ appropinquabit redemptio vestra. j. Petri. j. Non corruptibilibus auro vel argēto redempti estis de vana vestra conuersatōe paterne traditōis. sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati christi iesu. positōne Isaie. ix. Longeuus et honorabilis ipse est caput. beatus enī iohannes euangelista fuit lōgeuus. quia adhuc longo tempore vixit. fuit etiam honorabilis quia deus ipm̄ honore multiplici decorauit. ipse enī a dnō fuit electus. fuit etiam ceteris apostolis predilectus. fuit etiam virgo gloriose virginis a christo in cruce pendentis custos effect⁹. cum dixit. mulier ecce filius tuus. deinde dicit discipulo ecce mater tua. et ex illa hora accepit eā discipulus in suā Jo. xviij Hic est enī aplus de quo dicit beat⁹ ieronimus in ꝓlogo sup iohannē. hic est ille euangelista vnus ex discipulis dñi. quia virgo a deo electus ē. quē de nuptijs volentem nubere vocauit deus. cui virginitatis in hoc duplex testimoniū dat in euangelio. q̄ etiā pre ceteris dilectus a deo dicit et matrē suā pendens in cruce commēdauit de⁹ vt virginē virgo seruaret. bene ergo beatus io. nomīe capitis designatur quia habuit pulcritudinē dispositōis in hac vita. sed longe pulcriorē habet mō in vita beata. ipm enī dñs gloria et honore coronauit et posuit in capite eius coronā de lapide precioso qđ benedicit zacharie. iij. vbi dicit. Indui te mutatorijs. et sequit. et posuerūt cydarim sup caput eius mundā et induerūt eū vestimentis albis Cydaris sic dic̄ papi. ē ornamentū capitis pōtificis qđa plūbo mitra ꝓsueuit appellari. sic ergo beat⁹ io. nomīe capitis designat cū dr. caput meū. i. caput de quo in ps. loquit. Obumbrasti sup caput meū ī die belli. dies belli fuit dies illius aduersitatis in qua ꝓtectus fuit in doleū feruētis olei. de quo pñs festū fieri consueuit. tunc enī dñs sup caput eius ita obūbrauit q̄ feruorē olei mitigauit deus. et diuīa se ꝓtegēte grā illesus exiuit. sic g̃ primo notat liberalitas tribuētis cū dr impinguasti. secdo etiā notat nobilitat recipiētis eū cū dr caput meū. sequit. in oleo. vbi sequitur suauitas doni vel donatōis. Sciendū g̃ q̄ triplex est ꝓprietas olei. Primo enim oleum est curatiuū. Secdo ē nitidū. Tertio est materia ignis. et ideo ē illūinatiuū et ideo per oleum signatur diuina gratia cuius triplex est proprietas. ipsa enim primo sanat a culpa. Secdo nitet a conscīa.

Tertio resplendet in conuersatione honesta. Primo enim per oleū signat diuina gratia quia saluat a culpa. Lu.x. dicit de illo qui incidit in latrones qui spoliauerunt eum et plagis impositis abierūt semiuuo relicto. dicitur q samaritan⁹ iter faciens et appropians alligauit vulnera infundens oleum et vinū. in oleo designatur diuina gratia que peccatorē sanat. in vino signatur spiritualis leticia quando sentit penitens qñ credit sibi culpā remissam. et sic infirmitatē conscientie sanataz qō bene signatū est in illo claudo quē ad verbum beati petri apostoli sanauit dominus Actuū. iij. Ibi enim legitur q dixit beatus petrus In nomine iesu christi nazareni surge et ambula. et sequit. q pr⁹ sus solidate sunt bases eius et plāte. z intrauit cū illis in templū. ambulans z exiliens et laudās deum. Isto oleo curationis omnis infirmitatis z vino spūalis iocunditatis beatus iohannes plenus fuit. ipse enim cū alijs apostolis in die penthecostes descendente spiritusancto sup apostolos in linguis igneis fuit ab omni infirmitate humani timoris sanatus z letitia spūali repletus. Secundo oleum ē nitidum. vnde Prouer. v. dicitur de muliere fatua Nitidius oleo guttur illi⁹. beatus iohannes bene habuit nitorem olei in cōscientia. i. gratie dei. ps. Unxit te deus tuus oleo leticie pre cōsortibus tuis. vñ sibi canitur illud quod dicitur Prouer. xxj. Thesaurus desiderabilis et oleū in habitaculo viri iusti. habitaculū viri iusti fuit in conscientia beati iohannis. illi enim fuit thesaurus desiderabilis ꝓpter copiam virtutum. illi etiā fuit oleū gratie siue diuine caritatis que est conscientie ornamentū Eccl. ix. Omni tempore vesti menta tua sint candida et oleum de capite tuo non deficiat. Vestimenta beati iohannis fuerunt omni tempore cādida p mundiciam castitatis. et oleum de capite suo non defecit. ꝓpter abundantiam pietatis. Tertio oleum est materia ignis. et sic est illuminatiuū Exo. xxv. Dic filijs israhel vt afferant oleum ad lūinaria concinanda. oleum enī ē ignis materia. z sic splendet et illuminat Exo. xxvij. Precipe filijs israhel vt afferant oleum de arboribus oliuaz purissimū piloz contusuz vt ardeat lucerna semp i tabernaculo testimonij. Vult dominus oleum esse purissimum per quod signatur vt iam diximus diuina gratia que pura est inquātum sanat a culpa. purior est inquantuz niter in conscientia. purissima inquantū resplendet in conuersatione honesta. et tunc ardet lucerna in tabernaculo testimonij quando edificat per ostensionē boni exempli. mathei. v. Sic luceat lux vra coram hominibus vt videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrū qui in celis est. Dominus per opa luminosa sanctorum glorificat id est glorioſus esse predicatur. a quo etiam beatus iohānes p⁹ multa gloriosa opera est glorificatus. cuius glorie nos participes fieri dignetur.

De sancto Johanne euan. Sermo. ij.

Ustus de angustia liberatus est et tradet impius ꝓ eo Prouer. xj. Eligita hoīm ad modū statere mouetur. Una enim pte statere eleuata altera deprimitur. sic tiranni in presenti vita sanctos martires deprimunt. ipsi autem elati et eleuati fuerunt. sed in futura vita eleuabuntur et impij deprimentur. sed hic in verbo ꝓposito duo notant. Primo enim notatur exaltatio sancti cum dicitur iustus Secundo notat oppressio tiranni cū dicitur et tradetur impius ꝓ eo. Quantū ad primum notātur tria. Primo enim notat iusticia in opando cum dicitur iustus. Secundo notatur pacientia in sustinendo cum dicitur angustia. Tertio

notatur gloria in supando. cum dicitur. li beratus est. ¶ In primo notatur opus sanctī qđ est iuste viuere. ¶ Scđo notat opus tiranni quod est angustiare. ¶ In tercio notatur opus dei qđ est liberare. ¶ Quantum ad primū ergo sciendū ꝙ iohannes euangelista fuit iustus tripliciter. ¶ Primo enī in cognitōe mandatoꝝ ⁊ secretoꝝ diuinorum. ¶ Scđo fuit iustus in eruditōne indoctoꝝ. ¶ Tercio fuit iustus in ꝓceptōne p̄miorum. ¶ Primo enī fuit iustus btūs iohannes in cognitōe secretoꝝ diuinorū. ¶ Prouer. xiij. Justus comedit ⁊ replet aiam suam. ¶ Sciendū ergo ꝙ tūc btūs iohannes fuit comedens. et tanq̄ vere iustus comedit. qñ supra pectus dñi in cena recubuit. et tūc illū dñs pane vite ⁊ intellectus cibauit. ¶ Iste cibus est cognitō mandatorum ⁊ secretoꝝ dei. ꝙ que homo spūaliter viuit. ¶ Deutro. viij. Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo qđ ꝓcedit ab ore dei. ¶ Isto pane cibatus est beatus iohānes quē non sibi soli retinuit sed fideliter docendo fideles ipsis frangendo et exponendo distribuit. ¶ Judicū. xiiij. De comedēte exiuit cibus et de forti egressa est dulcedo. beatus iohānes fuit comedens ꝙ cognitionē secretoꝝ. fortis fuit ꝙ sustinētiaz laboꝝ. ¶ De isto comedēte exiuit cibus. s. verbi diuini sermonis. et de isto forti egressa est dulcedo benigne ꝓsolatōis. ¶ Scđo fuit btūs iohānes iustus in eruditōne indoctorum. ¶ Prouer. viij. ¶ Per me reges regnāt et legis cōditores decernūt iusta. ¶ Reges dicūtur fideles seipsos in via morum bñ regentes. ¶ Prouer. xx. ¶ Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. sicut ego video q̄ isti reges temporales malefactores homicidas ⁊ latrones destruunt ⁊ forbanniunt. sic spūaliter homo fidelis in solio iudicij sui id est in discussione ꝓpij cordis debet hostes spūales. i. peccata destruere. et forbanniūt ⁊ a regno aīe sue omnē malicīā expellendo dissipare. et hoc est qđ dicit. dissipat omne malum in tuitu suo. sicut enim lux corpalis sua irradiatione expellit tenebras corpales. sic vir sapiēcie diuine expellit ⁊ dissipat tenebras spūales. ꝓpter hoc ergo dicit. ꝙ me reges regnāt. ¶ Sequit. et legū ꝓditores iusta decernūt. ¶ Scđo magno actore ⁊ cōditore legum dño iesu christo fuit btūs iohannes vnus de maioribus legislatoribus ⁊ conditoribus. ipm enī dñs spū intelligētie replet. quo repletus eodem spū tam ꝙ verba q̄ ꝙ scripta fideles christi eruditit. de eius enī sapiēcia dicit. ¶ Sapien. viij. Doctrix enī est discipline dei et electrix operū illius. Ipse enī habuit sapientiā ad cognitionem agendoꝝ. et electionē ad executōz cognitoꝝ. contra multos qui auditores ꝙ bonam doctrinā informāt. seipsos ꝙ malā vitam deformant. tales similes sunt claudis et ꝓtractis sedētibus super calciatam. qui viatoribus ostendūt rectā viam. ipsi aūt non ambulant ꝙ eam. similiter parū valet mandata ⁊ dei ꝓsilia audire. et ea opere non implere. ¶ Ro. ij. Non enī auditores legis sed iusti sunt apud deum. factores legis iusti iustificabūtur. ¶ Tercio fuit iustus btūs iohannes in ꝓceptōe ꝑmioꝝ. ꝓuerbi. iiij. ¶ Justoꝝ semita quasi lux splendet ⁊ crescit vsq̄ ad pfectū diem. beati iohānis vita fuit iustoꝝ semita que fuit q̄si lux splendens radiando exemplis. precedens pficiendo doctrinis. crescēs augmēto meritorum. sed creuit vsq̄ ad pfectam diē. plena luce et radio p̄mioꝝ. hec est dies de qua dicit ps. ¶ Melior ē dies vna in atrijs tuis sup milia. ¶ In illa enī die plena luce illius felicitatis gaudebunt. qñ sicut sol in regno p̄is sui fulgebūt. sic ergo primo notatur iusticia in opando. cū dicitur. iustus. ¶ Scđo notatur patiēcia in sustinendo. cū dicitur. angustia. ¶ Sciendū est ergo ꝙ est triplex angustia. ¶ Primo est angustia detestatōnis culpe. ¶ Scđo est angustia ꝓpassionis fraterne. ¶ Tercio est angustia passionis acerbe. ¶ Primo enī est angustia detestationis culpe. j. ¶ Regum. xxij.

Conuenerunt ad eum qui erant in angu/stia ꝓstituti et oppressi ere alieno et amaro animo. Tria dicit scōm tria que facit cul/pa. Primo enī culpa angustat. et quantū ad hoc dicit in angustia ꝓstituti. Secun/do onerat. et quantū ad hoc dic̄. et oppres/si ere alieno. Tercio amarificat. et quantū ad hoc dicit et amaro aīo. sicut enī cor dila/tatur ex altitudine mādator̄ sm qꝫ in ps. dicitur. Viā mandator̄ tuor̄ cucurri. vñ et aplus dicebat. ij. ad Chorin. vj. Os nostrū patet ad vos o chorinti cor nr̄m dila/tatū est. sicut enim dilatat cor sanctor̄ am plitudo charitatis. sic corda peccator̄ an/gustat gelicidiū iniquitatis. Isa. xxviij. Coangustatū est enī stratū ita vt alter de cidat et palliū breue vtrunqꝫ opire nō ꝑt. sic angustat stratū ꝓscētie gelicidiū pecca torum. qđ ibi habitare nec vult nec debet ille qui delicias reputat habitare in cordi bus elector̄. Prouer. viij. Delicie mee es/se cū filijs hoīm. sic ergo primo peccatum angustat. qđ notatur in augustia ꝓstituti. Scđo onerat. et hoc notatur cū dr. et op/pressi ere alieno. Oppressionē huius one/ris ꝓsiderabat ꝓpheta. ps. l. cū dixit. Ini/quitates mee supergresse sunt caput meum. et sicut onus graue grauate sunt sup me. Certe homo libēter excutit ab humeris su is onus quo grauatur. sīr et nos p ꝓfessio nem excutiamus onus peccator̄ quibus grauamur inuicē. oppressio huius oneris id est peccator̄ dr̄ ꝓpterēter es alienū qr ab alieno diabolo sꝫ nobis est p eius tentati/onem mutuo traditū poscētibꝰ illecebris et delectatōnibꝰ ineptis. sed diabolus hu iusmodi es reperet cū vsuris. qr miser pec cator eternaliter cruciabitur in pena p eo qđ tpaliter cōmisit in culpa. Matthei. v. Amen amē dico tibi nō exies inde donec reddes nouissimū quadrantē. Tercio pec catum amarificat. et quantū ad hoc dicit. et amaro aīo. Ruth. j. Nec vocetis me no emi id est pulcram. sed vocate me mara id est amarā. quia valde amaritudine me repleuit omnipotēs. sicut amaritudo cor/ruptor̄ humor̄ expellitur amaritu/dine mirobalanor̄ sic amaritudo cor/dium ex corruptōne peccator̄ expellitur a/maris lachrymis oculor̄. Ysaie. xxij. Rece dite a me amare flebo nolite incūbere vt consolemini me. Nam vere penitentes nō recipiūt blandicias cōsolator̄ q̄diu in se sentiūt punctōes ⁊ amaritudines. Scđo est angustia ꝓpassionis fraterne. Ruth. j. Nolite quesso filie mee qr vīa āgustia me magis premit. frequēter corda elector̄ an gustiantur angustia afflictor̄. ij. ad Chor/in. xi. Quis infirmatur et ego non infir/mor? quis scandalisatur et ego non vror? Infirmabatur aplus non patientis actu sed ꝓpatētis affectu. vrebatur zelo feruē/tis charitatis. vt fideles terrenis ꝓptis siudent principes fieri superne hereditatis. Sophonie. j. In igne zeli eius deuorabi tur oīs terra. Igne charitatis deuorabi tur oīs terrenitas. vt sic cū omni facili/tate apperatur eterna. Sīr et dauid ex cō passione miserie ⁊ mortis filij sui angusti/abatur ⁊ flebat. ij. Regū. xviij. Ascendit rex cenaculū porte ⁊ fleuit. et sic loquebat vadēs. fili mi absolon. absolon fili mi qs mihi tribuat vt ego moriar ꝓ te? absolon fili mi. Absolon impius filius pium pr̄em de regno voluit eiicere ⁊ ipm interficien/dum querebat. attamen pius pater ex cō passione miserie ⁊ mortis filij emulabat et flebat. Tercio est angustia passionis a/cerbe. Isa. viij. Tribulatio tenebre angu/stia et dissolutio. bene explicat isaias affli/ctiones ⁊ passiones sanctor̄ qui sustinue/runt ⁊ tenebras obscuror̄ carcerū. sustinu erunt etiam angustias tormentor̄ et tan/dem dissolutōem aīarum ⁊ corpor̄. quod competenter exprimit aplus. Hebreo. xj. Sancti ludibria et verbera expti sunt. in/sup et vincula ⁊ carceres. lapidati sunt. se cti sunt. tentati sūt. in occisione gladij mor tui sunt ꝓ christo. sed p tentationes harū tribulatōnum atqꝫ tormentor̄ ꝓbati fue/

runt.et victores inuenti coronam eterne glorie receperunt. Jaco.j. Beatus vir qui suffert tentationem qui cū probatus fuerit accipiet coronam vite quā repromisit deus diligentibus se. sic ergo notatur in proposito viri sancti exaltatio cū dr. iustus de angustia liberatus ē. Secō notat oppressio tiranni. cum dicitur tradetur impius pro eo. sancti enī in morte de oīni angustia liberantur. impij vero p malis que sanctis intulerunt pdemnantur. Exemplū in Susanna q duobus senibus. Danielis.xiij. Susannam daniele iudice sua innocētia liberauit: duos autē senes sua impietas condemnauit. Exemplū etiā in beato petro q herode. Actuū.xij. Herodes enim exspirauit cōsumptus vermibus. beatus vero petrus receptus est cum angelicis spiritibus. Exemplū etiā in domiciano q beato iohanne. Eodem enī anno quo brūs iohānes missus est in exiliū a domiciano interfectus est domicianus a senatu romano. et reuersus est iohānes apud ephesū et receptus est cum oīni gaudio. pter qđ ibi dicitur. tradetur impius pro eo. Sciēdum est ergo q triplex est impietas. Primo enim est impietas infidelitatis. Secūdo est impietas voluptatis. Tercio est impietas tirannice crudelitatis. Primo ergo est impietas infidelitatis. Roma.j. Revelatur ira dei de celo sup omnē impietatem et iniusticiā hoīm. eoz qui veritatem dei in iniusticiā detinēt. Hñ etiam sequitur. quia cū cognouissent deū nō sicut deum glorificauerūt. loquitur aplūs de a postolis qui cognouerūt dñm inquirendo subtiliter nō tñ sicut dñm glorificauerunt credendo fidelit sed p aduentū saluatoris fideles impietatē abnegauerūt pietatē fidei tenuerūt. Titū.ij. Apparuit gra dei et saluatoris nri oīnibus hoībus erudiēs nos vt abnegantes impietatibus et secularia desideria sobrie et iuste et pie viuamus in hoc seculo. sobrie debemus viuere quantū ad nos. iuste quantū ad primum. pie vel fideliter quantū ad deum. Secūdo est impietas voluptatis. In canonica iude. Venient illusores scom desideria sua ambulantes non in pietate. homo bonus non debet desideria sua sequi nisi velit in pñti vita et futura confundi. et ideo ire post concupiscentias q voluptates ineptas pbibitum est autoritate diuine legis. Ecclesiastici. xviij. Post concupiscentias tuas non eas et a voluntate tua auertere. si prestes anime tue concupiscētias eius faciēt te in gaudium inimicis tuis. Inimici nri sunt dēmones. quia ergo impietas voluptatis damnatur autoritate diuine legis. lege iudicante debet puniri. tj. Machabeoz. iiij. In leges diuinas impie agere impune nō cedit. Tercio est impietas tirannice crudelitatis. Abacuc.j. Quare respicis contemptores et taces conculcante impio iustiorem se. In vita pñti sancti ab impijs cōculcātur. Sed in futura vita impij a sanctis calcabuntur. Macha.iiij. Calcabitis impios cū fuerint cinis sub planta pedū vestrorum. Presens vita est tempus ridēdi reprobis sed est tempus flendi electis. Eccī.iij. Tempus flendi et tempus ridēdi. sed ecōuerso in futura vita reprobi flebunt. electi vero pre gaudio q exultatōe ridebunt. Johannis.xvj. Plorabitis q flebitis vos mundus autem gaudebit vos autem contristabimini. sed tristicia vestra vertetur in gaudium. De quo gaudio ibidem dicitur. Gaudium vestrū nemo tollet a vobis. illud enim gaudium erit eternum. et ideo non habebit finem vel termi num. Ad quod gaudium nos pducat.

De Ascensione dñi Sermo. I.

QUi descendit ipse est qui ascendit sup oēs celos. Ephe.iiij. In verbo prposito duo notantur que circa dñm nrm iesum christū facta leguntur. Primo enī

notatur humiliatio in descensu/ cum dicitur-qui descendit. Secdo notat exaltatio in ascensu/cum dr-ipse est et qui ascendit.

Quantum ad primum sciendū est q dominus descēdit ratione quadruplici. Primo enim descendit ppter adoptōnem filiorum. Secdo descendit ppter eruditionez indoctor. Tercio descendit ppter curationem infirmor. Quarto descendit ppter liberationem captiuor. Primo ergo descēdit dns ppter adoptionez filior-ps. Descendit sicut pluuia in vellus/ Pluuia descendens in vellus ptes velleris non diuidit sed cōstringit/sic dns descendens in vterum beate virginis eius virginitatem nō minuit sed sacrauit/ vñ et virgo virginum meretur p excellentiā appellari/ propter quod Gallath-iiij.dicit. At vbi venit plenitudo tpis.misit deus filium suū factum ex muliere/ Ante aduentum christi nihil habebat pmune homo cū deo patrum esn aut nihil pmune habet nullū cū immenso. Isaie-xl. Dnes gentes quasi non sint sic sunt coram eo/et quasi nibilum et inane reputate sunt/sed in tpis plenitudine voluit deus pater vnigenitū suū naturam pmunem nobiscum habere/et per hoc nos voluit in filios adoptare· et in hereditate filij partem habere· Roma.viij. Ipse spūs testimoniū reddit spiritui nro q sumus filij dei· Si autē filij et hēredes. hēredes quidem dei coheredes aūt christi Testimonium spiritussancti in hac causa bene debet recipi/dei enim filius operatōne spiritussancti pceptus fuit in vtero beate virginis· Luce.j. Spiritussanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi.ideoq et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei/ Magna et euidenter apparet filij dei largitas et liberalitas.cuius bonitate nobis tanq fratribus pmunicatur eterna hereditas. Nō sic fuerunt alij fratres inter se facere.sed psuenerunt p diuisione hereditatis adinuicez litigare.et potentiores minus potētes exhereditare. Secdo descendit dns ad eruditionem indoctor· Isaie.lxiij. Utinam dirrumperes celos et descenderes a facie tua montes defluerent.vt nomē fieret notum tuū·Celos dirrūpere nihil aliud est q seipsos filio dei inclinare· vñ ppheta dicit· Inclinauit celos et descēdit. Mōtes a facie filij dei defluere/ nihil aliud est q in aduentu christi superbos deprimere et humiles exaltare· Luce.j. Deposuit potentes de sede/et exaltauit humiles.sequitur.vt notuz fieret nomen tuum. Noticia istius nois est noticia cuiusdā magne lectionis et vtilis·ps. Notus in iudea deus israel/ante incarnationē/sed in israel magnum fuit nomen eius/ post carnē assumptam. istud nomē non solum est magnuz sed etiam sanctū et saluiferum.sanctum· vnde in·ps.dicitur. Sanctuz et terribile est nomen eius/quia sanctū est nomē christi.ideo sibi debetur exhibitio reuerentie et honoris/sicut videmus q scos boies q̄uis puros boies solent boies reuereri. istud nomē vt dictum est non solū est sanctum·sed etiā saluiferū· Actuuz.iiij. Nec enim aliud nomē est sub celo datū hominibus in quo oporteat nos saluos fieri/ audi efficaciā et virtutem istius nois. in isto enī noie fit eiectio demonior/habetur discretio linguarum/obtinetur etiam in ipo languor curatio. Marci vlti. In nomie meo demonia eijcient/linguis loquentur nouis/serpentes tollent/et si mortiferum quid biberint non eis nocebit.sup egros manus imponent et bene habebunt. Tercio descendit dominus ad curatōnem languorum. Johānis.iiij· Dixit christo quidam regulus cuius filius ad mortem infirmabatur· Dne descende priusq moriatur filius meus· dicit ei ihesus· vade filius tuus viuit.facile erat domino infirmū curare.mortuos suscitare.cum eius dicere nihil aliud sit q facere ex immensa et diuina potestate/ Ecclesiastes· octauo· Sermo illius potestate plenus est.nec dicere

ei quisq̃ potest quare ita facis. Bene excellenna sue potestatis apparebat qñ solo verbo innumerabilia faciebat. Matth. xj. Euntes renunciate iohanni que audistis et vidistis/ceci vident.claudi ambulãt.leprosi mundãtur.surdi audiũt.mortui resurgunt.paupes euãgelisantur. Sed sciendum est q̃ dñs non solũ curauit corporales morbos et suscitauit corpaliter mortuos/sed qđ tunc faciebat in corpe quotidie facere nõ desinit spũaliter in mente/p peccatũ enĩ aĩa infirmatur/vñ ps. Sana animã meam quia peccaui tibi/p peccatum etiã mors introducta fuit/et habent hoĩes necessitatem moriendi. Roma. v. Per vnuz hominẽ peccatũ in hunc mundũ intrauit/et p peccatũ mors/sic ergo nos infirmamur p culpam. Non debemus peccatũ iterare sz currere ad medelam. Ecci. xxj. Fili peccasti non adiũcies iterũ sed de pristinis deprecare/vt tibi dimittantur/vbi tibi dicitur.si aliquis infirmus haberet terciauam simplicẽ.nõ libẽter curaret quomodo caderet in quotidianam febrem vel ptinuam.sed magis cõuocaret medicũ et acciper medicinã/ita miseri peccatores quotidie ptratiũ faciũt qñ peccata peccatis addunt.et nõ currunt ad antitodũ sed venenũ. Ecci. xxj. Quasi a facie colubri fuge peccata.et si accesseris ad illa suscipiẽt te. Non est aliquis ita fatuus.si ipm coluber semel momordisset/q̃ secundũ morsum libenter expectaret/et tñ miseri peccatores toties morsus colubrorum infernaliũ voluntarie expectant/quotiens peccata mortalia iterãt. Quarto descendit christus ppter liberationẽ captiuorum. Exodi. iij. Vidi affliccionem populi mei in egipto/z clamorẽ eius audiui/z descendi vt liberarem eũ. Egiptus interpretatur tenebre/et signat statum peccati/per quod sunt hoĩes in tenebris pstituti. Genesis. j. Tenebre erant sup faciem abyssi. id est sup faciem cordis humani/sed dixit deus fiat lux.et facta est lux.sicut enim lux corporalis expellit caliginem tenebrarum/sic lux spũalis que est gratia dei.expellit nigredinem peccatoz. Threno. iiij. Denigrata est sup carbones facies eorum/dicitur de peccatoribus p statu culpe.de quibꝰ illud dicitur. Candidiores nazarei eius nive.sed hoc dicitur p statu gre/vñ de sanctis de statu culpe ad statũ gratie translatis dicitur. Ephe. v. Eratis aliqñ tenebre nũc autem lux in dño sequitur hic.et clamorem eius audiui. Nos positi in tribulatione culpe/debemus ad dñm clamare/ipse enĩ paratus est nos exaudire. ps. Ad dominum cum tribularer clamaui et exaudiuit me. Paratus est etiaz nos a periculis liberare.vñ hic dicitur/descendi vt liberaren eum/q̃diu sumus in statu peccati tã diu sumus in periculo mortis/sed liberamur p gram saluatoris/Ecci. xxxiij. Alii/quotiẽs vsq̃ ad mortem piciratus sum hoz causa/z liberatus sum p graz dei/gratia dei est ille pius custos carceris.qui aligatos in pedibꝰ z manicis ferreis cum omni benevolentia soluit.et de seruitute diaboli peccatorẽ in seruitutẽ dei transferens ipsum in regale z celeste pallacium. Romanoz. vj. Nunc aũt liberati a peccato serui autem facti deo baberis fructuz sanctificationũ finem vero vitam eternam Sic ergo primo notatur hũiliatio in descensu.cum dicitur.descendit. Secdo notatur exaltatio in ascensu. cum dicitur. ipse est qui ascendit. Sciendũ est ergo q̃ dñs iesus christus in die huius gloriose ascensionis/ascẽdit quadrupliciter. Primo enĩ ascendit euidenter. Secdo sapienter. Tercio potẽter. Quarto ascẽdit letanter. Primo ergo dñs ascendit euidenter. videntibus enim illis eleuatus est.illis id est discipulis.vñ. Michee. ij. Ascendet pandens iter ante eos.et diuidens z transibunt portam et egredietur p eam z transibit rex eorum coram eis.et dñs in capite eorũ. Dominus ad celos ascendit propria potestate/qui de celis descendit ppria voluntate/ps.

A summo celo egressio eius/ nec est qui se abscondat a caloze eius/ et occursus eius vsqz ad summuz eius/ Sed dñs sic voluit ascendere qz sibi placuit viam hominib ostendere/ qñ ordinauit ad pzem redire. Johannis.xx. Ascendo ad pzem meum et patrem vrm/ deum meũ et deũ vrm/ Homines bene solẽt scire viam ad domos patrum suozum/ sic christus bene sciebat viã ad empirreũ celum/ vbi pcise apparet magnificentia potestatis et bonitatis et trinitatis psonaz/ ibi etiam inhabitatio angelozum et aiarum sanctarum. Hoies exeũtes in pzibus extraneis solent querere viã ab hoibus indigenis/ sic z nos a dño iesu christo viam regni celestis queramus/ et eius vestigia sequamur/ Job.xxiij. Vestigia eius secutus est pes meus/ viam eius custodiui z non declinaui ex ea/ A christo ergo non solum viatoze sed etiam pzehẽsoze debemus viam querere. Hiere.xxiij. Quare quasi colonus futurus es in terra/ et quasi viatoz declinans ad manendum. Dñs colonus dicitur fuisse in terra id est in ecclesia sancta/ ab ipsa spinas et tribulos viciozum euellendo/ in eadem semen verbi dei seminando/ ipsam eriã quasi oztum plantationũ non quacunqz aqua sed aqua sapientie saluaris et pzis lachrymis irrigando. Hebreoz.v. Qui in diebus carnis sue pzeces supplicatõesqz ad eum qui posset illum saluũ facere a morte cum clamoze valido et lachrymis offerẽs exauditus est pro sua reuerẽtia/ sic ergo dominus colonus dicitur qui etiaz p diebo carnis sue dicebatur viatoz/ Sed hodie in ista gloziosa ascensione declinauit ad manendũ tanqz verus pzehensoz/ Secũdo ascendit dñs sapiẽter. Amos.ix. Qui edificat ascensionẽ suam in celo et fasciculuz suum sup terram fundauit. Hec est sapiens ordinatio vt primo sup terram fasciculus fundetur/ et ideo in celo ascẽsio edificetur/ scõm istam viam sapienter pcessit dñs iesus christus/ ipse enim primo fasciculum sup terram fundauit quando p nobis amaritudinẽ blasphemiaz/ spuroz alaparum/ clauoz. et lancee. et spinarum et amaritudinẽ mortis aut crucis tolerauit. Luce.vltimo/ Nõne hoc oportet christum pati et ita intrare in gloziam suam. Primo ergo fasciculum sup terram fundauit et postmodũ ascensionẽ suam in celo edificauit. Prouer.ix. Sapientia edificauit sibi domũ et excidit columnas septẽ Iste septem columne pñt dici septem dona spiritussancti/ quibo christus repletus fuit/ z firmatus fuit/ Isaie.xj. Requiescet sup eum spũs dñi spũs sapientie/ z intellectus. spũs consilij/ et fortitudinis. spũs et sciẽtie/ z pietatis/ et replebit eũ spũs timoris dñi. scõm istum modũ nos primo debemus fasciculũ mirre in hac vita fundare vt possimus in vita beata ascensionẽ nãm edificare. Canticoruz.j. Fasciculus mirre dilectꝰ meus mihi inter vbera mea cõmozabitur/ ex omnibus amaritudinibo quas legimus dñm nrm ihesum christum p nobis sustinuisse debemus nobis quendam fasciculum mirre id est amaritudinis colligere/ et inter vbera nostra id est in medio cordis collocare/ vnde hic dicit inter vbera mea cõmozabitur/ fasciculum mirre inter vbera nostra cõmozari nihil aliud est qz amaritudinũ multitudinem quas p nobis christus sustinuit iugiter memozari/ Trenoz.iij. Recordare pauptatis/ et transgressionis mee z absinti z felis/ et respondet aia sancta/ memoria memoz ero z tabescet in me anima mea/ Sciendum est ergo qz p fundationẽ huius fasciculi edificamus nobis ascensionẽ in celis. Nos ergo illam supnam hierusalem que edificatur vt ciuitas bonis opibus in charitate factis edificemus/ vt pricipes illius supni edificij inueniamur et simus. i ad Chozin.viij. Scientia inflat. charitas edificat/ nos ergo apostema scientie inflãtis expellamus/ et in charitate que est optimus artifex ascensionem nostram in celo

edificemus/nec ea que in vna die constru
imus in die altera destruamus/et sic de/
struamus peccata preterita· vt non edifice/
mus presentia vel futura· Gallath·ij. Si enī
que destruxi hec iterum reedifico· preuari
catorem me esse constituo/Tercio ascen/
dit dñs potenter. Proverbiorum xxj· Ciui/
tatem fortium ascendit sapiens destruxit
robur fiducie eius. Due leguntur ciui
tates solennes scilicet babilon et hierusalē/
Per babylonem signatur presumptio inferni
Robur fiducie huius ciuitatis scilicet ba
bylonis dñs destruxit/qui in infernum de
scendit et electis suis spoliauit· Osee.xiij.
Ero mors tua o mors morsus tuus ero in
ferne/Sed hodie in ista sancta ascensiōe
ciuitatem fortium id est supernam gloriaz
ascendit cum angelis et animabz sanctis·
Ephe.iiij·Ascendens christus in altum ca
ptiuam duxit captiuitatē/vm glosam sic
pt exponi. Captiuitatē appellat homines
quos diabolus a paradiso captiuauerat et
prios mundi et inferni fecerat/et appellat
captiuitatē hoīes qui capti fuerunt/sicut
vsu psueto militia vocantur hoīes qui pu
gnare vel militare psueuerunt/Istam ca
ptiuitatem christus captiuā duxit/qui ho/
mines a iugo diaboli sub quo tenebantur
captiui ad iugum suum suaue et ad onus
suum leue adduxit· et de seruitute diaboli
ad seruitutē suam reduxit/qui ipsos a pec
cato p suam grām liberauit· Romanorum
vj. Nunc autez liberati a peccato/serui au
tem facti deo habetis fructuz vestrum in
sanctificationē/finem vero vitam eternā.
Dñs iesus christus per illum angelū po
test intelligi/quem iohannes in apocali/
psi in ortu solis ascendentem vidit· Apo·
vij. Vidi alterum angelum ascendentez
ab ortu solis habentem signum dei viui/
christus ex assumpta infirmitate in se ostē
dit signum hominis mortui/sed et immē
sa potestate in se ostēdit gloriosa sua ascē/
sione signū dei viui. et hoc tripliciter. Pri
mo quia ascendit cū insuperabili potestate.
Secundo quia ascendit cum honorabili
societate/Tercio quia ascendit cum mira
bili maiestate/Primo enim ascēdit cum
insuperabili potestate. Johannis.iij. Ne/
mo ascendit in celum nisi qui descendit de
celo. filius hominis qui est in celo/Nos
legimus q̄ tpe passionis christi multa cor
pora sanctorum qui dormierunt resurrexerūt
Mathei·xxvij. Et sicut creditur in hac glo
riosa ascensione cum christo ascenderūt/
quare ergo dicit· Nemo ascendet in celū
nisi qui descendit de celo· Sed respondē
dum est. q̄ solus ascendit in celum propria po
testate/qui solus descendit propria vo/
luntate/Secundo ascendit in celum cum
honorabili societate· Johannis. Tricesi/
mo· Ascendo ad patrem meum et patrem
vestrum· deum meum et deum vestrum.
Hic notatur ascensionis sublimitas/sed in
ista ascensione cum christo fuit honorabilis
societas/Genes. Tricesimosecundo· In
baculo meo transiui iordanem istum/et
nunc cum duabus turmis egredior. Cri/
stus in baculo crucis iordanem istum id
est in mundū transiuit/Jordanis enī in/
terpretatur humilis descensus/sed cū du
abus turmis hodie in celum est reuersus.
Iste due turme fuerūt hominum sancto/
rum et angelorum/Tercio ascendit chri/
stus cum admirabili maiestate. Actuū.j.
Hic ille qui assumptus est a vobis in ce/
lum sic veniet quemadmodū vidistis eū
euntem in celum/ipse enim ascendit cum
maiestate mirabili/et cum eadē maiesta/
te venit ad iudicium cum qua in die ascē
sionis ascendit. Luce.xxj. Tunc videbūt
filium hominis venientem in nube cum
potestate magna et maiestate/Quarto a/
scendit leranter/ascendit deus in iubilati
one et dominus in voce tube. Dominus
enim ascendit cum leticia· et ideo dicitur
ascendisse in iubilatione/Ascendit etiam
cum victoria/et ideo ascendisse dicitur in

voce tube-primo. Machabeorum. Quinto. Ascenderunt in montem syon cum leticia & gaudio. Syon interpretatur specula per quam beata vita signatur. in qua deum facie ad faciem leti contemplabimur. Ysaie. Nonagesimoprimo. Venient in syon laudantes et leticia sempiterna super capita eorum/gaudium et leticiam obtinebūt/et fugiet dolor et gemitus. Ad istā vitam beatam nos pducere dignetur qui viuit et regnat in secula. Amen.

De ascensione domini Sermo. II.

Viri galilei quid statis aspicientes in celū/hic iesus qui assumptus est a vobis in celum/sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Actuum Primo. In verbo,pposito notantur tria. Primo enim notatur attentio congregationis discipulorum. cum dicitur. Viri galilei quid statis aspicientes in celum. Secundo notatur eleuatio saluatoris ad alta polorum. cum dicitur. Hic iesus qui assumptus est a vobis in celum/Tercio notatur promissio reuersionis eiusdem ad iudicium electorum. cum dicitur. Sic veniet quemadmodum eum vidistis euntem in celum. Quantum ad primum sciendum est q discipuli ascendentem dominum aspiciebant diligenter/et nos similiter si discipulorum imitatores sumus/diligenter in christum respicere debemus. et hoc triplici ratione. Ipse enim est precium nostre redemptōnis/ipe etiam est fulcimentum et viaticum nostre peregrinationis/ipse etiam est premium nostre glorificatōnis. Primo ergo diligenter ad christum respicere debemus quia ipse est precium nostre redemptionis. Hebreorum. Duodecimo. Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem iesum/qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. sicut scriptor volens veracem librum scribere/debet sibi de vero exemplari prouidere/et sicut ille qui vult rectam lineam producere debet rectam rationem habere. Sic nos si velimus in via morum vere et recte incedere/debemus nos ad exemplar operationum christi regulare. sicut enim sine vero exemplari liber non scribitur/et sicut sine recta regula recta linea nō producitur. sic nos nisi exemplo christi regulemur ad illam supernam hierusalem minime peruenimus. Exodi. Vicesimoquinto. Inspice et fac secundum exemplar/quod tibi in monte monstratum est. Exemplar in monte est christus in eminentia vite qui nobis per modum exemplaris proponitur vt eius vestigia imitemur. Iste dominus iesus secundum apostolu/est auctor fidei et etiam consummator. Auctor fidei fuit/diuinam naturam et humanam in vnitate persone coniūgendo/fidem suam iudeis et gentibus predicando/auctor etiam fidei est fidelibus suis habitum fidei quotidie infundendo/sed consummator fidei erit p enigmaticā in eā q̄ est facie ad faciem commutando/Prima. ad Chorinthios. Decimotercio. Nunc videmus per speculum in enigmate/tunc autem facie ad faciem. Isti domino iesu fuit propositum gaudium quando iudei voluerunt ipsum rapere vt facerent ipsum regem terrenum. Johannis. Sexto. sed regnum terrenum minime appetebat/qui celeste et eternum possidebat. Johannis. Decimooctauo. Regnum meū non est de hoc mundo. neq̄ enim iesus ad hoc in hunc mundum venerat/vt terrenum regnum

sibi acquireret/sed vt terrena celestibꝰ pa/
cificando sociaret· Colloſenſes. Primo.
Pacificans per ſanguinem crucis eius/ſi
ue que in celis ſiue que in terris ſunt/et p
iſtam pacẽ tanquam verus et nouus me
diatoꝛ dedit electis ſuis eterne hereditatiſ
repꝛomiſſionem/ Hebreo. Hono· Ideo
noui teſtamenn mediatoꝛ eſt.vt morte in
tercedente in redemptionem earum pre/
uaricationum que erant ſub pꝛiori teſta/
mento repꝛomiſſionem accipiant.qui vo
cati ſunt eterne hereditatis/ Secũdo aſpi
cere debemus in dominum ieſum chriſtũ
tanquam inſulcimentum et viaticum no
ſtre peregrinationis. Hebreoꝛum· Unde
cimo· Non acceptis repꝛomiſſionibus/a
longe eas aſpicientes/et ſalutantes et con
fitentes quia peregrini et hoſpites ſunt
ſuper terram/quando dominus aſcendit
ad alta celoꝛum.apoſtoli nondum accepe/
rant repꝛomiſſiones eternoꝛum bonoꝛum.
quia nondum ſuſtinuerant anguſtias et
tribulatõnes toꝛmentoꝛum/ Unde domi
nus in die iudicij victurus eſt apoſtolis
et martiribus ſuis. Vos eſtis qui permã/
ſiſtis mecum in tribulationibus meis/et
ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi
pater regnum/ Unde quia apoſtoli non/
dum ludibria et verbera experti fuerant·
vincula ⁊ carceres adhuc ignoꝛabant.nec
lapidati.nec ſecti·nec in occiſione gladij
moꝛtui extiterant. ideo repꝛomiſſionem
vite eterne ad quam per iſta peruenitur
non acceperant/pꝛopter quod dicit nõ ac/
ceptis repꝛomiſſionibꝰ/ Sequitur.a lon/
ge aſpicientes/diſcipuli chriſtum domi/
num aſcendentem in celum a longe aſpici
endo ſequebantur aſpectibus oculoꝛum/
q̃ ſequi non poterant paſſibus coꝛpoꝛum/
Unde ſicut anna ſedebat in ſupercilio
montis.vt de longinquo videret filium
reuertentem.ſic diſcipuli domini de lon/
ginquo aſpiciebant dominum aſcenden/
tem. Abobie. Undecimo· Anna ſedebat
ſecus viam quotidie in ſupercilio mon/
tis vnde reſpicere poterat de longinquo·
/ Sequitur hic· Et ſalutantes· Homines
ſolent ſalutare hominem recedentem/vel
etiam abſentem/ſicut et iſti dominum ſa
lutabant vel ſalutem mandabant· Unde
in pſalmo/ Qui mandas ſalutem iacob.
Jacob interpꝛetatur luctatoꝛ.Et vere chri
ſtus optimus luctatoꝛ fuit/ipſe enim moꝛ
tem occidit· diabolum deiecit· infernum
ſpoliauit.captiuam ſecum ducens capti/
uitatem in celum aſcendit/ Sequitur hic
Et confitentes. quia peregrini et hoſpites
ſunt ſuper terram· Vere diſcipuli chriſti
erant hoſpites et peregrini/et ſimiliter o/
mnes electi in hac valle miſerie conſtitu/
ti. Prima. Petri. Secundo/ Obſecro
vos tanquam aduenas et peregrinos ab
ſtinere vos a carnalibus deſideꝛijs/que
militant aduerſus animam/et quamuis
electi ſint in hac vita hoſpites et peregri/
ni.tamen a deo ſunt dilecti· Deutrono/
mij. Decimo· Dominus amat pere/
grinum.et dat ei victum atque veſtitum·
/ Dominus dat victum ad ſuſtinentiam
neceſſitatis/dat etiam veſtitum ad pꝛote
ctionem nuditatis. Prima.ad Thimote
um. Sexto. Habentes alimenta et qui/
bus tegamur his contenti ſumus. Alimẽ
ta dicit ad ſuſtentationem neceſſitatis.et
non ad ſuperfluitatẽ· Quibus tegamur
dicit ad pꝛotectionem nuditatis/et non
ad curioſitatem/quia in hac vita in ali/
mentis debet queri neceſſitas non ſuper/
fluitas.in veſtimentis non debet haberi
niſi honeſtas/et non curioſitas/ Tercio de
bemus aſpicere ad dominum tanquam
ad pꝛemium noſtre glorificationis. Mi/
chee· Septimo· Ego ad dominum aſpi/
ciam/expectabo ſaluatoꝛem deum meum
Ad dominum debemus aſpicere/oculos
cordium noſtroꝛum ad ipſum erigere/et
hoc pꝛo miſerijs ammouendis/et pꝛo peri
culis euadendis/et pꝛo dubijs declaran/

dis. Secundo. Paralippomenon. Vicesimo. Cum ignoramus quid agere debeamus hoc solum habemus residue vt oculos nostros dirigamus. Homo in dubijs solet sapientes consulere qui debent ei dubia declarare/et debent eum de incertis certificare. Propter hoc Thobie. iiij. dicitur. Consilium semper a sapiente perquire. nihil sapientius sapientia increata/ et ideo ab ipsa debemus consilium perquirere/ quia facile est sibi nobis spiritum consilij et intelligentie inspirare/ Job. tricesimo secundo. Spiritus est in hominibus et inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Sequitur in ꝓmissa autoritate. Et sic expecto deum saluatorem meum. Vulgariter dicitur qui deum expectat non superflue expectat/ Nos ergo cum patientia et longanimitate dominū expectamus/ non enim ipsum superflue sed cum maxima vtilitate expectamus. ad Philippenses. tercio. Saluatorem expectamus dominū iesum christum/ qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis eius/ Ecce magna vtilitas expectationis scilicet reformatio corporis nostre humilitatis. vel configuratio corporis domini quod iam recepit dotes gloriose claritatis/ Sic ergo notatur primo attentio congregationis discipulorum. cum dicitur. viri galilei quid statis aspicientes in celum. Secundo notatur eleuatio saluatoris ad alta polorum. cum dicitur. Hic iesus qui assumptus est a vobis in celum. Sciendum est ergo ꝙ iesus assumptus fuit triplicter/ Primo enim assumptus fuit ad voluntariam sustinentiam diabolice tentationis/ Secundo assumptus fuit ad mediationem reconciliationis/ Tercio assumptus fuit ad excellentiam eterne glorificationis. Primo ergo christus assumptus fuit ad voluntariam sustinentiam diabolice tentatōnis. Mathei. Quarto. Assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde. et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum et dixit ei. Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Hec est mirum sicut dicit beatus Gregorius. si dominus iesus a diabolo fuit tentatus/ qui postmodum fuit a membris diaboli crucifixus/ sed ideo voluit dominus tentari. quia per hoc voluit ostendere nos tentationes diaboli non plus iusto debere timere/ sed per ipsas probatos ad coronam vite eterne posse peruenire/ Jacobi. Primo. Beatus vir suffert tentationem. quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite/ Homo qui emit gladium solet probare vtrum possit loricā ferream scindere vel penetrare/ Homo qui emit equū solet probare vtrum sciat bene ambulare/ Homo qui emit iuga boum solet probare vtrum boues sub iugo domiti sciant arare/ Luce. Decimoquarto. Juga boum emi quinq; et eo probare illa/ Sic dominus vult suos commilitones in bello spirituali tentationum et tribulationum probare/ vt si eos fortes et victores inueniat digne eos valeat coronare/ Secundo fuit christus assumptus ad mediationem nostre reconciliationis. Hebreorum Quinto. Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur. in his que sunt ad deum vt offerat dona et sacrificia pro peccatis/ Christus hominem id est humanam naturam assumpsit in incarnatione/ Unde Psalmista. Beatus quem elegisti et assumpsisti/ Sed assumptus fuit ex omnibus in ista gloriosa ascensione/ Dominus iesus christus est ab angelo pontifex appellatus/ ipse enim est pontifex summus et sacerdos eternus Hebreorum. vij. Jesus eo qō maneat inetrnum sempiternum habet sacerdotiū Iste pontifex summus assumptus est a societate hominum vt offerat dona et sacrificia deuotarū orationū ꝙ interpellatione et reconciliatōe pcōꝝ. Hebreoꝝ. vij.

Saluare imperpetuum potest/accedens p semetipsum ad deum semp viuens/ad interpellandũ p nobis. Tria dicit. Primo dicit q saluare pt/et istud intelligendum est. q istud est de rõne eterne ⁊ incõmutabilis diuinitatis. Scõo dicit q accessum habet ad deum/et hoc intelligitur rõne innocentissime ⁊ ex tpe assumpte humanitatis. Tercio dicit quia semp viuit ad interpellandum p nobis/et hoc intelligitur ratione vitalis ⁊ pullue bonitatis. Tercio fuit christus assumptus ad excellentiam eterne glorificatõis. j. Ad thimoteum. iij. Quod manifestũ est in carne iustificatus est in spũ. apparuit angelis. predicatũ est gentibus. creditũ est in mundo. assumptũ est in glã. Exponamus vere. christus manifestus est in carne p assumptõnem carnis ex utero beate virginis. iustificatus est in spũ p plenitudinẽ gre et veritatis/christus etiam apparuit angelis sibi tanq̃ p/prio dño ministrãtibus. Mathei. iiij. Ecce angeli accesserũt et ministrabant ei/predicatus est gentibus discipulis se ad gratiam querentibus/et christi incarnatõez/mortem/resurrectõem/⁊ ascensionẽ prædicantibus. Creditus est in mundo. iudeis ex parte/et gẽtibus in maiori plenitudine fidẽ christi recipientibꝫ/assumptus est in gloria angelis ⁊ hoibus letãtibus. Mar. vltimo/Dñs quidem iesus postq̃ locutus est assumptus est in celũ/et sedet ad dexteram dei/sic ergo notatur eleuatio saluatoris ad alta poloꝝ. cũ dr. hic iesus qui assumptus est a vobis in celũ. Tercio notatur/pmissio reuersionis eiusdem ad iudicium electoꝝ et etiam reprobꝝ. et hoc notatur. cũ dicitur. sic veniet quemadmodum vidistis eum euntẽ in celum. Sciẽdum est ergo q christus veniet triplici de causa. Primo enĩ veniet ad manifestationem animoꝝ. Scõo veniet ad damnatõnem reprobꝝ/⁊ Tercio veniet ad glorificationẽ electoꝝ. Primo ergo veniet ad manifestationẽ animoꝝ. j. Ad Thessalo. iiij. Nolite ante tempus iudicare/quo aduscq̃ veniat dñs qui illuminabit abscondita tenebrarum/et manifestabit consilia cordium. Tanquam est ante tpus de alio iudicare/maxime iudicio male ⁊ puerse diffinitionis/quia hoc est seipsum iudicare iudicio condemnationis/sed tunc poterimus sane iudicare quando veniet dominus et illuminabit abscondita tenebraꝝ/hoc dicitur quantũ ad malos et reprobos/modo enĩ peccata que in tenebris ⁊ latebris conscientiaꝝ abscondita sunt/aptis verbis cõscientiatũ tam bonis q̃ malis apparebũt. Apoc. xx. Libri apti sunt/⁊ iudicati sunt mortui ex his que scripta erãt in libris secundũ opa eoꝝ. Si tu deferas in pscientia tua scripturã culpe. amoto sigillo apto libello inuenẽtur ibi lre vrie qui secũ detulit lras mortis sue/unde sicut aliquis qñ pegerat in curia officialis cum in scala ponitur cedula ad collum eius suspenditur/in qua ratio sue pfusionis continetur/sic in die iudicij miseri peccatores pfundẽtur/et sine alia attestatõe damnabũtur ex malis/que in libro pscientiaꝝ legentur. sic ergo dñs illuminabit abscondita tenebraꝝ. Hoc dicit sicut supius expressuꝫ est quãtum ad malos/sequitur. Et manifestabit cõsilia cordiũ. hoc dicit quantũ ad bonos. Qñ immediate sequitur/et tunc laus erit vnicuiq̃ a deo. pter qd. tj. ad Thessalo. iiij dr. Deus qui dixit de tenebris lucẽ splendescere/ipse illuxit in cordibꝫ nris ad illuminationẽ sciẽtie claritatis dei in facie christi iesu/Euidẽter apparet q corda electoꝝ magna claritate radiabũt qñ in faciẽ dñi nri iesu christi fulgebũt. Scõo veniet dominus ad damnationẽ reprobꝝ. Apoc. j. Ecce venit cũ nubibꝫ ⁊ videbit eũ oñis oculus/et qui eũ pupugerũt/et plangẽt se sup eum omnes tribꝫ terre/dominus in nube ascendit et nubes/suscepit eũ ab oculis eorum/et sicut in nube ascendit. ita in nube reueniet/Unde hic dicit. Ecce venit cum nubibus/et videbit eum omnis

oculus/ terribilis erit videre venientē iudicaturum cum ptāte magna ⁊ maiestate/ qui hic iudicatus fuit ab impijs in sua paupertate et humilitate. ℣ Apocalip. sexto Reges terre et principes et tribuni et diuites et fortes et omnis seruus ⁊ liber/ absconderūt se in spelūcis ⁊ petris montiū/ et dicant montibꝫ ⁊ petris. ¶ Cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis sup thronū/ ꝓpter qđ ⁊ hic dr. q tūc plangent se sup eum oēs tribus terre. ℣ Dns dedit nobis ꝓsiliū vt plangeremus ⁊ fleremus sup nos in pñti vita/ vt nō oporteret nos flere in vita futura. Luce. xxiij. ¶ Filie hierusalē nolite flere sup me sed sup vosipas flete ⁊ sup filios vros. ℣ Tercio venit dns ad glorificationē electoꝝ. Johan. x. ¶ Ego veni vt vitā habeant ⁊ abundātius habeant. ℣ Dns vult electos suos vitā habere in mandatoꝝ suoꝝ obseruatōe/ ¶ Mathei. xix. ¶ Si vis ad vitā ingredi serua mandata/ ℣ Nam ꝑ obseruantiā mandatoꝝ puenitur ad vitam electoꝝ/ sed vult dns electos suos non solū vitam sed abundantiorem vitā habere in christi veri dei ⁊ veri hoīs apta visione/ Johannis. xvij. ¶ Hec est vita eterna/ vt cognoscant te solū deum verū et quē misisti iesum christum. ℣ Ad quā vitā eternam nos ꝓducat.

¶ In die pentheccostes ¶ Sermo. I.

¶ Repleti sunt omnes spiritusancto et ceperūt loqui varijs linguis ꝓut spiritussanctus dabat eloqui illis. Actuū. ij. ¶ In verbo ꝓposito (in quo apli dicūtur fuisse repleti spiritusancto) tria notantur. ¶ Primo enī notatur replete cognitōis generalitas. cū dr. repleti sunt oēs. ¶ Secđo notatur replentis doni dignitas. cum dr. spiritusancto. ¶ Tercio notatur effectus cōsequentis vtilitas. cū dr. et ceperūt loqui varijs linguis. ¶ Quantū ad primū sciendum est ꝙ apli fuerunt repleti triplici de causa. ¶ Primo enī fuerūt repleti ad discretionem agendoꝝ. ¶ Secđo fuerūt repleti ad reprehensionē peccatoꝝ. ¶ Tercio fuerūt repleti ad aggressionem arduoꝝ. ¶ Primo ergo fuerūt apli repleti ad discretionē agendorum. Eccī. xxxix. ¶ Si enī dns magnus voluerit/ spiritu intelligentie replebit illū/ et ipe tanq̄ imbres mittet eloquia sapientie sue. ℣ Dns magnus est dns iesus christus/ quis enim deus magnus sicut deus noster: nullus vtiq̄. ¶ Magnus enī dns et laudabilis nimis/ et magnitudinis eius non est finis/ iste dns magnus habet intelligentiā penes se. Job. xij. ¶ Apud ipsum est sapiētia et fortitudo/ ipse habet intelligentiam ⁊ ꝓsiliū. et quia intelligentiā habet penes se ideo potest illā cui vult et qñ vult inspirare. Job. xxxij. ¶ Spūs est in hominibus/ ⁊ inspiratio omnipotētis dat intelligentiā/ isto spū inielligētie hodie apli repleti fuerunt/ et ideo tanq̄ imbres eloquia sapientie sue miserūt. ℣ Hoc spū intelligentie nō solum repleuit dns apl̄os sed quotidie replet suos p̄dicatores/ vt tanq̄ imbres effundant sup auditores exhortationes salubres. Eccēs. xj. ¶ Si repleti fuerint nubes/ imbrem super terram effundent/ ℣ Nam p̄dicatores repleti spiritu veritatis super auditores effundūt imbrem exhortationis salutaris. ¶ Sed sciendum est ꝙ spiritussanctus non solum repleuit apostolos/ et non solum replet predicatores sanctos/ sed etiam replet auditores deuotos. Actuum. ¶ Decimo. Adhuc loquente petro verba hec cecidit spiritussanctus super omnes qui audiebant verbum. ¶ Secundo fuerunt repleti apostoli ad reprehensionem peccatorum. Michee. secūdo. ¶ Repletus sum fortitudine spiritus domini iudicio et virtute/ vt annunciem iacob scelus suum. ¶ Spiritus domini est spiritus fortitudinis/ sicut enim homo sine spiritu vitali nihil ꝑt in opatōe naturali/ sic hō sine spūscō nihil meritorij ꝑt facere in

opatōe mortali. Luc. vlt. Sedete in ciui/
tate quo aduſq; induamini virtute ex alto/
Unde beatus petrus ante miſſionem ſpi
ritusſancti ad vocem vnius ancille chriſtū
negauit/poſt miſſum ſpiritūſanctum mi/
nas flagella. tormenta tirannoꝝ minime
formidauit/nec mirum qz fortitudo et de/
cor indumentū ipſius ⁊ alioꝝ apl̄oꝝ fuit./
Prouerbioꝝ. vltī. Fortitudo et decor in/
dumentū eius/Fortitudo dicit quo ad to
lerantiā aduerſoꝝ ⁊ aggreſſionē arduoꝝ.
Decor dicit quo ad pulcrā varietatē ⁊ va
riam pulcritudinē virtutū/ꝓpter quod ꝓ
phēta dicit/Repleti ſum fortitudine ſpi/
ritus dñi/ſequit. iudicio et virtute. Bene
coniungit iſta duo iudiciū ⁊ virtutē. qz iu
dicium ſine virtute nō habet ꝓpoſiti exe/
cutionē/virtus aūt ſine iudicio degenerat
in precipitationē et deuiationē/Prouer.
xx. Rex qui ſedet in ſolio iudicij/diſſipat
omne malū intuitu ſuo/Hic notant duo
ſcz diſcretio agendoꝝ ex iudicij deliberatō
ne. cum dr. Rex qui ſedet in ſolio iudicij.
Scdō notatur excluſio maloꝝ ex virtutis
executōe. cū dr. diſſipat oīe malū intuitu
ſuo/Ad hoc aūt debet p̄dicator iudicio et
virtute repletus eſſe/vt ſciat et audiat pec
catoribus ſcelera annūciare/vñ hic dr. vt
annunciē iacob ſcelus ſuum et iſrael pec/
catum ſuum./Iacob interp̄tatur luctator
in quo ſignatur ſtatus ſeculariū/iſrael in/
terp̄tatur videns deū/in quo ſignatur ſta
tus clericoꝝ et religioſoꝝ/vtriſq; debēt an
nunciari peccata ⁊ ſcelera eorū/ſed multi
ſunt qui peccatoribus peccata ⁊ ſcelera ſua
non annunciāt/imo peccatores in deſide/
rijs aiaꝝ ſuarū qñq; laudāt ⁊ laudando
ipſos beatificāt. ideo viā greſſuū ſuoꝝ ī via
morum diſſipant. Iſaie. iij. O populus me/
us qui beatū te dicūt ipſi te decipiūt ⁊ vi/
am greſſuum tuoꝝ diſſipant/Sed ſcien/
dum eſt qz ſicut valde rep̄hēnſibile eſt cō/
demnare iuſtū/ſic rep̄hēnſibile eſt impiū
iuſtificare. Prouerbioꝝ. xvij. Et qui iuſti
ficat impiū ⁊ qui ꝯdemnat iuſtū abbomi
nabilis eſt vterqꝫ apud deū. Et ſciendum
qz multi ſunt p̄dicatores qui audacter an
nunciāt ſcelera ſua iacob id eſt ſecularib⁹
et maxime popularibus/qui nō audent an
nunciare peccata ſua iſrael. id eſt clericis ꝓ
ſacram ſcripturā deum videntib⁹/nec p̄la
tis ſiue paſtoribus/tales gladiū verbi dei
cōtra oues ſimplices elimāt et exacuūt/ꝫ
cōtra malos paſtores lupi rapaces oues
dñicas deuorantes gladiū verbi dei non
extrahūt. ſz potius in vaginā mittūt. Se/
Tercio fuerūt repleti apli ad aggreſſionez
arduoꝝ. Humeri. iij. Sacerdotes vncti
ſunt quoꝝ replete ⁊ conſecrate ſunt manꝰ vt
ſacerdotio fungerēt/ſacerdotes ſunt chri/
ſtifideles ſeipſos hoſtiaz viuentē ⁊ ſanctā
deo offerentes. Roma. xij. Obſecro vos ꝓ
miſcōiam dei vt exhibeatis corpa vra ho
ſtiam viuentē ſanctam deo placentē/Iſti
ſacerdotes id eſt xp̄ifideles vncti vnctōne
ſpiritusſancti/qui ſunt de oīnibus docti et
etiam eruditi/j. Johānis. ij. Unctio eius
docet vos de oīnibus/nam ſine ſpūſancto
qui eſt dulcis vnctio interioris cordis nō
poſſumus interius erudiri/Johānis. xvj
Cum venerit ille ſpūs veritatis qui a pre
cedit/docebit vos omnē veritatē/qz ergo
vnctione huius ſpiritus iſaias ꝓphēta ſe
vnctum ſentiebat ideo cum omni ſecurita
te auditoribus predicabat. Iſa. lxj. Spi/
ritus dñi ſuper me eo qꝫ vnxerit me ad an
nunciandū manſuetis miſit me. Primo
dicit fuiſſe ſe vnctum/et poſtmodum miſ
ſum ad predicandum/predicator enim ſi
ſpirituſancto vnctus fuerit facilius dura
corda ad penitentiā emollit/ſicut enim ſo
tulares duri et aridi pedes ledunt/vncti
vero cuſtodiunt et defendunt/ſic predica/
tor vnctus ſpirituſancto quando peccato
ri loquitur. peccatoꝝ de facili ad deuotionē
et miſericordiam emollitur/iſtorum ſacer
dotum qui vncti ſunt debent eſſe manus
replete et conſecrate/Bene coniungit iſta
duo repletionē manuum ⁊ conſecratōez.
Nam repletio bonorum operum requirit

sanctitatē. Sācitas vero exigit bonorum opm multiplicatōem ꝛ pluralitatē/Apoc. vltimo. Qui iustus est iustificetur adhuc. Debent ergo christifideles tanqz dñici sacerdotes esse repleti fructu bo bonorum opm/vt postmodū impleantur fructibus premioꝝ. Prouerbio. xij. De fructu oris sui vnusquisqz replebitur bonis/et iuxta opa manuum suarū retribuetur ei. Quo notatur hic que in bono p̄dicatore debent esse/Primū est eruditio studiosa. qō notatur cū dr. De fructu oris sui vnusquisqz replebitur bonis/Scōm est opatio fructuosa. qō notatur cū dicit. iuxta opa manuū suarū retribuetur ei/Sciendum est ergo qꝫ studiosa eruditōne auditorum debetur doctoribus ꝛ p̄dicatoribꝰ corona eternoꝝ gaudioꝝ. j. Ad thessa. ij Que est enī nra spes/aut gaudiū aut corona glorie/nōne vos ante dñm nostrum iesum christum/Sed quidam sunt p̄dicatores qui docent studiosa et opantur puerilia. Genes. xxvij. Vox quidē vox iacob est/manus aūt esau sunt/Frequēti enī exhortatione sermonū/nō p̄cordat executio operationum/ideo hic dicitur. iuxta opa manuum suarum. quia scōm opa bona vel mala reddetur retributio condigna/Cū de forti muliere. puer. vltimo dicit. Date illi de fructu manuū suarum/et laudent eam in portis opa eius/sic ergo primo notatur replete congregatōis aplōꝝ generalitas cū dicitur. Repleti sunt oēs. Scdo notat repletis doni dignitas cū dr. spiritusancto. Sciendū est ergo qꝫ hodierna die spiritussanctus datus est aplīs triplici de cā/Primo enī datus est ad emendatōnem peccatoꝝ. Scdo datus est ad cognitōem occultoꝝ. Tercio datus est ad dulcoratiōnem animoꝝ. Primo ergo datus est spiritus ad emendatōnem peccatorum. Actum. ij. Per lauacrū regeneratōnis et renouatōnis spiritussancti/quem effudit in nos abunde p iesum xp̄m saluatorē nr̄m/Sicut paruuli in aqua loti a suis lorticibus. mundātur a sordibus corpalibus/sic boies loti aqua baptismatis mundantur a sordibus spūalibus. tam originalib⁹ qz actualibus cuiusmodi effectū emundationis opatur spūs. Actuum. j. Quia iohānes baptisauit aqua/vos autē baptisabimini spiritusancto non post multos hos dies/Dñs voluit aplos suos baptisari n̄ sol' baptismate fluminis/sz etiā baptismo flaminis/et vltio baptismo sanguinis/Istud lauacrū regeneratōis ꝛ renouatōis scilicz sancti spūs in nos effundit abunde/qz p spm̄sanctum in baptismo susceptū loti sumus a peccatoꝝ feditate/et accepimus vtutes ꝛ si non in vsu tñ in munere/Ysaie. iij. Si abluerit dñs sordem filioꝝ syon/et sanguinem hierusalē lauerit de medio eius in spū iudicij/ꝛ spū ardoris/Bene cōiungit ista duo spm̄ iudicij et spm̄ ardoris vt spūs iudicij luceat intellectu/spūs ardoris feruear in affectu/istum spm̄ ardoris hodie christus aplīs suis donauit/qñ ipsis p spiritū̄sanctum charitatē infudit. et ipsos charitatis feruore inflammauit. Romanoꝝ. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nr̄is/p spm̄sanctū qui datus est nobis/excellentissimū est charitatis donū p qō delef et opitur multitudo peccatoꝝ. j. Petri. iij. Ante oīa mutuā in nobis/metipsis charitatē ꝓtinuā habētes/qz caritas dei opit multitudinē peccatoꝝ/oprimū est charitatis opimentū vel coopimentum/Alia enī coopimenta recipiūt pulueres pediculos ꝛ pulices/cooprorium vero charitatis non recipit sed expellit spūales sordes. Scdo datus est spūsanctus aplīs ad cognitionē occultoꝝ. Sapien. ix. Dens sum aūt tuū quis scier nisi tu dederis sapientiā ꝛ miseris spm̄sanctū tuū de altissimis. sicut diues bō qñ vult hre pecuniaz solet ad thesaurū suū vbi reposita est pecunia recurrere/sic ad deum per sensum vel sapientiam debemus recurrere/si veli⁹ mus sapientiam impetrare. Jacobi. primo Si quis vestrum indiget sapiētia/postu/

let a deo qui dat oīb⁹ affluenter/et nō
improperat et dabitur ei. Ex receptōne ergo diuine sapientie possumus sensum vel
lectionē dñi cognoscere/quod precise fit ex
spiritusſancti grato munere. Unde hic se
quit. Et miseris spiritū sanctū tuū de alto
Spūs enī sanctus quasi acumen penetrans/et nos vsq; ad ꝓfundum dei introducens. j. ad Chorin. ij. Nobis aūt reuelauit deus p spiritū sanctum/Spūs enim
oīa scrutatur etiam ꝓfunda dei. istū spiritum sanctū apli hodie receperūt. Actuū
j. Recipietis virtutē supuenientis spiritus
sancti in vos/et eritis mihi testes in hierusalem/et in omni iudea et samaria/et vsq;
ad vltimū terre. Isti testes fuerūt oīm exceptōne maiores. Cum enī in ipsis loqueretur spūs veritatis oportuit ipsos esse veraces. ij. Petri. j. Spū sancto inspirati/loquti sunt scti dei hoies/sic enī ex flatu hūano repleta resonet tuba/sic spū sancto repleta resonabant ora aplōꝝ. Tercio hodie
fuit datus spūs sanctus aplis ad delectatōnem aiarum. Sapien. xij. Quam bonus/
et q̄ suauis est dñe spūs tuus in nobis.
Spūs sanctus est bonus in effectu/sed suauis in affectu. Bonus est in effectu. vñ in
ps. Spūs bonus tuus deducet me in terram rectam. Nam sine directōe spūs sancti nō ꝑt via recta que ducit ad vitā eternam teneri/hanc effusionē spū sancti que
hodie facta est sup aplos dñi. dñs per zachariam ꝓphetam longe ante ꝓmisit. zacha. xij. Effundam sup domū dauid et super habitatores hierusalem spm gre et precum et aspicient ad me quē ꝓfixerūt. Hec
ne ꝓiungit ista duo/spiritū gratie/et spm
precum. Spūs enī gratie ꝓmet ad iustificationē peccatoꝝ/spūs vero precum pertinet ad desiderate rei ipetratōnes/et hoc ordine congruo. nisi enim ꝑcedat peccatoris
iustificatio/nō de facili impetratur desiderate rei possessio. vñ. ps. lxv. Iniquitatem
si aspexi in corde meo/nō exaudiet dñs. Et
sciendum est q̄ in fine autoritatis horta/
tur nos ad memoriā dñice passionis cum
dicit/et aspicient ad me quem ꝓfixerunt.
Nos enim oculo diligentis ꝓsideratōnis
debemus inspicere plagas et fixuras dñice passionis/p quam redempti sumus a
peccatis/et vanitate prave ꝓuersatōnis. j.
Petri. j. Non corruptibilibꝫ auro vel argento redempti estis de vīa vana ꝓuersatione paterne traditōnis/sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati christi iesu/sic ergo scdo notatur replentis doni dignitas cū dicit. sancto spiritu. Tercio notatur effectus ꝓuenientis
vtilitas. cum dicitur. et ceperunt loqui variis linguis. Sciendum est ergo q̄ apostoli spiritusſancto repleti/tripliciter sunt
locuti. Primo enī locuti sunt magnalia
ad dei ꝓmendatōnem. Secundo locuti
sunt spiritualia/ad populi dominici informationem. Tercio locuti sunt verba vitalia/ad vite eterne assecutionem. Primo
ergo locuti sunt apostoli magnalia ad dei
ꝓmendationem. Actuum. ij. Audiuimus
eos loquentes nostris linguis magnalia
dei. Quid apli de christo nisi magnalia loquebantur/qui ipis cernentibꝫ fuerat sup
celos magnifice eleuatus. Eleuata est enī
magnificētia tua super celos deus/ꝓpter
hoc. Eccli. xliij. Glorificātes dñm quantū
cunq; potueritis/supexaltabit adhuc et admirabilis magnificētia eius. Immensitas enī diuine bonitatis nō ꝑt sufficienter
magnificari ab illo qui ad mensuraz spūs
sancti accepit quātecunq; fuerit sanctificatus. Exodi. xv. Quis similis tui in fortibus
dñe/quis similis tui magnificus in sanctitate terribilis atq; laudabilis et faciēs mirabilia. Secdo locuti sunt apli spūalia ad
ꝓpli dñici informatōem. j. ad Chorinthios. ij.
Loquimur nō in doctis hūane sapiētie verbis/sed in doctrina spūs ꝓpartes spūalia
spūalibus/hūana sapiētia a dño reputatur indocta/sed potius insipientia/et recte
illam sapientiam insipientiaz iudicamus
que a summo sapiente insipiētia iudicat.

j. Ad Chorin.iij. Sapientes huius mundi ꝓsueuerūt spūales viros vocare simplices vel potius insipientes/ qđ est magna derisione dignū. sicut esset si rane ꝓter puum saltuz quo se eleuāt in altum deriderent aues volantes ad celum/ istam sapiētiam mundanā ꝓ insipientiā ꝓdicatoruz simpliciū voluit dñs ꝓdere et reꝓbare. j. ad Chorin. j. Perdam sapientiam sapientium/ et ꝓudentiā ꝓudentiū reꝓbabo/ In istis indoctis humane sapiēie verbis/ nō loquebatur aplus sed in doctrina spūs sancti ad informatōem populi dñici/ Cū dicit spūalibus spiritualia ꝓpantes/ Nā sermo doctorū debet formari scōm capacitatem auditorū/ contra multos predicatores qui abducto supercilio grandia verba trucidantes inter mulierculas de sacris literis fantur. Est etiā cōtra illos qui viros spūales de fugiendis vicijs carnalibus exhortantur. vñ aplus in ꝓdicatōibus suis verba formabat scōm q audiēs ꝓfus capiebat. vnde ipse qui lacte simpliciozis doctrine alebat paruulos pane solidiozis doctrine ꝓfirmabat ꝓfectos. j. ad Chorinte. ij Sapientiā loquimur inter ꝓfectos/ Tercio loquebantur apostoli verba vitalia ad vite eterne executionē. Deutro. v. Vocem eius audiuimus in medio ignis/ et ꝓbauimus hodie q colloquēte cum homine viuerit homo/ Certe bene hodie apli audierūt vocē dñi interius in cordibz suis ꝑ inspiratōem loquētis/ et hoc de medio ignis. qñ dñs spiritum sanctū sup aplos in linguis igneis misit. Actuū. ij/ Apparuerunt aplis disperdite lingue tanqz ignis/ Spiritussanctus apparuit aplis hodierna die in linguis igneis/ in linguis vt faceret ad vtilitatē loquētes/ in igne apparuit vt ipos redderet ꝑ charitatē feruentes/ hodie loquente deo cum hoie homo vixit. quia verba eius sunt verba vite celestis. Johā. vj. Spiritus est qui viuificat/ caro nō ꝓdest quicqz/ verba que ego locutus sum vobis. spūs et vita sunt/ id est spūaliter viuificātia vel vitam gratie inducentia/ ps. Gratiam et gloriam dabit dñs/ Ad quam gloriam nos ꝓducere dignetur.

In die pēthecostes Sermo. II.

De excelso misit ignē in ossibus meis/ et erudiuit me/ Treno. j. Istud verbum est Hieremie de exordio nascētis ecclesie ꝓgratulantis/ et de missione spūssancti ꝓclarantis/ Et notantur duo in ꝓposito verbo/ Primo enī notatur missio pacifi siue spūs ꝓsolatōnis. cum dixit. de excelso misit ignem in ossibus meis/ Secūdo notatur vtilitas missionis cum dr. et erudiuit me. Quantū ad primū notandum est q spiritussanctus missus est quadruplica rōne/ Primo ad directōnem viatoꝝ Scōo ad inflāmationē frigidoz/ Tercio ad purgationē mundanoz purgandoz/ Quarto ad solidationē infirmoz/ Primo missus est spiritussanctus ad directionem viatorum. Exodi. xiij. Dñs ꝓcedebat filios israel ad ostendendū viam ꝓ diem in columna nubis/ ꝓ noctē in columna ignis/ sicut ꝓ diē in sacra scriptura signat ꝓsperitas/ ita ꝓ noctē designatur aduersitas/ Cū columna nubis in die est temperantia in ꝓsperitate/ Columna ignis in nocte est patientia in aduersitate/ Hec ē duplex via regia/ ꝓ quā deꝰ vult electos suos ducere/ vt possint ad regna celestia peuenire. Numeri. xx. Via publica gradiemur/ neqz ad dexterā neqz sinistram declinantes/ sicut ꝓ istā viā publicaz incedunt electi dñi ducēte/ sic ab ea exorbitāt reꝓbi dño ꝓmittente/ Facit enī frequenter dominus sicut sapiēs paterfamilias qui permittit in pascuis liberū vitulum quē intendit occidere vel mactare/ illum affligit et domat quē intēdit ad trituram reseruare. facit etiā sicut medicus sapiēs qui subarta dieta restringit infirmum/ de cuius

conualescentia sperat/illi autez exponit o/mnia de cuius conualescentia desperat/Cñ reprobi frequēter quasi p prata amenissi/ma currūt ad infernale supplicium/Electi vero quasi p loca scopulosa et magnis dif/ficultatibus plena tendūt ad gaudia celo/rum/sic ergo dñs ostendit viā celorū suis/fidelibus/Sed sciendū est q quia iudei erant sensibiles atq rudes/ideo dedit eis dñs in via sua sensibile directiuum colu/mnam scz ignis vel nubis/Sed qz apli futuri erant spūales ⁊ intelligentes dedit illis deus ad ostendendā viam signū rei intellectualis instructiuum/Cñ sup apo/stolos apparuit in linguis igneis. Actuū. ij. In linguis vt eos redderet eloquētes/in linguis igneis vt eos redderet feruen/tes. Secdo missus est spiritussanctus ad inflammationē frigidoz. Zach. xij. Bo/nam ducem iuda sicut caminuz ignis in lignis/et sicut facem ignis in feno/⁊ de/uorabūt ad dextram ⁊ sinistrā in circūitu omnes populi/Isti principes fuerūt apli sup omnē terram/principes isti erunt bo/ni duces non sectātes auaritiā sed solum querentes aīarum salutē. Isa. xiij. Susci tabo sup eos medos/qui aurum nō que/rent nec argentū velint/sed sagittis puu/los interficient/Iste sagitte sunt autorita tes sacre scripture. ps. Sagitte potentis acute cū carbonib desolatoriis. iste sagit/te potentis sunt acute p solicitatē verita/tis/sed cū carbonib desolatoriis. per inflā mationē charitatis/tales duces non sunt prelati nri tpis. qui et si in tractatibz suis incipiāt a reformatōne moz/finaliter con cludunt euacuationē bursarum/et qui in alijs iuste vsurariam prauitatē reprobant/ in seipsis inuste rapinam violentā appro bant ⁊ demonstrant. Isaie. j. Principes tui infideles/socij furū omēs diligūt mu/nera/sequūtur retributōes/et esset tolera/bile si ipi sibi oblata reciperēt. sed ipsi vio lenter ablata recipiunt/et sicut aues pda/les subiectos suos motu suo amarissimo lacerant et deuorant/sed dominus princi/pes suos id est aplos posuit sicut caminū ignis in lignis/vt quodammodo ipsos quantū ad statum infidelitatis deuorarēt/ et in naturā corpis mistici qđ est ecclesia christi charitate feruēti transformarēt/ec/ce do verba mea in ore tuo in ignē ⁊ pplm istum in ligna et deuorabit eos/sequitur et sicut facem ignis in feno. ad idem perti nēt ligna et fenū scilicet ad statū peccatoz. sed in hoc differūt q p ligna signātur ma iores/p fenum vero minores. j. Ad Cho/rin. iij/Superedificāt sup fundamentū fi dei lignum. fenū stipulā/Glo. Lignuz id est maiora peccata. fenum id est minora. stipulam id est minima. sic ergo dñs po/suit aplos tanqz facem ignis. Cñ de ipis cantatur. Portantes pacez ⁊ illuminan tes patriā. sed banc facem ignitam posuit in feno id est peccatoribus oppressis corru ptionibus carnalibus. Isaie. xl/Omnis ca ro fenū. sic ergo dñs aplos suos sicut ca/minum ignis in ligno/et sicut facē ignis in feno posuit/qñ aplos suos igne spirit9 sancti inflāmatos fidem suam peccatori/bus maioribus ⁊ minoribus pdicari vo/luit/et ipsos ad fidem suā et dilectionē in flāmauit. vt possent dicere illud. Roma. v. Charitas dei diffusa est in cordibz nris p spūmsanctū qui datꝰ est nobis/et sic apo/stoli dñi. igne spūssancti inflammati ad amorē dei pplos infideliū succenderūt. et in corpus christi qđ est eccia duerterunt. Treno. ij. Succendit in iacob quasi ignē flāme deuorantis in giro. Tercio missus est spūssanctus ad mundationē purgādo rum. Malach. iij. Ipse quasi ignis pflās et quasi herba fullonū/et sedebit pflans et emundabit argentū ⁊ purgabit filios le/ui. Dñs dr quasi ignis pflans. quia sicut iste sol corpalis radios igneos sensibiliter emittit/sic verus sol iusticie christus deus nr radios igneos ad inflammationē cor/dium aplorz spūaliter immisit. Eccī. xliij. Tripliciter sol exurens montes radios

igneos exsuffl ans et splendēs radijs suis obcecat oculos. Dñs fuit tripliciter exurēs mōtes. i. aplos vita et scientia eminētes, et subdit modum cum dicit primo radios igneos exsuffl ans. ipsos inflāmando charitate incalescētis affectōis incendio. Secundo dicit refulgens ipos illustrando veritate altioris intellectus fastigio. Tercio radijs suis oculos excecauit. honestando eos iudiciaria prāte iudicis libra. siue distributo iudicio. Tūc enī dñs occulto suo iudicio oculos iudeoz suppbor obcecauit, qñ doctores legis nō cognoscētes lumē exhibite veritatis ex aduento saluatoris in sua cecitate dimisit, et in simplicibus et in doctis piscatoribus secreta celestia reuelauit. Matthei. xj. Confitebor tibi dñe pater celi et terre, qz abscondisti hec a sapiētibus et prudentibus, et reuelasti ea parvulis. sic ergo dñs est quasi ignis pflans. sequit Et quasi herba fullonū. herba fullonum in se habet asperitatē, et reddit pannū planiorem et leniorē, et dicitur cardo id est tribulus. sic ergo dñs asperitate tribulationū aplos affligi voluit, et p hoc eos planiores et leniores reddidit. Actuū. xj. de paulo. Vas electōis mihi est iste, vt portet nomen meū coram gentibus, et regibus, et filijs israel. Ecce vas electū. vas plenū. vas politum, et hoc p herbam fullonū id est asperitatem tribulationum. Elī de ipso. Ego ostendā quanta oporteat eū pati p nomie meo. sequit. Sedebit pflans et emundās argentū. Argentū fuerūt corda aplorz. pis Argentū igne examinatuz, purgatū terre pbatum septuplū. Apli enī fuerūt argentum igne examinatū tribulationū immissione, purgatū terre. id est oīm peccatoruz terrenitate remissione, pbatum septuplū septiformi spūssancti missione. Tūc ergo dñs hoc argentū pflauit et emundauit, qñ eis spūmsanctū insuffl auit et in eis omnē rubiginē peccatoz pstumpsit. cū dixit. Accipite spūmsanctū quoz remiseritis peccata remittūtur eis. Johan. xx. bñ sequitur, qp pugnabit filios leui. id est apostolos qui succesterūt sacerdotibus legis, qui erāt leuitici generis. j. Petri. ij. Vos estis genus electuz. regale sacerdotiū. gens sancta. populus acquisitōnis. Quarto missus est spūssanctus ad consolidationē infirmoz. Zacharie. ij. Ego ero hierusalem murus ignis in circūitu. Ignis est ecclesia. hec est hierusalē que edificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum id est in ipsa vita beata, dum hierusalē id est ecclesiam posuit tanqz murum ignis, in muro firmitas. in igne claritas designatur. Tūc ergo dñs hierusalem tanqz murū ignis posuit, qñ ipsam virtute spūssancti soli dauit et veritate illustrauit. Dic est murus de quo Isaie. xxvj. Urbs fortitudinis nre salvator ponetur in ea murus et antemurale Dñs fuit antemurale in veteri testamēto p pphetarum prenunciationē, sed fuit murus in nouo testamēto p veritatis exhibitionē. Canticoz. viij. Si murus est edificemus sup pugnacula argentea. Glosa. id est vincibiles sentētias diuino eloquio lucidas. si hostium et ppingamus tabulis cedrinis. glo. id est viris pfectis. planis et politis. id est aplis et apostolicis viris. Cedrus habet virtutē fugandi serpentes. sic apli habebāt virtutē tollendi serpētes spirituales id est demones. Marci. vltimo. In noie meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpētes tollet. Tūc ergo dñs ecclesiā suā tabulis cedrinis depinxit qñ aplos planos et politos misso spiritu sancto ornauit. Job. xxvj. Spiritus eius ornauit celos. quos celos? nisi illos de quibus scriptū est. Celi enarrāt gl'am dei, qñ enī totam domū vbi erant sedētes apli repleuit, et oīes spū sancto sunt repleti, tūc sicut dicit btūs Gregorius in moralib. Apli acceperūt ornamēta virtutis, quod diu ante possiderat immēsa sedilas timoris. Certe ille aplorz id est celoruz primus q notiēs mori timuit, totiēs vitā negauit et quiante receptōnem spūssancti christū

negauit vnius ancille hostiarie perscruta
tus/accepta spiritussancti virtute minas
tirannoꝝ ꝛ principū nō timuit spūsancto
roborat⁹/et qui primo facili leuitate ꝓpm
negauit accepta spūssancti virtute loquif
linguis.chorusc at miraculis.increpat infi
delitatē sacerdotū/ad predicandū iesum
seipm ꝓbet ceteris autoritatibus emplū/
Et qđ tunc fecit dns aplis/quotidie exhi
bet fidelibus suis.dum occulta quadā di
spensatōe diuersa dona diuersis distribu/
it·¶ Ad Chorin.xij/Alij p spm̄sanctū dat
sermo sapiētie.alij aūt sermo scientie ſm
eundē spm̄/alij fides· alij gra sanitatum/
alij opatio virtutū·alij ꝓphecia.alij discre
tio spirituū·alij genera linguaꝝ. alij inter
pretatio sermonū/que mox sub quadā ge/
nerali diuisione ꝓcludit·dicēs hec omnia
opatur vnus atq idē spūs diuidēs sin/
gulis,prout vult/sic ergo primo notat mis/
sio spūs ꝓsolatōis·cum dr de excelso misit
ignem.¶ Scdo notatur vtilitas missionis
cum dr erudiuit me/¶ Sciendū est ergo q
dns missione spūssancti nos ad quatuor
eruditi/¶ Primo ad declinationē iniqui/
tatis.¶ Scdo ad cognitionē veritatis/¶ Ter
cio ad distributionē doctrine.¶ Quarto ad
acquisitionē vite eterne.¶ Primo ergo eru
diuit ad declinationē iniquitatis.¶ Ad titū
ij.¶ Apparuit gra dei ꝛ saluatoris nri omni
bus hoibus erudiēs nos/vt abnegantes
impietatē et secularia desideria/sobrie ꝛ iu
ste ꝛ pie viuamus in hoc seculo.p pietatē
intelligit aplus oīa que aduersant cul/
tui vere fidei/p secularia desideria intelli/
git malas ꝓsciētias que aduersantur mo/
ribꝫ bonis/et hoc debemus abnegare vel
etiā declinare/Ihn bō sapiēs debet se ab/
stinere a ꝓcupiscētijs malis quātumcūq
ex corruptōe nature ad eas inardescat/Ec
clesi.xviij.¶ Post ꝓcupiscētias tuas nō eas
Propter qđ dr Isaie.viij·In manu for/
ti erudiuit me dns ne irem in via huius
pli/sicut in veteri testamēto spūssanctus
signatur in digito· Exodi.viij. Digitus
dei est hic et hic/q spūssanctus antiqs da/
batur ad sufficientiā· sic in nouo testamen
to datus aplis ad abundantiā ꝛ redundā
tiam/Ihn de btō petro legimus qđ nunqꝫ
de saluatore legitur·dicitur enī·Actuū·v·
q in plateis ponebāt in lectulis ꝛ grabā/
tis/vt veniēte petro vmbra illius obūbra/
ret quenqꝫ illoꝝ ꝛ sanarētur ab infirmita
tibus suis/non q discipulus esset supra
magistrum qui nihil poterat nisi per ma/
gistrū/sed p magnitudinē miraculoꝝ ad
fidem christi ꝙuertēde erāt multitudines
ppoꝝ.Johā.xiiij. ¶ Qui credit in me/opa
que ego facio ipse faciet et maiora hoꝝ fa/
ciet.¶ Scdo erudiuit nos spūssanctus ad
cognitionez veritatis· Job.xxxv·Ubi est
deus qui fecit me/qui dedit carmīa in no/
cte qui docet nos sup iumenta terre/sicut
dicit btūs Gregorius in moza· Carmen
in nocte est leticia in tribulatōe. Carmen
in nocte ꝑdicabat aplus cū dicebat/Spe
gaudentes. in tribulatōe patiētes. in orōe
instātes.Ro.xij. Carmina in se sentiebat
ꝓphēta dauid cū dicebat· ps.xxxj. Tu es
refugiū meū a tribulatōe mea que circun
dedit me/exultatio mea erue me a circun/
dantibus me/ Ecce q tribulationē noctē
vocat/et liberatorē suum a tribulatōe exul
tationez appellat/et si exterius nox erat ex
tribulatōe·interius tñ carmina resonabāt
de leticie ꝓsolatōe. Ihn et ezechias dicit.
Ezech.ij·se librū accepisse in quo scriptū
erat lamentatōes/carmen ꝛ vę/Lamēta/
tiones ex ꝓsideratione peccatoꝝ,carmē ex
ꝓsideratōe supnoꝝ gaudioꝝ·vę ex ꝓsidera
tione infernaliū tormentoꝝ/Carmina in
nocte aplī cantabāt/qñ de ꝓtumeliꝫ sibi
p christo illatis gaudebāt.Actuū·v·Ibāt
aplī gaudentes a ꝓspectu ꝓcilij/qm̄ digni
habiti sunt,p noīe iesu pati ꝓtumelia,seq
tur/qui docet sup iumēta terre ꝛ sup vo/
lucres celi erudiuit nos/In his duobus
notātur duo genera hoīm peccatoꝝ/scili/
cet voluptuosi ꝛ curiosi/Primi dediciunt
se ad ima vicio ꝓcupiscētie carnalis/Se/

cũdi erigũt se ad sublimia studio supbie et curiositatis/isti dicũt se infra id quod sunt/illi erigere se volunt vltra id qđ pñt./ Illis dici debet. nolite fieri sicut equus et mulus quibus nõ est intellectus. istis debet dici. Altiora te ne quesieris/et fortiora te ne scrutatus fueris. Eccli.iij. Illis debet dici. Mortificate mẽbra vra que sunt sup terram/fornicationẽ.immundiciã.libidinem. concupiscentiam malam. Colloss.iij. istis debet dici. Nemo vos seducat p philosophiã ⁊ inanẽ fallaciã/dñs ergo aplos sup iumẽta et sup volucres celi erudiuit/ cum ad fugam ꝓcupiscẽtie carnalis ⁊ sup be curiositatis instruxit. Luce.xij. Sint lumbi vri pcinct/Ergo lumbos nros pre cingimus cũ carnis luxuriã p ꝓtinentiam coarctamus/Ecce coarctatio cõcupiscentie carnalis/in ipsis etiã restrinxit studiũ sup be curiositatis. Actuũ.j. Non est vestrũ nosse tpa vel momẽta que pater posuit in sua pprãte/sed accipietis virtutẽ supueniẽtis spũssancti in vob/Mercio erudiuit dñs aplos suos ad distributiõnẽ doctrine. Isa. l. Linguã eruditã dedit mihi dñs vt sciaz sustentãtez eũ qui lassus ẽ verbo/Dñs primo cor erudit et ex eruditõe cordis ad eruditionẽ lingue ꝓcedit/Hã spiritussancti gra facit eruditos cordis in sapiẽtia/Prouerbio.xiij. Eruditis intersum cogitatõnibus/eruditus id est extra ruditatẽ positus/ quidam enim adeo sunt rudes ⁊ grossi q nõ studẽt in spũalibus bona/sed solum in carnalibus ⁊ tpalibus.istis scilicet pbendis diuitijs.delicijs.⁊ carnalibus amicis que caro ⁊ sanguis reuelauit eis nõ pater noster qui est in celis.et qz tales hoies aiales sunt ea que spũs dei sunt nõ pcipiunt j.ad Chorin.ij. Animalis homo non pcipit ea que sunt spũs dei/stultitia enĩ illo est/et nõ pt intelligere quia spũaliter examinãtur/si homo examineretur de sciẽtia in qua nunq̃ studuit nunq̃ ad regendu in ea obtineret licentiã/sed sustineret ꝓfusionem ⁊ repulsam/et qz isti aiales hoies semp studẽt in tpalibus.cũ igitur in die iudicij examinabit eos tanq̃ summus cãcellarius de bonis spũalibo omnino nescirunt respondere/et ideo cũ summa ꝓfusione repellet eos dicẽs. Amẽ dico vobis ne scio vos/Sic dñs primo cor erudit/et ex eruditõne cordis ad eruditõem lingue ꝓcedit. ꝓpter qđ dicit. Linguã eruditã dedit mihi dñs. Spũssanctus linguas apostoloz eruditi cũ corda sua eruditi/cum corda sua sapiẽtia impleuit/⁊ linguas suas gra sua gubernauit. Matthei.x. Nolite solliciti esse qualiter aut quõ rñdeatis/aut quid loquamini/spũs enim sanctus dabit vobis in ipa hora quid oporteat vos dicere/Ex eruditõe lingue scit hõ sapiẽs verbo doctrine illũ qui lapsus est sustẽtare. Galath.iiij. Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur christus in nobis/sicut mulier parturiẽs in pturitõe cruciatur.sic apostolus ꝓ lapsu subditoz anxiebatur. Quis ergo nõ ꝓuerteret ⁊ sustentaretur ad pdicationẽ tanti doctoris/qui ad modũ mulieris pturiẽtis de lapsu subditoz cruciabatur in visceribo cordis/Quarto erudiuit dñs aplos ad acquisitiõez vite eterne/prouerbi.xvj. Fons vite eruditio possidẽtis. apli possidẽtes fontẽ vite fuerũt qui spũssancũ quasi hereditaria possessione habuerũt/Jo.xiiij. Ego rogabo prem ⁊ aliũ paraclitum dabit vobis/vt vobiscũ maneat in eternũ/istoz possidentiũ eruditio fuit fõs vite. de quo in ps. Qum apud te ẽ fons vite/⁊ in lumine tuo videbim9 lumẽ. In lumine ergo sancti spũs interius illuitrãtis videbimus lumẽ gle indeficiẽtis. Ad qđ nos ꝓducat.

De sancta Trinitate Sermo. I.

QRes sũt qui testimoniũ dãt in celo.pater verbum ⁊ spũssanctus.et hi tres vnũ sunt. j. Jo. v. In hoc ꝓposito notant

duo ad ꝓmendationem ſancte et indiui/
due trinitatis. ¶Primo enī notat diſtinctō
in diuidua ſubſtātia vnitorum. cū dr. tres
ſunt qui teſtimoniū dāt in celo pr verbum
et ſpūſſanctus. ¶Scdo notat vnitas ſub/
ſtātie ꝓſonaꝝ in natura diuina diſtinctaꝝ.
cū ſubdit. et hi tres vnū ſunt. Difficile ē de
ſcā et indiuidua trinitate tractare. monē. nā
ipa excedit hūanā induſtriā et intelligētiā.
Sapiē. ix. ¶Difficile eſtimam? que in ter/
ra ſunt. et que in ꝓſpecto ſunt inuenimus
cū labore. que in celis ſunt quis aūt inue/
ſtigabit. ¶m ſapientē difficultas eſt in co/
gnitōe rerū que patēt ſenſibꝫ corporeis. ꝫ
longe maior difficultas eſt in cognoſcēdo
res que latēt intelligētia mētis. inter que
illud qđ magis latet eſt vna eſſentia perſo
naꝝ que eſſentia in tribus repitur. et trini/
tas eaꝝ a quibꝫ eſſentia a qualibet ſigilla
tim et a tribus ꝓuiter et equaliter ꝓticipat.
¶Cū qđ nō valem? rōne diſſerere. ſtudea/
mus qualitercūqꝫ et ſi nō ſufficiēter exem/
plis mōſtrare. ¶Ego video q̄ eſt vna aīe rō
nalis ſubſtātia in qua triplex ē potētia. ſcz
intelligētia. memoria et volūtas. intelligē
tia cognoſcit vera. memoria ꝓſeruat cogni
ta. volūtas ad eligendū vel deteſtandū ea
que in memoria ꝓtinētur eſt libera. et iſte
tres potētie non ſunt idē. ¶Quis vna ſit aīe
ſubſtātia. multa enī vellemus intelligere
que nō intelligim?. meminim?. que tñ nō
volumus. ſic in ſancta trinitate pr filius et
ſpūſſanctus vnus ſunt deus. nō tñ pr eſt
filius vel filius eſt ſpūſſanctus. ¶Aliud exē
plū potes accipe. ¶Nam in ſole materiali
tria poſſumus ꝓſiderare. ſplendorē. ſcz illu
minantē. calorē accendentē. virtutē occul
tā ad ꝓductōꝫ iſtorum inferiorum opantē. et tñ
cum ſit vnus ſol. ſplendor nō eſt calor. nec
ſplendor eſt virtus opatiua inferiorum. ſic in
ſancta trinitate. et ſi pr filius et ſpūſſanct?
ſint vnus deus. nō tñ pr eſt filius vel fili?
ſpūſſanctus. ¶Accipe ad hoc tercū exemplū.
In eodē verbo qđ a me audis et eſt ſonus
ꝓſtrepās. et eſt vox ſignificās. et eſt virtus
ꝓ aures corpis tranſiens. et vſqꝫ ad aures
cordis ꝓtingēs. nō tñ ſonus eſt ſignificatō.
nec ſignificatio eſt virtus aures afficiēs et
cor interius immutans. ſic in illa trinitate
et ſi pr et filius et ſpūſſanct? ſunt vnus de?.
non tñ pr eſt filius. vel filius ſpūſſanctus.
¶Dis aliquantulū exēplariter ꝓlibatis ſci
endū eſt q̄ ſicut ex culpa ade habemus te/
ſtimoniū nre damnatōnis. omnes enī filij
ire naſcimur et ideo nobiſcū teſtimonium
nre damnatōis deferimus. ſic a ſumma tri
nitate accipimus teſtimoniū liberatōnis
nre. ¶Primo enī pr dat nobis teſtimoniū
liberatōis. cui attribuit potētia. ꝓs. In ma
nu potētis et brachio excelſi. ¶Scdo filius
dat nobis teſtimoniū liberatōnis noſtre.
cui attribuit ſapiētia. Jo. viij. Si vos fili
us liberauerit. vere liberati eritis. ¶Tercio
ſpūſſanctus dat nobis teſtimoniū libera/
tionis. cui attribuit bonitas. Ro. viij. Nō
accepiſtis ſpm ſeruitutis in timore. ꝫ acce
piſtis ſpm adoptōis filiorum. et ſequit. In pe
ſpūs teſtimoniū reddet ſpiritui nro q̄ ſu
mus filij dei. ¶Dat ergo pater teſtimoniū
nre liberatōis et hoc tripliciter. ¶Primo noſ
fortiter diligēdo. ſcdo potēter ꝓſeruando.
tercio nos miſericorditer ꝓſolando. ¶Pri/
mo ergo pater dat nobis teſtimoniuꝫ nre
liberatōis nos fortiter diligēdo. Jo. xvj.
Ipe pater amat vos. Credēdus eſt amor
dei pr̄is magne efficacie et virtutis. qui di/
lectio noſtra tante fortitudinis repitur. vt
mortis fortitudini ꝓpet. Cant. viij. Fo/
rtis vt mors dilectio. Magna ē fortitudo
mortis que omnes piter inuenē et virgines
lactantē cum hoīe ſene deuincit. ſed adhuc
fortitudo dilectōis fortitudinē mortis ſu/
perat. mors enī nō ſepat niſi aīam a carne.
Dilectio aūt ſepat aīam ab omni carnalita
te. ſi ergo vt dictū eſt tā fortis eſt amor hu
manus. lōge fortior eſt amor diuin?. ¶Hie/
re. xxxj. Charitate ꝑpetua dilexi te. ideo at/
traxi te miſerās. ſicut enī adamas ferrū at
trahit. ſic diuin? amor attrahit cor huma
nū. et recte adamāte duriuſ cor dr. quod ex

paterno amore nobis impenso nō attrahi rui. Scdō dat deus pater nobis testimoniū nre liberatōis nos potēter ꝓseruando? Jo.xvij. Pater sancte serua eos in nōie tuo quos dedisti mihi. Fortis ⁊ ꝑtēti custodie dñs ihesus xp̄us nos ꝓmisit qñ nos dei patris custodie ꝓmēdauit. Daniel.vij. Ptās eius ptās eterna que nō auferet et regnū eius qđ nō corrūpet. Christus dixit patri suo vt nos seruaret in nōie suo quod est rogare vt nos seruaret in sanctitate nomē eni eius sanctū est ⁊ terribile. ps. Sānctū et terribile nomē ei? a cuius custodia si destituimur rapine et dep̄datōni exponimur. Nec enī qñ ab aliquo castro vel muniōe recedit nō recedit solus. sed cū militibus ⁊ bellatoribꝫ suis. Deus p̄ nr̄ ꝓmisit nos custodie angelor̄. Isa.lxij. Sup muros tuos hierusalem ꝓstitui custodes. Glo. Custodes sunt āgeli. si ergo deus p̄ offensus recedat a nobis multū timendū ē ne recedat cū custodib? ⁊ defensoribꝫ nostris. Quid ergo nos miseri facturi sum? si angelor̄ custodiā nō hēmus. debile est castrū nostrū. nō est sufficiēter necessarijs munitū. circū quaq̄ est aduersarijs vallatuz: nō sunt arma ad munimentū. nec ad debellatōes aduersarior̄. nichil ergo restat nobis nisi q̄ ad deū clamemus. vt nō sine eius custodia relinquamur. Hiere.xiij. Tu in nobis es dñe ⁊ nomē sanctū tuum inuocatū est sup nos. ne derelinquas nos dñe deus nr̄. Tercio dat nobis deus pater testimoniū nre liberatōnis nos misericorditer ꝓsolando. ij. ad Chorin. j. Pr̄ misericordiarum et deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nr̄a. Ipse est p̄ misericordiarum a nobis miseriā auferēs. et deus totius ꝓsolationis nos in tribulatōibus ꝓfortās. cuius immensa misericordia est eius summe ptātis ostensio. Sapiē. xj. Misereris oīm quia omnia potens. Si rex capiat aliquem latronē vel homicidā plus ꝓtra illū vtitur iudicio q̄q̄ misericordia. quia timet ne forte de regno eius euadat et fugiat. sed diuina potestas est tante immensitatis q̄ nullus eā valet effugere. et ideo ipe peccatoribus relinquit locū miseratōis. Sed sciendū est q̄ dñs frequēter tribulatōes immittit. vt ad eius misericordiam recurrāt hoies tpe aduersitatis. qui negligebāt in tpe ꝓsperitatis. Dicitur q̄ galline solent esse surde in autumno quia tūc grana inter paleas inueniūt. et quib̄ saciate mulierē vocantem ptemnūt. sic aucupes aues p̄dales nō cōsueuerūt saciatas ad predā mittere. quia vocem eor̄ dedignarētur audire et ad reclamatorū reddire. sic multi tpe ꝓsperitatis ad dñm querri ptemnūt. qui ad ipsuz tpe aduersitatis recurrūt. ps. Multiplicate sunt infirmitates eor̄ postea accelerauerunt. Luce.xv. Exemplū de filio pdigo qui tpe prosperitatis portionē bonor̄ suor̄ accepit patrez reliquit. viuendo luxuriose bona sua dissipauit. sed in tpe aduersitatis fame afflictus ad patrē ꝓpriū est reuersus. et ab ipo misericorditer est receptus. Secundo dat testimoniū nre liberatōis filius cui attribuit sapiētia q̄ dr. verbum. Et sciendū est q̄ verbū dei q̄ est filius nobis tripliciter dat testimoniū nre liberatōis. Primo erudiēdo sapiēter. secundo renouādo salubriter. tercio saluando felicit̄. Primo ergo dat nobis testimoniū nre liberatōis erudiēdo sapienter. Eccī.j. Fons sapiētie verbū dei in excelsis. Verbū dei q̄ dr est filius fons sapiētie dicit. q̄ sicut riuuli a fonte. sic ab ipo. oīs sapientia deriuat. iuxta istum fontē btā maria magdalena sedit. ⁊ de ipso tm̄ potauit q̄ riuulus lachrimar̄ per eius oculos erumpit. quo pedes dñi rigauit. de hoc etiā fonte beata virgo maria potauerat. que verba iesu christi adhuc paruuli tanq̄ benedicta in sui cordis vasculo ꝓseruabat. Luc.ij. Maria ꝓseruabat oīa hec verba in corde suo. Istā etiā aquā fontis scaturiētis sibi bauriebant apli verbis dñicis attenti adeo q̄ in nubes creuerūt. et p̄ totum mundū di-

ſperſimundum doctrinis ſalubribus irri/
gauerunt, Iſaie. lx. Qui ſunt iſti qui vt
nubes volant? Nubes reſoluũtur in plu/
uiam vento flãte ſic iſti reſoluti ſunt in ſa/
lubrem doctrinam ſancto ſpiritu inſpiran
te: et mundum bonorum operum fructibꝰ
fecundante. Secundo dat nobis verbum
dei quod eſt filius teſtimonium noſtre libe
rationis nos renouando ſalubriter. j. Pe
tri. j. Renati nõ ex ſemine corruptibili ſed
incorruptibili per verbum dei viui, nos o/
mnes ex ſemine corruptibili naſcimur, et
corporum corruptione grauamur. Sapi/
entie. ix. Corpus quod corrũpitur aggra/
uat animam, et terrena inhabitatio depri/
mit ſenſum multa cogitantem, ſed cum ſi
mus ex veruſta corruptione grauati chri/
ſto ſubueniente ſumus per lauacrum re/
generationis renouati, ad Titum. tercio.
Per lauacrum regenerationis et renoua
tionis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos
abunde, anima que rerum veruſtate triſta
tur in earum nouitate letatur. Unde bo/
mines in hyeme flatu ventorum. incurſu
imbrium, algore frigorum moleſtantur.
ſed reuertente vernali tempore viriditate
herbarum. ſuaui cantu auium. venuſtate
florum delectãtur. Canticorum. Secun/
do. Fulcite me floribus ſtipate me malis.
quia amore langueo. Mala punica ſunt
chriſti tormenta, ſicut eius vexationes. il/
luſiones. flagella. claui. lancea. et mors cru
cis que fuit mors acerba et confuſione ple
na. Iſta mala punica carpit ſponſa chri/
ſti de arbore vite id eſt de ligno crucis, ex
iſtis malis punicis ex ſanguine chriſti ſi/
bi ſponſa mendicat ſaporem, ſic enim affi
cimur et compungimur ex paſſionis chri
ſti acerbitate, vt recreamur ex eiuſdem vti
litate. Iſtis ergo malis punicis ſtipamur.
quando ex chriſti paſſione in eius dilecti/
one firmamur. Venit autem ſponſa non
ſolum malis ſtipari ſed etiam floribus
fulciri, quia paſſioni chriſti vult gloriam
reſurrectionis ſociari. Pſalmiſta. Reflo/
ruit caro mea et in nouiſſimo. cõ. illi. Iſtis flo/
ribus fulcimur. quando in ſpem future re
ſurrectionis ſolidamur, ad Philippenſes
Tercio. Saluatorem expectamus domi/
num noſtrum ieſum chriſtum, qui refor/
mabit corpus humilitatis noſtre confi/
guratum corpori claritatis ſue. Tercio
dat nobis verbum quod eſt filius. teſti/
monium liberationis noſtre nos ſaluan/
do feliciter. Jacobi. Primo. In manſue
tudine ſuſcipite inſitum verbum. quod
ſaluare poteſt animas veſtras. Iſtud ver
bum inſitum fuit quando verbum caro
factum eſt et habitauit in nobis. Johan/
nis. Primo. Quãdo ſurculus truncо in/
ſeritur ad ſe trahit naturaz trunci. ſic chri
ſtus humane nature inſertus et in ipſa in
cruce leuatus omnia ad ſe traxit. Johan/
nis. Duodecimo. Si exaltatus fuero a
terra omnia trahã ad me ipſum. om/
nia vocat numerum electorum. reprobi
enim quaſi verbum inane. Proverbio/
rum. Decimo. Cor impiorum pro nihilo.
Sic ergo in manſuetudine debemus reci
pere inſitum verbum. id eſt chriſtum in/
carnatum. Similiter verbum noſtre eru
ditionis debemus recipere cum omni di
ligentia et manſuetudine in cordibus no
ſtris. Res enim que inſeritur nõ de fa/
cili perditur. ſic nos noſtre eruditõis ver
bum debemus manſuete et diligenter au
dire. vt memoriter teneatur. Luce. Unde
cimo. Beati qui audiunt verbum dei. et
cuſtodiũt illud. Tercio dat nobis ſanctus
ſpiritus teſtimonium cui ſpirituſancto
attribuitur bonitas. et notatur cum dici/
tur ſpirituſanctus. Sciendũ ergo q̃ ſpi/
ritus dat nobis tripliciter teſtimoniũ no/
ſtre liberatõnis. Primo liberaliter tri/
buẽdo. Scdo ſuauiter dulcorãdo. Tercio
regulariter diligẽdo. Primo ergo ſpũſſan
ctus dat nobis teſtimoniũ liberaliter tri/
buẽdo, ro. v. Caritas dei diffuſa ẽ in cordi
buſ nr̃is p̃ ſpm̃ſcm̃ q̃ dat̃ ẽ nobis. In hoc
diffuſionis notat liberalitas ſpũſſancti. q̃

gratias suas abundãter distribuit. Ihs in die pẽthecostes apl̃os spũsancto sciẽtie et eloquẽtie sic repleuit, qꝫ p abundãtia spũs nõ potari sed ebrij dicerent. Act. ij. Dicebãt qz musto pleni sunt isti enĩ de spũsco ad tantã copiã receperũt qꝫ supᵓ omnẽ terram ꝓstituti omnẽ terrã imbrib⁹ sue ꝓdicatõis repleuerũt: eteni in omnẽ terrã exiuit sonus eoꝝ. Dñs enĩ apl̃os suos in altũ supᵓ terrã ꝓstituit. sicut cãpane solẽt supᵓ altũ cãpanile poni vt de lõge circunquaqꝫ possint audiri. in istis ciuitatibus solẽt esse in magna ecclesia cãpane grosse cũ q⁹ bus ignitegiũ pulsat. post cuius pulsionẽ boies in suis domibus se recludũt. et sicut ꝓius faciebãt ꝓ ciuitates libere nõ discurrũt. Dñs tũc vult pulsare ad ignitegium qñ nobis vult ꝓdicari futurũ iudiciũ. quo audito nõ debemus p vanas cogitatões discurrere. ẽ in secreto cordis nostri cubiculo quieti ꝓsistere. et ibi patrẽ nostrũ qui in celis est orare. audi pulsionẽ ignitegij. ij ad Thorin. v. Oẽs nos manifestari oportet añ tribunal xpi. vt referat vnusquisqꝫ ꝓpria cordis. put gessit siue bonũ siue malũ. Ad pulsionẽ hui⁹ ignitegij fuit btus paulus matricularius ꝓstitutus. cui fuit btus barnabas submatriculari⁹ sociatus. Act. xiij. Segregate mihi saulũ. et barnabã ad op⁹ ad qd assumpsi eos. Scdo dat nobis scus spus testimoniũ nre liberatõnis nos suauiter dulcorãdo. Sapien. xij. qꝫ bonus et qꝫ suauis est dñe spus tuus in nobis. Sapiẽs scti spus dulcedinẽ senserat. et iõ si nõ clamore vocis. desiderio tñ cordis dicebat. qꝫ bon⁹ et qꝫ suauis est. Dulcedinez suã nobis exprimit spũsanctus p similitudinẽ rei q̃ inter res dulces dulcior repit. Ecclesia. xxiiij. Spus meus supᵓ mel dulcis. spũsanct⁹ supᵓ mel dulcis dr triplici rõe. Primo qz dulcedo mellis cito pertrãsit. dulcedo aũt spũsanctus sp ꝓsistit. nisi excludatur adulterine dulcedinis admixtõe id est peruerse delectatõnis. Eccl. x. Musce morientes perdũt suauitatẽ odoris. Musce id ẽ peruerse cogitatões et pue delectatões perdũt suauitatẽ et dulcedinẽ spũsancti. Scdo dicit spũsanctus super mel dulcis. qz dulcedo mellis qñqꝫ obest. puer. xxv. Qui comedit mel multũ nõ est ei bonũ. sed dulcedo spũsancti quãto est in nobis abundãtior tãto est ad vtilitatẽ nrã validior. Tercio dr spũsanct⁹ supᵓ mel dulcis. qz dulcedo mellis qñqꝫ vtit in fastidiũ. ẽ dulcedo spũsancti semp accẽdit desiderium. Hñ in hoc est differẽtia in corpali refectõne et spuali. qz auiditas famis habet afflictõem: sacietas aũt desiderij sine diminutõe. vñ de btis cantat. fruunt nec satiantur. quo frui magis sitiunt. Tercio dat nobis spũsanctus testimoniũ nostre liberatõis nos regulariter dirigẽdo. ps. Spus bonus tuus deducet me in viã rectã. spus sanctus dicitur bonus in affectõe. Rector noster est in cognitõe. ipso enĩ ducẽte nos per stratã publicã mandatoꝝ et semitã cõsilioꝝ debemus incedere. Hec est enĩ via recta via mandatoꝝ dei. et ꝓsiliorũ ipsius. ꝓ quã debem⁹ velociter ꝓcedere. Qz sciendũ est qꝫ sicut in via recta qñqꝫ boies non recte ambulãt ẽ magis claudicãt. sic ergo aliqui inter rectos obseruatores sũt mãdatoꝝ dei et ꝓsiliorũ q̃ cũ recte ambulãtibꝫ nolũt rẽ ãbulare. ẽ magis eligũt claudicare. qui bus dr Hebre. xij. Gressus rectos facite pedibus vestris. vt nõ quis claudicãs erret. magis aũt sanet. si quis aliquẽ recte ambulãtem moneret vt ad similitudinẽ ipius claudicaret. in nullo ei crederet. qz ipm potius derideret. Certe periculosior ẽ claudicatio in via moꝝ qꝫ in via pedũ. et tũ tñ frequẽter admonitõem claudoꝝ a sua rectitudie incuruãt. et ꝑ colloq̃a mala ad ꝓsiles claudicationẽ in moꝝib⁹ inducunt. j. Thorin. xv. Nolite seduci. corrumpũt bonos mores. colloquia mala. qz talia nõ sũt spũsancti colloquia. ipa enĩ rectos faciunt. in via dirigũt: ad vitã eternã perducũt. Ad quã nos perducat.

De sancta Trinitate. Sermo. II.

Gratia domini ieſu chriſti et caritas dei et cõmunicatio ſpũſſancti ſit ſemper cum oñibꝫ nobis. ꝫ. ad chorin. vltimo. In verbo ꝓpoſito ſancta ⁊ indiuidua trinitas deſcribitur. ꝑſis filij ⁊ ſpũſſancti. ꝓſona filij dñi nr̃i ieſu chriſti tãgitur ad iuſtificationẽ impioꝝ. et hoc notatur cũ dr. gra dñi nr̃i ieſu chriſti. ꝓſona ꝑris tangit ꝑ grationẽ filioꝝ. et hoc notatur. cũ dr. charitas dei. ꝓſona ſpũſſancti tãgitur ad diſtributionẽ bonoꝝ. et hoc notatur cũ dr. et cõmunicatio ſancti ſpũs ſit ſemp cũ oñibus nobis. Et cũis indiuiſa ſint opa trinitatis tñ ſcõm appropriationẽ gra attribuitur filio. charitas patri. ꝓmũicatio donorum ſpũſancto. Et ſciendũ eſt ꝙ ſcõm hmõi appropriationẽ filius dei ꝑ ſuã gratã opatur in nobis quandã ſanctam ⁊ ꝓutilem trinitatẽ. nã ꝑm tria que in nobis opatur diuina gra. Primũ quaſi prima ꝓſona. eſt vocatio peccatoꝝ. Scõm quaſi ſcda ꝓſona eſt ꝓfirmatio infirmoꝝ. Tertium quaſi tercia ꝓſona eſt introductio oñmiũ bonoꝝ. Primũ ergo quod facit diuina gra eſt vocatio peccatoꝝ. Gall. j. Cũ aũt placuit ei qui me vocauit ꝑ gratã ſuã ꝓtinuo nõ acquieui carni ⁊ ſanguini. dñs facit peccatoribꝫ. qd̃ boni hoſpites ſolẽt facere pegrinantibꝫ ⁊ extraneis viatoribꝫ. Cũ enĩ videt ꝙ vias ſuas dirigũt ad locũ vbi ſibi eminet mortale ꝓcipitiũ alta voce clamant vt reuertãtur. qz male ⁊ in ꝓculuz aiarum ſuarꝫ incedũt. Sic dñs clamat peccatoribꝫ vta vijs ſuis peſſimis reuertanĩ. Cantico. vj. Reuertere reuertere ſunamitis. Sed in hac pte peccatores brutis aialibus ſũt inſipientiores. Bruta enĩ aialia quantũ ꝓ̃t mortẽ vitãt vel rebellando vel ſaltẽ fugiẽdo. ſed peccatores ſe in mortẽ inducũt ipam pedibus ac manibꝫ accerſiendo. Dicit enim ſe volũtatis arbitrio. ꝑs. Hõ cũ in honore eſſet nõ intellexit. ꝓparus eſt iumẽtis inſipiẽtibꝫ. ⁊ ſilis factus eſt illis.

refelluntur ⁊ peccata ꝑmissa per penitentiam excluduntur. sed quia nos ex nobis ad huc nō sufficimus a dño scientiam hoc faciendi et demones supplantādi postulare ipe enī scientiā hui⁹ custodie hz penes se ⁊ patus est postulantibus dare. ꝓuer. xxij. Oculi dñi custodiunt scientiam ⁊ supplātabūtur verba iniqui. Verba iniqui sunt tentatiōnes diaboli que tunc supplantantur qñ peccata per penitentiam excludūtur. sed q̄ ad hoc non sufficit de se debet diuinum auxiliū implorare. sine quo nō posset fortiter stare. nec viriliter pugnare. nec tanto aduersario resistere. Job. xij. Baltheum regum dissoluit. et cingit fune renes eoꝝ. ducit sacerdotes eius inglorios et optimates supplantat. Quattuor dicit q̄ diabolus peccatorib⁹ facit nisi sustentātur auxilio dei. primo enī excludit honestatez. qđ notatur cū dr. balthei regū dissoluit. Hā in balthei regū significatur honestas bonoꝝ. Secdo inducit paupertatez. qđ notat cū dr. et ꝑcinget fune renes eoꝝ. Nam fune solent se paupes ꝑcingere. Tercio notatur delectōis vilitas. cū dr. sacerdotes eius ducit inglorios. boni enī sacerdotis gloria est bona ꝓscientia que gloria in ignominiā ꝓmutatur qñ tentatione diaboli delecti in peccatis deiciuntur. Quartū qđ facit diabolus est instabilitatis leuitas. et hoc notatur cū dr. et optimates supplātat. supplātare enī est sub planta hominis aliud ponere ꝑ qđ oporteat ipm cadere. Tercio debet bonus supplantator ꝓseuerare ꝓstāter. ne si aliqñ cecidit recidiuū sustineat. Genī xxvij. Supplantauit enī me in altera vice. Una vice supplantat peccator diabolū qñ peccatū ꝑ penitentiam excludit. Alia vice supplantat qñ ne recidiuū patiatur tentationibus diaboli viriliter resistit. Hiere. ix. Omnis frater supplantās supplātabit. supplantans prima vice peccatū excludēdo. supplantabit scda vice diaboli tentatōnibus resistendo. sed ꝙqueritur dñs de pluribus qui nō supplantāt diabolū ꝑ magis a diabolo supplantant. Osee. vj. Galaad ciuitas operantiū idolis supplātata sanguine. Per galaad ꝓt interꝑtari ecclesia nr̄i tpis. et non loquor de ecclesia vniuersali quā dñs sp custodiet sic custodit ⁊ custodiuit. sed loquor de ecclesia in membris suis que possunt per galaad intelligi. Galaad interpretatur venustas sola. et plures sunt in ecclesia qui magis studēt venustati peccatorum q̄ nouitati bonorum⁹ mor. galaad dicitur ciuitas operantium idolis sicut apparet in electōnibus in ecclesijs cathedralibus in quibus idola ꝓmouentur de quibus dicitur in ps. Os hñt et nō loquent. oculos habent ⁊ nō videbūt. videmus enī multos epos qui q̄uis ora habent nō tñ habent loquendi facultatē. quia nō habēt scientiam. et ideo oportet ꝙ loco sui ponāt aliquē ꝓlocutorē. Oculos hñt et nō videt quia nō habent ꝓuisionis peritiā. et ideo oporet ꝙ loco sui ponāt aliquē ꝓuisorem Tales episcopi sunt sicut imago vel statua sancti Nicolai super calciatam. et ista ciuitas operantium idolis est supplantata sanguine id est consanguineorum multitudine et vnanimi volūtate propter quā non volūt aliquem nisi de suis promouere. Osee. quarto. Sanguis sanguinem tetigit. quia sanguis sanguinem tangit sanguis sanguinem afficit. et sanguis sanguinem ꝓficit. sic ergo primo notatur declinatio culpe. cum dicitur. iacobum qui dicitur supplantans vel supplantatio. iste iacobus bene vicia supplantauit et a vicijs supplantatus non fuit. quia in fundamento ecclesie tanquaz lapis solidus in angulari lapide id est christo positus fuit. Epse sios. secundo. Jam nō estis hospites seu aduene sed estis ciues sanctorum et domestici dei. superedificati super fundamenta apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide christo iesu in quo omnis edificatio constituta crescit in templū sanctum in domino. in quo et vos edificamini in habitaculum dei in spiritusancto.

Scdo in bono supplantatore debet esse assecutio gre. qđ notatur cum dr. fratrem iohannis. iohannes interpretatur in quo est gratia. vñ sicut fratres ꝓiungũtur quadã ꝓiunctõne naturali. ita viri boni debent cõiungi gratie quadã vnione vel ꝓiunctõne spũali. et ꝓter hoc tria facit nobis diuina gra. primũ ẽ stabilitio cordis. scdm est eruditio oris. terciũ est exercitatio manus ad exercicium bone operatõis. Primũ ergo qđ facit diuina gra est stabilitio cordis. Debreoꝝ. vltimo. Optimũ est gra stabilire cor. Cor enĩ qđ non est gra stabilitum admodũ aque est fluidum. Titum. ij. Appa ruit gra dei ⁊ saluatoris nri omnibus hominibus erudiens nos vt abnegantes impietatẽ et secularia desideria sobrie ⁊ iuste et pie viuamus in hoc seculo. Tria dicit q̃ in nobis diuina gra facit. Diuina enĩ gra ꝑ sobrietatẽ reddit hoiez stabilẽ ad seipm ne ꝑ delicias eff luat. scdo gratia ꝑ iusticiã reddit hoiem stabilem ad ꝓximũ ne sibi iniuste noceat. tercio gra ꝑ pietatem reddit hoiem stabilẽ ad deum ne seipsum alij q̃ deo seruitute latrie subiiciat. scdm hoc beatus iacobus bene fuit gratia stabilitus Prouer. iij. Dabit capiti tuo augmenta gratiarũ et coronã inclita ꝓteget te. istud bene ꝑt beato iacobo cõpetere qui habuit augmenta gratiarũ in statu pfectis vite ⁊ ꝑ coronam martirij ꝓuenit ad statũ glorie. Scdm bonũ quod facit gratia est eruditõ lingue vel oris. Prouerbi. xij. Qui diligit cordis mundiciã ꝓpter gram labioꝝ habz amicum regem. Ctũs iacobus cordis mũdiciam dilexit. et ideo ꝓpter gratiã labioꝝ id est sancte predicatõnis christum regem amicũ habet habuit ⁊ habebit. Jpe enĩ fuit vnus de illis de quibꝫ. Actuũ. iij. dicit. Virtute magna reddebãt apli testimonium resurrectõnis dñi nri iesu christi ⁊ gra magna erat in omnibꝫ illis. et q̃uis gratia magna erat in omnibus illis aplis tñ speciali gratia beatus iacobus priuilegiatus fuit. ipi enĩ ⁊ brõ petro ⁊ iohanni fratri suo dominus gloriam sue future resurrectionis ostendit. Mathei. xvij. Assumpsit iesus petrum et iacobum ⁊ iohannez fratrem eius ⁊ duxit illos in montem excelsum seorsum et transfiguratus est ante eos. sic ergo iste iacobus habuit gram eruditionis. Vñ de ipso legitur. omnes scripturas tenet memoriter. ex quibus ostendit non esse alterũ filium dei nisi illũ quẽ iudei crucifixerunt. Terciũ bonum quod facit gratia est exercitatio manus in exercitium bone operationis. j. Chorinteoꝝ. xv. Gratia dei sum id quod sum et gratia eiꝰ in me vacua non fuit. sed bis omnibꝫ abũdantius laboraui. Gratia dei non debet esse ociosa sed laboriosa. nam cui ꝓmittũtur maiora ab eo exiguntur ampliora. prima. Thimotei. iiij. Noli negligere gratiã dei que data est tibi. gratia enim neglecta deficit. operi mancipata abundat et ꝓficit. secunda. Chorinteoꝝ. nono. Potens est deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Jsta gratia in beato iacobo abundauit non solum in executione bonoꝝ operum sed etiam in opatione miraculorum Vñ legitur q̃ de ipo dicit. philetus hermoginis discipulus iacobus. qui se seruũ christi iesu asserit scias a te superari non posse. nam in nomine eius vidi demones ab obsessis corporibus eum eijcientem. cecos illuminantem. leprosos mundantem Tercium est quod notatur in verbo ꝓpositio. proꝝpõ si opus fuerit susceptio mortis violente. quod notatur cum dicitur. occidit gladio. Sciendum ergo q̃ est triplex gladius. primo est gladius detractionis. secundo est gladius eruditionis. tercio est gladius iudiciarie potestatis. prio gladio ꝓcutiũtur innocentes. scdo gladio informãtur fideles. tercio gladio puniunt reprobi in peccatis finaliter persistentes. Primo est gladius detractionis et isto ꝓcutiuntur innocentes. Prouerbi. xxv. Jaculum et gladius et sagitta acuta homo q̃ loquitur ꝓtra ꝓximum suum. sicut gladi-

us corpalis sepat animã a corpe. sic gladius detractõnis sepat hoiem ab honestate bone fame. quam homo bonus multuz debet diligere. Eccĩ. xlj. Curam habe de bono nomine. hoc enim magis ꝓmanebit tibi ꝙ mille thesauri magni ⁊ ꝑciosi. Qui effodit thesaurũ alicuius hominis scõm iura ciuilia suspenditur. nõ ergo sibi videatur innoxius qui bonã famam ꝓximi sui que preciosior est omnibus thesauris ꝑ verbũ detractionis furatur. Prouer. iiij. Remoue a te os prauuz et detrahentia labia sint ꝓcula te. os hominũ nõ remouetur ꝑ labiorum precisionẽ sed remouetur vel ꝑ silẽtium vel ꝑ verbi detractõis declinationez. tunc etiã labia detrahentia a bonis hominibus ꝓcul existunt qñ sermonibꝫ edificationis insistunt. Eph̃. iiij. Oñis sermo malus ex ore vestro nõ ꝓcedat. sed si quis bonus est ad edificationẽ fidei vt det gr̃az audientibus. Scdo est gladius eruditõis quo informãtur fideles. Ezechielis. v. Fili hoĩs sume tibi gladiũ acutũ radentẽ pilos. ille gladius ꝓt dici gladius sermonis diuini qui viuaciter vsqꝫ ad diuisionem anime et spiritus id est vsqꝫ ad diuisionem vite carnalis ⁊ spũalis ꝓtingit. Hebre. iiij. Viuus est sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oñi gladio ancipiti ⁊ ꝓtingẽs vsqꝫ ad diuisionẽ anime ac spũs. iste gladius sermonis dei in isto beato iacobo et ceteris aplis pilos non solũ tpalis superfluitatis sed etiã necessarie sustentatõis erasit. ipsi enĩ ꝓpter christũ non solũ erant rasi sed etiã decaluati. ipsi enĩ paupes pauperem christũ secuti sunt. et ꝓpter christuz pauperem omnia reliquerunt. Math. xix. Ecce nos reliquimus oñia ⁊ secuti sumꝰ te. Tercio ẽ gladius iudiciarie ptãtis quo puniẽtur reprobi in peccatis finaliter persistentes. Apoca. xix. De ore ipsius ꝓcedebat gladius ex vtraꝫ parte acutus. vt in ipso ꝓcutiat gẽtes. Gentes sunt homines gentiles viuẽtes in peccatis finaliter psistentes qui gladio ex ore iudicis ex vtraꝫ ꝑte ferientur qñ ipsi tanꝫ reprobi ab electis sepabũtur ⁊ in gehennã mittẽtur. qñ reprobis dicitur. ite maledicti. ⁊c. electis vero. venite bñdicti. Math. xxv. hec est diuisio israeliticoꝝ ab egiptis. iste brũs iacobus aplus est a gladio gebẽne liberatus. quia ꝓpter xp̃m volũtarie subiit gladium mortis violente. Hebreoꝝ. xj. Sancti lapidibria et verbera expti insup vincula ⁊ carceres lapidati sunt. secti sunt. tentati sunt. in occisione gladij mortui sunt ꝓ christo. iste sunt tribulatões sanctoꝝ ꝑ quas ꝓuenerunt ad consolatões premioꝝ. Actuum xiiij. Per multas tribulatões oportet nos ingredi regnum celoꝝ. Ad quod nos perducere dignetur.

De sancto Jacobo. Sermo. II.

Amici tui deꝰ. ps. cxxxviij. In verbo ꝓposito duo notãtur a quibus tã beatus iacobus ꝙz ceteri aplꝰ ꝓmendãtur. Primo enĩ ꝓmendatur brũs iacobus a sanctitate affectus. cũ dr. amici tui deus. Scdo a sublimitate ꝓfectus. cũ dr. Nimis honorati sunt. Sciendũ est ergo ꝙ vera amicicia est idem velle et idem nolle. sic dicit tulius. Ille ergo nomẽ amicicie iuste sibi vendicabãt qui voluntatẽ suam diuine volũtati tã in aduersis ꝙz in ꝓsperis ꝓformabãt. Sciendũ est ergo ꝙ dominus manifestat amicicią electis suis ꝙtuoz modis. primo in familiaritate colloquoꝝ. scdo in positõne mandatoꝝ. tercio in reuelatõe secretoꝝ. quarto in ꝓtectõe afflictoꝝ. Primo ergo manifestat dñs amicią suis electis in familiaritate colloquioꝝ Exodi. xxxiij. Loquebaꝫ dñs ad moysen facie ad faciẽ. sicut loqui solet hõ ad amicuz Homo loquitur ad amicum suũ familiariter et dulciter. Familiariter vt magis ad amicicią astringatur. dulciter vt ex sermonum dilectõne recreetur. Prouer. xxvij.

Unguento et varijs odoribus delectatur cor. et bonis amici consilijs anima dulcoratur. Per unguentum signatur charitas dei que diffusa est in cordibus p spīm sanctum qui datus est nobis. Romanor. v. In quo multū delectatur animus diligētis. p varietatem odorum signatur varietas virtutum. que faciunt ad anime rationalis tanq̄ ad cuiusdā nobilis regine ornamentum. ps. Astitit regina a dextris in vestitu deaurato circundata varietate. sequitur. bonis amici consilijs anima dulcoratur. Bona consilia amici sunt diuina eloquia in quorum pceptione delectatur aīa deo dedicata. ps. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. ista eloquia dulcia ⁊ mellica petit anima sancta. Canticor. ij. Cum dicit ostēde mihi faciem tuam. sonet vox tua in auribus meis. facies enim tua decora et eloquium tuum dulce. ista verba dulcia audiuit beatus iacobus in monte thabor tpe dominice transfiguratōnis positus. Mathei. xvij. Apparuerunt eis moises ⁊ helyas cum eo eloquentes. istorum eloquior dulcedine abstractus ⁊ illectus beatus petrus volebat in illo loco tabernacula facere vt diu posset recreari istorum verbor dulcedine Mathei. xvij. Si vis faciamus hic tria tabernacula tibi vnum. moisi vnum et helye vnum. Secundo manifestauit dñs amiciciam suam in impositōne mandatorum. Johannis. xv. Vos amici mei estis si feceritis que precipio vobis dicit dñs. Si dico q̄ dominus impositōne mandatorū amiciciam ostendit. quia per obseruantiaz ipsorum tanq̄ per viam regiam obseruatores ad vitam eternam perducit. Mathei xix. Si vis ad vitam ingredi serua mādata. Sicut enim de paradiso terrestri deiecti fuerunt primi parentes mandati diuini transgressores sic ad vitam beatam perueniunt diuinorum mandatorum obseruatores. Luce. j. Deposuit potentes de sede ⁊ exaltauit humiles. Dominus de sede honoris et excellentie deponit homines pter mandatorum suorum transgressionem. sed exaltauit humiles propter deuotam et humilem mandatorum obseruantiam. prima. Petri. quīto. Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet in tpe visitationis. Tempus visitationis erit in die iudicij. in qua christus tanquam summus abbas visitatorem suaz faciet. et ibi transgressores mandatorum suorum tanquam religiosos transgressores regularium institutionum de officijs suis deponet. Obseruatores autem tanquam omni bonore dignos in dextera sua reponet. de hac visitatione. Sophonie. primo. Scrutabor hierusalez in lucernis ⁊ visitabo. Per cio ostendit dominus amiciciam in reuelatione secretorū. Jabannis. decimoquinto. Jam non dicam vos seruos. quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos. quia omnia que cunq̄ audiui a patre meo nota feci vobis Isti reges et principes solent habere duplex genus familie in sua societate. quidaz inferioris gradus. et isti dicuntur serui et abscondunt dñi consilia sua ab eis. quidā autem sunt superioris gradus et illi dicunt amici vel consiliarij. et istis domini reuelant secreta. tales fuerunt apostoli quasi secretarij dñi. tanq̄ boues magni a dño sic principes sup omnē terrā pstituti. istis tāq̄ amicis p spīm sanctū reuelauit secreta cōsilij sui. Marci. xiij. Nolite pcogitare quō aut quid loquamini dabitur enī vobis in illa hora quid loquamini. nō enī vos estis qui loq̄mini s spūs pris vri loquit in vobis. nec mirū si in aplis loquebat spūs sanctus cū legamus q̄ in asina balaā locutus fuit angelus. vñ sicut flatus corpalis tibicinatoris implet tibiā sic spūs scūs implebat aplor cateruā ad pplor eruditōnem. Jo. xv. Cū venerit ille spūs veritatis q̄ a pre pcedit docebit vos omnē veritatē. implebat ⁊ ipos ad pcor remissionē. Jo. xx. Insufflauit ⁊ dixit. accipite spiritū sanctuz

quoꝝ remiseritis peccata remittũtur eis. Quarto ostendit amiciciam suam in ꝓtectione afflictoꝝ. Eccles. vj. Amicus fortis fidelis ꝓtectio. qui inuenit illum inuenit thesaurũ. Christus fuit amicus fortis qui fortem armatũ. i. diabolum in pace custodientem atrium suũ id est possidentẽ multitudinem peccatoꝝ rancꝫ fortior deuicit. arma eius abstulit. spolia distribuit qñ infernuꝫ spoliauit. Luce. xj. Iste amicus fortis est fidelis ꝓtectio. Ille fidelis ꝓtector dicit qui nescit in necessitate deficere. hanc ꝓtectionem petebat. ps. Protege me a facie impioꝝ qui me afflixerunt. Impij sanctos affligentes fuerunt tiranni et eorum satellites sanctos in tribulatõnibus vexãtes. et ꝑ diuersa tormentoꝝ genera morte finaliter inferentes. A facie istorũ impioꝝ dñs sanctos suos ꝓtegit qñ ipsos ꝑ coronam martirij a tribulatõibus eripit. et eos in abscondito claritatis sue faciei a conturbatione hominũ abscondit. Beatus iacobus in absconditio illius radiose faciei absconditur qui cum alijs sanctis exultat in gloria et in sanctoꝝ cubilibus letatur. ps. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. Istum amicum fortem et ꝓtectorem fidelem qui inuenit thesauruꝫ inuenit quia in ipso sunt oĩes thesauri sapientie et scientie dei abscõditi. Collo. ij Sic ergo primo ꝓmendantur sancti apli beatus iacobus et alij a sanctitate affectus cum dicitur amici tui deus. Secundo cõmendatur a sublimitate ꝓfectus. cum dicitur Nimis honorati. Sciendum est ergo q̃ dñs sanctos suos aplos et similiter sanctos alios honorauit quadrupliciter. primo ꝑ reuelationẽ secretoꝝ. scõdo ꝑ predicationem cognitoꝝ. tercio ꝑ distributionem ꝓmiorum. quarto ꝑ retributionẽ eternoruꝫ. Primo ergo honorat dñs amicos suos ꝑ reuelationẽ secretoꝝ. Sapien. vij Dabebo ꝓpter hanc claritatẽ ad turbas. et honorem apud seniores. iuuenis et acutus inueniar. loquar de sapientia que bominem reddit claruꝫ et honoratũ et etiam acutum. ipsa enim est que a fine vsqꝫ ad finem fortiter attingit et suauiter omnia disponit. Sapientie. ix. Unde secundum q̃ homo sapientior reperitur secundum hoc magis a sapientibus honoratur. Uñ quia in daniele ceteris sapiẽtibus sapientia maior inuẽta fuit ideo rex eum magis pre ceteris sapientibus honorauit. Danielis. decimoquarto. Daniel conuiua regis et honoratus super omnes amicos eius. Per danielem qui interpretatur vir desideriorum signatur cetus doctorum et scolariuꝫ bonorum qui appetunt sapientiam totis precordijs animarum. quam cum adepti fuerint debent promoueri ad honores seniorum. Danielis. decimotercio. Veni et sede in medio nostrum. et iudica nobis q̃ tibi dedit deus honoreꝫ senectutis. iste honor senectutis non consistit in annorum multitudine sed in scientie plenitudine et virtutum magnitudine. Sapientie. quarto. Senectus enim venerabilis est non diuturna neqꝫ numero annorum computata. Cum autem sensus hominis et etas senectutis vita immaculata. Secundo honorat deus amicos suos in predicatione cognitorum. Ecclesiastici. tercio. Deus honorat patrem in filijs. Patres sunt doctores. filij sunt auditores. serui scolares. Pater ergo in filijs honoratur quando auditores per bonos doctores ad sapientiam promouentur pro quorum promotione boni doctores coronantur. Profectus auditorum est corona et gloria doctorum bonorum. prima. ad Thessalonicenses. Secundo. Quae est enim nostra spes aut gaudium aut corona glorie. Nonne vos ante dominum nostrum iesum christum? Boni ergo scolares libenter debent sapientie studere. et bonos doctores cum omni humilitate audire. vt sic per suum profectum possint doctores suos honorare. Ecclesiastici. tercio. Gloria hominis ex honore pris. et dedecus filij pr̃ sine honore.

Tercio honorat deus amicos in distribu/tione ꝓpioꝝ. Ro.ij. Gloria ⁊ honor ⁊ pax omni operanti bonū. Quattuor dicit in quib⁹ amici dei sunt honorādi. primo in attestati one ꝓscientie. scdo in diffusione bone fame. tercio in ꝓfederatōne pacis siue cōcordie. quarto in ꝓpriarum rer distributōe. Pri/mo ergo reuerēdi sunt amici christi in at/testatōe ꝓscientie et hoc notatur cū dr. gla. ij Chorin. j. Gloria nra hec testimoniū con scientie nre. Scdo honorandi sunt in dif/fusione bone fame. et hoc notaf cum dr. ho nor. Bone enī fame diffusio est honorabi/lis coram deo ⁊ oīi ꝑplo. ps. Honorabi/le nomē eoꝝ coram illo. vñ ꝓpter odorem bone fame que diffunditur et ꝓuersatōne aīe sancte. dicit. Gen. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri plen cui bñdixit dns. Tercio sunt reuerēdi amici dei in ꝓfedera tione pacis siue ꝓcordie. et quantū ad hoc dicit. et pax. Philip. iiij. Pax dei que exsu perat oīmē sensum custodiat corda vra et intelligentias vras. ꝑ strepitū enī dis/sensionū ⁊ litigationē dissipatur custodia aīarum. Quarto reuerēdi sunt amici dei in ꝓpriarum rerum distributione. et quan tū ad hoc dicit. operanti bonū. puer. iij. Ho nora deū de tua substantia et de primicijs frugum tuaꝝ da paupibus et implebunt horrea tua saturitate ⁊ vino torcularia tua redundabunt. Fructuosa est mercimonia pietatis ꝓpter quā et qñq augentur tēpo/ralia bona. sicut hic dicitur in horreoꝝ im plerione ⁊ torcularū redundatōne. Pie/tati enī ꝓmittuntur eterna. j. Thimo. iiij. Pietas ad oīa vtilis est ꝓmissionē ha/bens vite que nūc est ⁊ future. Quarto ho norat deus amicos suos in retributōe eter norū. ps. Gloria ⁊ honore coronasti eū do mine. Tria dicit in quib⁹ vita brā ꝓsistit. Primo in dotib⁹ aīe. et quantū ad hoc di/cit. gloria. Scdo in dotibus corpis. et quā tum ad hoc dicit. et honore. Tercio in cōti nuatione eternitatis. et quantū ad hoc dic coronasti eum. Corona enī cū sit circularis figure caret principio et fine. ista ꝓpetenter figurantur Hester. vj. Homo quē rex ho norare cupit debet indui vestibus regijs et imponi sup equū qui de sella regis est ⁊ ac cipe regium diadema sup caput suū. Cri stus ꝓmilitones suos specialiter ⁊ omnes generaliter electos in die iudicij honora/bit et induet eos ⁊ iam vestiunt dotib⁹ aīe rationalis que ꝓsistunt in visione dilectōe et laude dei. Nam sicut dicit brūs Aug⁹. In vita brā nos deū videbimus. amabi/mus et laudabimus. et quantū ad hoc do tibus anime vestiemur tunc enī erit visio clara sine obfuscatōne. dilectio plena sine diminutōne. Scdo vita brā ꝓsistit in do/tibus corpis. et quantū ad hoc dicit. ꝙ hō quē rex honorare cupit dr poni sup equū qui de sella regis est. Equus nr corpus no strū est qō nobis datū est in auxiliū. equ⁹ iste erit de sella regis qñ corpa ꝓfigurabū tur similitudini corpis xpi iam glorificati Philip. iij. Saluatorē expectamus dñm nrm ihesum christū qui reformabit corpus humilitatis nre corpi claritatis sue. ista au tem reformatio corpis nri in quattuor do tibus corpis ꝓsistit. sm quod dicit Aug⁹. in libro de ciuitate dei. Dicit enī ꝙ aberit id est absens erit a corpibus electoꝝ oīis infirmitas. hoc dr ꝓpter dotē subtilitatis. oīis deformitas. ꝓpter dotem claritatis. ois tarditas. ꝓpter dotē agilitatis. ois cor/ruptio ꝓpter dotē passibilitatis. Tercium qō erit in vita brā est ꝓtinuatio eternitatis et quantū ad hoc dicit. ꝙ hō quē rex hono rare cupit debet accipe regiū diadema su/per caput suum. per diadema significatur vita eterna. diadema enim dicitur quasi duo demens id est principium et finē. isto diademate coronabūtur anime sancte in vite eterne perceptōne quam de manu do mini accipiēt anime beate. Isaie. lxij. Eris corona glorie in manu domini ⁊ diadema regni in manu dei tui. Hāc coronam glo/rie nobis concedere dignetur.

Ad vincula ꝑ Petri. Sermo. I.

Dirrupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis ps. cxv. Ad litteram. Beatus petrus apl̄us ab herode fuit in carcerē missus ⁊ cathenis ligatus ⁊ ministerio angelico fuit a dño liberat⁹. Act. vj. Uñ sicut in legenda istius festi ꝓtinet filia cuiusdā ducis qui sanctū alexandrū papam in carcere detinuit de cōsilio beati alexandri cathenas osculabatur ob grām recupande sanitatis. Hoyas siue cathenas quibus beatus petrus ligatus fuit inquiri fecit et illis inuentis cum oñi reuerentia osculando plenā sanitatē obtinuit. et ideo festum istud beatus alexander de carcere exiens cum oñi solēnitate celebrari instituit. sed de isto verbo possumus loq̄ ſm quod spectat ad informationē bonorum et nr̄e eruditōnis. Uñ ſm hoc in verbo ꝓposito duo notantur. Primo enī notatur dimissio peccatoꝝ ex miseratione saluatoris. cum dicitur. dirrupisti vincula mea. Scōo notatur actio gratiaꝝ ꝓ liberatione. cū dicitur. tibi sacrificabo hostiam laudis. Quantum ad primū enī sciendū est ꝙ quadruplex est vinculū. Primo enī est vinculum pene. scōo est vinculū culpe. tercio est vinculū infamie. quarto est vinculum cōfusionis ⁊ obstinatōnis puerse. Primo ergo est vinculum pene hoc est vinculū molestie carceralis. quo vinculo sancti apl̄i et martires christi fuerūt constricti atq̄ ligati. Hebreoꝝ. xj. Sancti ludibria et verbera experti insuꝑ et vincula et carceres. Istis vinculis btūs petrus fuit ligat⁹ Actuū. xj. In ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus. sed dñs qui milites suos in tribulatione deserere nescit ista vincula beati petri dissoluit. Gen. xlix. Dissoluta sunt vincula brachioꝝ et manuū illius ꝙ man⁹ potentis iacob id est christi. qui angelum suum misit et illis predictis vinculis siue cathenis absoluit. Actuū. xij. Angelus domini astitit et lumē refulsit in habitaculo carceris ꝑcussoq̄ latere petri excitauit eum dicens. surge vel ociter. et ceciderūt cathene de manibus eius. btūs petrus bonum fabrum inuenit qui istas cathenas de facili dissoluit. Scōo est vinculū culpe. Para. lip. xxxvj. Incuruatus sum multo vinculo ferri. Per vinculū ferreum signatur peccatum qđ ligat et ꝓstringit actorē suum ꝓ uerbioꝝ. v. Iniquitates sue capiunt impium ⁊ funibꝰ peccatoꝝ suorum ꝓstringit. Unde sicut fatuo vulgariter solet dici. tu scindis virgam qua verberaberis. sic peccatori ꝑt dici. tu fabricas cathenas quibus ligaberis. Sapien. xvij. Custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. in carcere sine ferro custoditur qui sua ferrea volūtate cōpeditur. Uñ beatus Aug⁹. Suspirabā ligatus nō ferro alieno sed mea ferrea volūtate. Uelle meū tenebat inimicus et inde cathenam mihi fecerat atq̄ ꝓstruxerat. vñ ergo ꝙ vinculum ferreū signatur peccatū. sed isto vinculo dicebat se ille peccator incuruatum. Hec enī est natura peccati ꝙ a supernis retrahit et ad inferiora ꝓtrimit. quod bene signatur. Luce. xiij. de muliere que erat inclinata nec omnino poterat surſum respicere. istam mulierē dñs sanauit et ab infirmitatibus ad superiora promouit. qñ vinculū infirmitatis peccati dissoluit. Luce. xiij. Hanc filiam abrae quā alligauit sathanas ecce decem et octo annis non oportuit solui a vinculo isto. Dñs ergo soluit a vinculo culpe ꝙ effectum luctuose et salutifere penitētie. et sic penitentes erigendo vult ad se traxere. Job. v. Qui ponit humiles in sublime et merentes erigit sospitate. Tercio est vinculū infamie. Lobie. iij. Dero dñe vt de vinculo improperij huius absoluas me. improperiū dicit vinculū quia sicut vinculis ꝓstrictus non ꝑt libere incedere vel currere. sic homo in obprobrium versus nō audet caput suum

erigere.nec inter homines fiducialiter nec hylariter habitare. Ihñ in ꝑsona hominis in obꝓbrium alioꝝ versi dicitur in. ꝑs. lxviij. Improperiū expectauit cor meū et miseriam.et sustinui qui simul ꝓtristaret et non fuit.et qui ꝓsolaretur ⁊ nō inueni. Illi enī qui in obꝓbriū vruntur etiā iniuste inter hoīes vir inueniūt ꝓpatientes et ꝓsolatores.et ideo in ꝑsona talium dicebat dñs aufer a me obꝓbriū et ꝓtemptū Ofi enī obꝓbriū vel improperiū sustinemus ad illum qui plus ab obꝓbrio ⁊ improperio liberat ꝓfugere et in illo cōfidere debemus. Danielis.xiij. Dñs susannam ab improperio adulterij et mortis liberauit.qꝝ in ipso fiduciā habuit. Danielis.xiij. Erat enī cor eius fiduciā habens in dño. Quarto est vinculū ꝓfusionis et obstinatōis puerse.qñ enī hoīes ita de peccatis suis ꝓfunduntur ꝙ illa ꝓfiteri non audent sed in ipsis obstinātur. hec est confusio adducens peccatū. Eccī.iiij. De isto vinculo dicitur. Osee.v. Vidit ephraim languorem suum. Languor est morbo inueteratus.illi ergo languorē suum videt qui in peccatis suis diu ꝑ obstinationē remanēt.sequitur.et iudas vinculū suū. iudas interꝓetatur ꝓfitens.tūc ergo iudas vinculū suum videt qñ peccatū suum cognoscit.et ꝓfiteri non audet.cum tñ ꝓfessio peccatoꝝ sit summū medicamentū animarum. Prouer.xxviij. Qui abscondit scelera sua nō dirigetur.qui aūt ꝓfessus fuerit ea ⁊ reliquerit ea misericordiā ꝓsequitur.sed post cognitionē peccati debemus recurrere ad illū qui grām retributionis tribuit et sic a vinculis peccatoꝝ soluit. vnde Mathei.vij. dicitur .Statim apte sunt aures eius et solutū est vinculum lingue eius.et loquebatur recte. Aures peccatoꝝ debent aperiri ꝑ mansuetū auditū verbi diuini. Eccī.v. Esto mansuetus ad audiēdum verbum diuinū.sed vinculum debet solui ꝑ ꝓfessionē peccati. Isaie.liij. Solue vinculum colli tui captiua filia syon. Per collum fit inspiratio et respiratio et ideo ꝑ collū formatur loquela.tunc ergo vinculum colli tui soluitur qñ peccator peccatū suū humiliter ꝓfitetur.sequitur. et loquebatur recte. Recta locutio est debita gratiarum actio qñ nos sentimus liberatos a peccato. Prouer.xvj. Voluntas regū labia iusta ⁊ qui recta loquitur dirigetur.iustum est vt qui deum offendit in peccati delectatione ipsum placatū reddit in cordis amaritudine vt possit damnationē fugere. Job.x. Loquar in amaritudine anime mee dicam deo noli me cōdemnare.sequitur hic. qui recta loquitur dirigetur. post mundationē enī a peccato debemus agere grās deo.vt sic sanemur ex toto. Luce. xvij.de decem leprosis mundatis. Nōne decem mundati sunt ⁊ nouē vbi sunt.non est inuentus qui rediret et daret gloriā deo nisi hic alienigena.et ait illi.surge et vade fides tua te saluum fecit. sic ergo quadruplex vinculum distinguitur.et a quolibet istorum ꝑ dñm liberamur.quod bene figuratū est. Judicum.xvj. Rupit vincula quō si quis rumpat filum de stupa tortū spuramine cū ardorē ignis accepit. quasi dicat.sicut facile est homini filum de stupa rumpe.sic facile est deo a peccatis oīmibus absoluere.qui enī faciliter solo verbo condidit ꝓt dimittere culpam. Mathei.ix de palitico curato. Quod est facilius dicere.dimittuntur tibi peccata tua.an dicere surge et ambula. vt aūt sciatis qñ filius hoīs habet ptātem dimittendi peccata in terra tūc ait palitico.surge tolle lectū tuū et ambula in domū tuā.et surrexit ⁊ abijt in domū suam. Sic ergo signatur remissio peccatoꝝ ex miseratōne saluatoris.cum dr. dirrupisti vincula mea. Secdo notat gratiarum actio ex liberatōne peccatoꝝ.cū dr.tibi sacrificabo hostiam laudis. Scien dum est ergo ꝙ quadruplex est sacrificiū. Primo est sacrificiuz detestatōnis culpe. Secōm est sacrificiū oratōnis deuote. Tercū est sacrificiū obseruatōnis mandatoꝝ.

Quartum est sacrificiū reuerentie ⁊ actionis gratiarum. Primo ergo est sacrificiū detestationis culpe. ps. Sacrificium deo spūs ptribulatus. cor ptritum ⁊ humiliatum deus ne despicies. Peccator debet in spū suo tribulari triplici rōne. primo propter offensam maiestatis diuine. scdo propter abbominationem deformitatis culpe tercio ppter maculationē rationalis aīe ad imaginē ⁊ similitudinē conditoris create. ps. Turbatus est a furore oculus meus. Furor est ira incensa. tunc ergo furore oculus turbatur qñ oculo mentis magnitudo peccati cognoscitur. ppter quam peccator corde cōteritur ⁊ affligitur. sicut colliriuz q̄uis sit oculis molestum et asperum. oculos tñ od sanitatem disponit. sic tribulatō cōtriti cordis ex pfederatione patrati sceleris salutem inducit. Hieremie. xxxj. Etim tpe tribulatōnis sue ex ipso saluabitur. sequitur. cor ptritum ⁊ humiliatū deus nō despicies. Imo libenter ad illud aspicit. Isaie. lxvj. Ad quem respiciā nisi ad pauperculum et contritū spū ⁊ trementem sermones meos. quasi diceret. Ad illos libēter respicio quos dolentes ⁊ ptritos corde de peccatis suis aspicio. Scdo est sacrificium orationis deuote. Malachie. j. In omni loco sacrificatur et offertur nomine meo oblatio munda. Oblatio munda pt dici oratio deuota que dicitur offerri ex cōscientia pura ⁊ cum oratione immaculata. j. Thimo. ij. Volo viros orare in oīm loco leuātes puras manus sine ira ⁊ disceptatione. Non placet enī oratio facta cum iniquitate. Ufñ. ps. Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet dñs. Ad hanc orationem deuotōnis et si teneātur oīes christifideles. ad hanc tñ specialiter tenentur sacerdotes tam spūales q̄z seculares. ij Machabeor. j. Orationem faciebant oēs sacerdotes dum psummaretur sacrificiuz ionatha inchoante cereris aūt respondentibus. hoc potuit esse quod inoleuit in ecclesia dei q̄ pno sacerdote solennia missaz celebrante vel horas canonicas decantante solent alq̄ rīdere. Unde solo sacerdote dicente. per omnia secula seculoz. rīdent omnes. amen. pno solo dicente. dñs vobiscum. rīdent oīes. et cum spiritu tuo. et sic de alīs. Tercio est sacrificiū observantie mādatoz. Eccī. xxxv. Salutare sacrificiū est attendere mandatis ⁊ discedere ab omni iniquitate. Observantia mandatorum tria facit. primo enī mentē illuminat scdo a malo reuocat. tercio ad vitā beataz ordinat. de primo et scdo dr in. ps. Al mandatis tuis intelleri. ecce illuminatio aīaz. ppter observantiam mandatoz. sequitur. pterea odiui omnē viaz iniquitatis. ecce declinatio peccatoz. tercio observantia mādatorum ordinat ad vitam electoz. Vade thei. xij. Si vis ad vitaz ingredi serua mādata. et bene dicit si vis. quia observantia vel transgressio mādatoz dei est in voluntate libera hoīs. vt vel puniat ex transgressione vel vt remuneretur ex observatōe. Ecclesiastici. xv. Ante hominem vita et mors bonum et malū quodcūq̄ placuerit ei dabitur illi. Magna est facultas hoīs cui datur libera electio boni et mali vite ⁊ mortis. qñ bonum refugit et malum eligit. per hoc enī mortem damnatōis sibi acquirit. et gloriā eterne felicitatis amittit. Quarto est sacrificiū reuerentie ⁊ acōnis grāz. ps. xlix. Sacrificium laudis honorificabit me. et illic iter quo ostendam illi salutare dei. Dñs vult honorificari sacrificio laudis. quia a nobis vult laudari ⁊ honorari. Eccī. xlij. Glorificantes dñm quantumcunq̄ potueritis sup valebit adhuc et admirabilis magnificētia eius. benedicētes dñm exaltate illum quantū potestis. maior enim est omni laude. Ufñ sicut exaltari sunt celi a terra et vie sue a vijs nostris et cogitationes eius a cogitationibus nostris. Isaie. lv. Exaltata excellētia sue maiestatis sup facultatem humane possibilitatis. attamen se dicit sacrificio laudis honorari. ipsum enim debemus laudare nō

quantum valemus· per laudem enim diuinam tanquam per regium iter ad vitaz beatam peruenimus. Unde et hic subdit· et illic iter quo ostendam illi salutare dei. per continuationem enim laudis diuine in choro militantis ecclesie peruenietur ad chorum psallentium in ecclesia triumphā te· vbi erit gaudium et letitia electoruz dominū laudare· hec ē illa vita beata de qua Isaie.lj. Gaudium et letitia inuenietur in ea gratiarum actio et vox laudis· Ad hanc vitam beataz nos pducat qui sine fine viuit et regnat. Amen.

Ad vincula Petri. Sermo.II.

QUm ipso sum in tribulatōe eripiam eum et glorificabo eum· Psalmo· nonagesimo· In verbo proposito tria notantur que circa electos suos dominus operatur. Primum est eius societas in afflictione. quod notatur cum dicitur. Cum ipso sum in tribulatione· Secundum est eius strennuitas in liberatione. quod notatur cum dicitur. eripiā eum. Tercium est eius liberalitas in remuneratione· quod notatur cum dicitur. glorificabo eum· Primo enim notatur diuina societas quam exhibet electis suis in afflictōne· cum dicitur· cum ipso sum in tribulatione Sciendum est ergo q̄ dominus est nobiscum triplici ter. primo enim est nobiscum humanitatem assumendo. secundo est nobiscum in tribulationibus confortando· tercio est nobiscum in sanctoruz splendoribus premiando· Primo ergo est nobiscū dominus humanam naturam assumendo. Isaie. se primo. Ecce virgo concipiet et pariet filiū et vocabis nomen eius emanuel· quod est interpretatum nobiscum deus. Bene enī accidit ei de socio qui deum habet in suo consorcio. hanc societatem petebat isaias. Isaie.lxiij. Utinam dirrumperes celos et descenderes a facie tua montes defluerent. Montes possunt dici electi homines qui defluunt a facie saluatoris quando tumoz elationis redigitur in planiciem mānsuetudinis et humiliationis· Magnā habemus humiliationis causam quando vt nobis daret humiliationis exemplum. videmus non solum humiliatum sed etiam exinanitum saluatorem· Philippenses.ij. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inuentus vt homo. Exinanire nihil aliud est q̄z seipsum inani vnire. Dominꝰ ergo iesus christus seipsum exinaniuit qñ sibi naturam humanam (que quasi nihilum est et inane respectu diuine immensitatis) vnire voluit· Isaie.xl· Omnes gentes quasi nō sint sic sunt coram illo: et quasi nihiluz et inane reputare sunt. Magnā enim causam humiliationis habet ihus quando seipsum humiliare dignatus est summus.j· Petri·v. Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet in tempore visitationis. ꝓpter immensitatem ergo saluatoris humiliauit seipsum beatus iohannes baptista quando prohibebat dominum ne ipsum iohannes baptisaret. ꝓpter eandem humilitatem prohibebat dominum btūs petrus apostolus cuius hodie festum celebramus ne sibi pedes lauaret. Secūdo est nobiscum dominus in tribulationibus confortando. Judicum·vj. dictum est gedeoni· Dominus est tecum virorum fortissime· Electi domini sunt fortes· fortiores· fortissimi. Fortes fuerūt apostoli omnia ꝓpter dominum relinquendo Fortiores fuerunt tormenta equanimiter tolerando. sed fortissimi fuerunt in confessione fidei· etiam in flagellorum et tormētorum magnitudine perseuerando· sic dominus fuit cum beato petro forti. fortiori. fortissimo. Hec autem societas in multis Actuum·xij· describitur. Primo in christi

per personam angelicam representatione. Secūdo in tenebrosi carceris illustratōe Tercio in benigna et diligenti ipsius excitatione. Quarto in cathenaꝝ resolutione. Quinto in portaꝝ reseratione. Actuū .xij. Angelus dñi astitit. ecce in psona angelica dñi repsentatio. sequitur. et lumen refulsit in habitaculo carceris. ecce tenebrosi carceris illuminatio. pcussoq; latere petri excitauit eum dicēs. surge velociter. ecce pia et diligens excitatio. et ceciderunt cathene de manibus eius. ecce cathenaꝝ resolutio. et sequitur. quibusdā interpositis. transeūtes aūt primam et scōam custodiam venerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem que vltro aperta est eis. ecce portaꝝ reseratio. Tercio est nobiscum dñs in sanctorum splendoribꝫ premiando. Luce. ix. Hostium meum clausum est ⁊ pueri mei mecū sunt in cubiculo meo. Hostiū regni celestis clausum fuit ꝓpter peccatuꝫ primi hominis. sicut in figura dicitur. Geñ. iij. Emisit eum dñs deus de paradiso voluptatis vt oraretur terram de qua sumptꝰ est. eiecitq; adam et collocauit ante padisum voluptatis cherubin et flammeū gladium atq; versatilem ad custodiendā viā ligni vite. sed tunc dñs nobis hostiū paradisi reserauit qñ in die sue glorioſe ascensionis ad summum celum a quo egressus fuerat cum duabus turmis hoīm scilicet et angelorꝫ regressus est. Genes. xxviij. In baculo meo transiui iordanē istum et nūc cum duabus turmis regredior. Jordanis interpꝛatur humilis descensus et significat mundum ꝑ quem in baculo crucis tēpore sue glorioſe passionis transiuit. sed in die ascensionis cum duabꝫ turmis vt dictum est ad summū celum a quo egressus fuit reuersus erat. ps. A summo celo egressio eius. Post ascensionem aūt saluatoris quibusdam hostiū regni celestis aperitur. quibusdam clauditur. scōm quod electorꝫ et reprobꝫ merita vel demerita variant. Johānis .x. Ego sum hostiū ꝑ me si quis introierit saluabitur. ingredietur et egredietur et pascua inueniet. Illi ergo ꝑ hostiū quod est christus introeunt qui in ipsum fide que ꝑ dilectionē opatur credunt et se ipsos ab ipso solo saluari confidunt. sed in die iudicij hostium regni celestis finaliter claudetur reprobis. electis christi introducētis. Matb. xxv. Que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias et clausa est ianua. sicut enim canes eiciuntur de ecclesia sic reprobi in die iudicij excludūtur a vita beata. Apocalipſ. vltimo. Foris canes et venefici ⁊ impudici ⁊ homicide. et idolis seruientes. et omnis qui amat et facit mādatum. Ab ista ianua regni celestis btūs petrus aplūs excludi non debuit cui dñs iesus christus claues regni celestis custodiendas ꝓmisit. Matb. xvj. Tu es petrus et sup̄ hanc petram edificabo eccleſiā meā et tibi dabo claues regni celorum. sic ergo quantū ad reprobos dicitur hostium meū clausum est. sequitur. et pueri mecū sunt in cubili. Istud cubile intelligitur requies vite beate in qua sancti exultabūt et letabuntur sine termino et sine fine. ps. Exultabunt sancti in gloria letabūtur in cubilibus suis. Sic ergo primo notatur diuina societas in afflictione. cum dicitur. Cum ipsis sum in tribulatōe. sequitur. eripiam eum et glorificabo eum. ibi notatur liberatrix strenuitas in liberatione. Sciendū est ergo ꝙ dñs eripit electos suos triplicit. Primo eripit eos ab obligatōe peccatorꝫ. scōo ab infestatione tirannorum. tercio a pressura vel oppressione mundanorꝫ. Primo ergo eripit dñs electos suos ab obligatōe peccatorum. ps. Eripuit oculos meos a lachrimis pedes meos a lapsu. Tria dicit hic que facit dñs electis suis. Primo enī liberat eos a culpa. scōo ꝓsolatur eos quadam spirituali leticia. tercio stabiles facit ipsos siue ꝓfirmat in gratia. Primo ergo dñs electos suos liberat a culpa. et hoc notatur cum dicitur. Eripuit animā meam de morte. Peccatū nihil aliud est q̄ mors

anime. sicut enim mors separat animam a corpore. sic peccatū separat aiam a bonitate diuina. Ro. v. Per vnum hoīem peccatum intrauit in mundū et p peccatū mors sicut enim seta introducit filum. sic peccatum introducit mortē ⁊ eternū supplicium. Romanor. vj. Stipendia peccati mors. gratia autem dei vita eterna. sicut enī per grām ꝓueniunt electi ad vitam eternā. sic p peccatū corruunt reprobi ad damnatōz ꝑpetuam. Scdo dñs electos suos consolatur quadam spūali letitia. et hoc notat cum dicitur. eripuit oculos meos a lacrimis. ipse enī pater misericordiaꝝ et deus totius ꝑsolatōis qui ꝑsolatur nos in oīi tribulatione nra. ij. Chorintecor. j. Delicata est salsugo diuine ꝑsolationis p quam in dulcedinē ꝓuertitur amaritudo tribulationis. Tercio ꝑfirmat dñs electos suos in gloria. qō notatur cum dicitur. eripuit pedes meos a lapsu. tunc enī cor in bono solidatur qñ diuina gratia stabilitur. Hebreorum. vltimo. Optimū est grām stabilire cor. Cor enim instabile est et fluidū nisi fuerit diuina gratia stabilitum. vñ in ꝑsona peccatoꝝ de peccato in peccatū ruentiū dicitur. Threnor. iiij. Lubricauerūt vestigia nostra in itinere plateaꝝ nostraꝝ. Secundo eripit dñs electos ab infestatione tirannorum. Baruch. iiij. Clamate ad dominum et eripiet vos de manu principū inimicorum. Sancti in tribulatōne positi cō sueuerunt ad dñm clamare et ipse paratus est eos exaudire. ꝓpter quod dicit clamate ad dñm. sequitur. et eripiet vos de manu principum inimicorum. Principes inimici pñt demones appellari cum quib tanq̄ aduersarijs nobis habemus colluctari. Ephesios. vj. Non est nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinē. solum intelligendum est. sed aduersus principes et potestates. aduersus mūdi rectores tenebrarum harum. Principes inimici pñt tranni appellari a quibus sanctos torquentib dñs sanctos suos liberauit. ipos puniendos eternaliter reseruauit. ij. Petri. ij. Nouit deus pios de tentatione eripe. iniquos vero in die iudicij reseruare cruciandos. sic dñs ad hām beatum petrum cuius hodie festum celebratur de manu herodis liberauit. vñ de hac liberatione grās agens dicebat. Actuum. xij. Nūc scio vere q̄ misit dñs angelū suū et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum. sicut dñs beatum petrum de manu herodis eripuit. ita herodem in die iudicij cruciandū reseruauit. cuius infernus in pñti vita incepit. ipe enim ꝓsumptus vermibus exspirauit. Actuū. xij. et de vermibus materialib ad vermes infernales ꝓuenit. Isaie. xiiij. Subter te sternetur tinea et operimentum tuum erunt vermes. Tercio eripit deus electos suos a pressura ⁊ oppressione mūdanor. Gallathas. j. Dedit semetipsum p peccatis nr̄is vt eriperet nos de pñti seculo nequam. Cū apparet q̄ dñs mirabiliter detestatur peccatum qñ vt peccatum destrueret ⁊ vitaꝝ nobis beatam acquireret dedit semetipsum pro nobis. prima. Petri. tercio. Tradebat iudicanti se iniuste. qui peccata nostra ipe ptulit in corde suo sup lignum vt peccatis mortui iuste viuamus. cuius liuore sanati sum⁹. Sic ergo tradidit semtipm p nobis. et huius causa subditur cū dicit. vt nos eriperet de pñti seculo nequā. mundus vel seculum non dicitur nequā ꝓpter eius substantiā sed ꝓpter malorum nequiciam ⁊ maliciaꝝ. et bonoꝝ affl ictionē ⁊ oppressionē. Johannis. xvj. In mundo pressuram habebitis. in me aūt pacem. in christo est pax vera qua custodiūtur corda mūda. Philippenses. iiij. Pax dei que exsuperat oīnē sensum custodiat corda vestra et intelligentias vras. Pax christi in vita beata corda electoꝝ custodiet et intelligentias ne obnubilētur erroribus. Tercio notatur liberalitas eius in remuneratōe. cū dicitur. et glorificabo eum. Sciendum est ergo q̄ dñs glorificat specialiter tria gene

ra hominum. primo enī glorificat pietati insistentes. secundo deus glorificat humilitati studentes. tercio glorificat in celesti gloria exultantes. ¶Primo glorificat dñs pietati insistentes ¶j. Regum. ij. ¶Quicunq; honorificauerit me glorificabo eū qui autem ꝓtemnunt me erunt ignobiles. dominus dicitur honorari in opibus pietatis. ¶Prouerbioꝝ. iiij. ¶Honora deū de tua substantia et de primitijs frugum tuarum da pauperibus ⁊ implebuntur horrea tua saturitate et vino torcularia tua redundabunt. ꝓpter hoc quod operibus pietatis insistamus hortatur nos sacra scriptura vt ꝑijs manibus dñm glorificemus. et hoc qñ de bonis nostris dño in suis pauꝑibus ministramus. Eccī. xxxvj. ¶Glorifica manum ⁊ brachium dextrum. ¶Manus glorificatur in distributione elemosinaꝝ. ¶Prouerbioꝝ. vltimo. ¶Date illi de fructu manuum suarū et laudent eam in portis opa eius. ¶Brachium dexterum glorificatur in aggressione arduoꝝ. ¶Vñ in manu potenti et brachio extenso nos debemus erigere et ad opa ardua ⁊ fortia nosmetipsos extendere. ¶Prouerbioꝝ. vltimo. ¶Manū suam misit ad fortia. ¶Sic ergo quicūq; honorificauerit me glorificabo eum. et sequit. qui aūt ꝓtemnunt me erūt ignobiles. sicut dicit aplus. Romanoꝝ. j. ¶Intiqui apostoli iesum ꝓtempserunt. qz cum cognouissent deum nō sicut deum glorificauerunt. aut grās egerunt. sed euanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. et ideo sequitur ignobilitas eorum. sequitur enim. ꝓterea tradidit illos deus in passiones ignominie. ¶Scdo glorificat deus humilitati studentes. ¶Prouerbioꝝ. xviij. ¶Antecꝫ ꝓteratur exaltatur cor hois. et antecꝫ glorificetur humiliatur. ¶Cor hominis exaltatur tumore elatōis antecꝫ cōteratur respectu diuine miseratōis. ¶Ysaie. vltimo. ¶Ad quem respiciā nisi ad pauperculum et ꝓtritum spū et trementem sermones meos. ¶Similiter et cor hominis antecꝫ glorificetur humiliatur. ¶Virtus enim humiliatōis est via ꝑueniendi ad sublimitatem eterne glorificatōis. ¶Jaco. iiij. ¶Deus superbis resistit humilibus aūtē dat grām. ¶Vñ sicut superbia meretur casum sic hūilitas meretur sublimitatis et honoris fastigium. vñ dñs humilibus dat grām. et ꝑ gratiā dat gloriam. ¶Vñ in. ps. dicitur ¶Gratiam et gloriā dabit dñs. ¶Tercio dominus glorificat in celesti gloria exultantes. j. ¶Petri. j. ¶In quo exultabitis letitia inenarrabili ⁊ glorificata reportantes finē fidei nre salutem animaꝝ nostraꝝ. ¶Bonus est finis et ab omnib⁹ desiderabilis assecutio nostre saluris quam haurimus in gaudio de fontibus saluatoris. ¶Prouerbioꝝ. viij. ¶Qui inueniunt me inueniunt vitaꝫ et haurient salutem a domino. ¶In hausto abundantia significatur. tanta ergo in celesti patria erit abundantia letitie et exultationis ꝙ non posset aliquatenus enarrari. j. ¶Chorinteoꝝ. ij. ¶Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascendit que preparauit deus his qui diligūt eum. hāc magnitudinem salutis expectamus ab eo qui maximus est in salutē electoꝝ dei. ¶Ecclesia. xlvj. ¶Fortis in bello iesus naue successor moysi in ꝓphetis qui fuit magnus scōm nomen suū maximus in salutem electorum dei expugnare insurgentes hostes vt ꝓsequeretur hereditatem israel. per istū iesu nauem qui hostes expugnauit qui amorreuꝫ et iebuseum de terra ꝓmissionis eiecit et ibidem filios israel introduxit cōpetenter signatur christus qui in die iudicij reprobos iudicando damnabit. electos vero remunerādo saluabit. vñ ecclesie dz. ¶Ysaie. xlix. ¶De eius inimicis ⁊ filijs ⁊ amicis eos qui te iudicauerunt ego iudicabo. et filios tuos saluabo. ¶Quam salutem cū electis filijs ecclesie christi nobis concedere dignetur.

¶ De Inuentōe sci stephani. ¶ Ser. I.

De Inuētiōe sācti stepha Ser. I

Leua orationē p reliquijs que reperte sunt. Isaie. xxxvij. In verbo ꝓpositō hortatur nos ꝓpheta ad duo. Primo hortatur nos ad ōnis suffragiuz · cū dr. Leua orationem. Secōo subdit sue hortationis motiuū · cum subditur · p reliquijs que repte sunt. Quantum ad primū sciēdum est q̄ sic debemus orationi insistere vt sit humilitate placida · charitate feruida · ꝓtinuatione valida · Primo ergo oratio debet esse būilitate placida · Eccī. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrabit · donec appropinquet nō ꝓsolabitur · et non discedet donec altissimus aspiciat. Oratō enim est quasi ꝓcurator sedulus ⁊ notus summo pontifici · qui petitōes mentis bullatas et sigillatas de celesti curia nobis reportare consueuit. istam aūt virtutē vendicat sibi rōne humilitatis. Judith. ix. Non enī ab initio supbi tibi placuerūt · sed humilium et mansuetoꝝ semp tibi placuit deprecatio. Superbia non solum deo non placet imo multū displicet · et in testimoniū huius lucifer ⁊ eius angeli de celo fuerūt ꝓiecti. Isaie. xiiij. Quō cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris · Id hoc rñdetur ⁊ rō ꝓpterea redditur. Dicebas in corde tuo conscendā in celū · supra astra celi exaltabo soliū meū ⁊ ero similis altissimo · cumor aūt huius supbie causa fuit eius tumine. Ibi subditur · imperpetuū in infernū detraheris in ꝓfundū laci. Ecce q̄ graue est supbie peccatū · qđ de celo detrahit ad inferni ꝓfundum · ꝓpter qđ dicit. q̄ supbi ab initio nō placuerunt deo. sequitur · sed humiliuz ⁊ mansuetoꝝ semp tibi placuit deprecatio. Hī ꝓiungit ista duo būilitatē et mansuetudinē · nam būilitas inclinat excellentiā summe maiestatis · mansuetudo vero dulcorat seueritatē regie prātis · et sibi vendicat possessionē eterne hereditatis ps. Mansueti audient aut hereditabunt terram · et inhabitabūt in seculum seculi super eam · Secundo debet esse oratio charitate feruida · Psalmista. Dirigatur dñe oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Incensum super carbones viuos et accensos ponitur et tunc fumus ex incēso virtute ignis resolvitur et sursum erigitur · et sic virtute ignis charitatis solet fumus deuotōnis resolui · et sursum ad deuz p orationem sanctam eleuari. quod fit q̄n charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritumsanctū qui datus est nobis. Romanorum. v. Spiritus enim sanctus qui est amor patris et filij ignem charitatis accendit in cordibus nostris · Unde in huius signum spiritussanctus super apostolos apparuit in linguis igneis. Actuum. ij. Apparuerūt illis dispartite lingue tanquam ignis · sedit q̄ spiritussanctus supra singulos eoꝝ. Ex quo igne accensi apostoli bm̄ōi ignem tam ad iudeos q̄ ad gētiles detulerūt · et igne charitatis succēderūt qū in oēz terrā exiuit son⁹ eoꝝ ⁊ in fines orbis terre ꝝba eoꝝ · q̄ ꝝba erāt ignita · ps. Ignitum eloquium tuum vehementer · et ideo ista verba erant super illos quibus loquebantur apostoli accendētia · hec est enī natura ignis q̄ materiam sibi proximam accendit. Tercio debet esse oratio continuatione valida. Ecclesiastici. decimooctauo. Nō impediaris orare semper. Homo duplici ratione ab oratōe impeditur · quādo vel curis secularibus occupatur · vel quando peccatis sensibilibus oneratur. Osee. secundo. Ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius. Dominus ducit animam sanctam in solitudinem vt vacare possit sibi soli quando eam ducit in religionem in qua exoneratur secularibus curis. Tunc autem ad cor eius loquitur quando cor eius deo per penitentiaz · et vite mundiciam preparatur · primo. Regū. septimo. Preparate corda vestra domino et seruite illi soli · Dulit ergo dominus nos ab oratione nunquam impediri · quia improbitas orationis impetrat a dño q̄d

impetrare non poteſt tepida oꝛõ. Luce.xj. Si non ſurgat eo ꝙ amicus eius ſit tamẽ ꝓpter improbitatẽ ſurgat et dabit ei quot quot habet neceſſarios. tamdiu enim habet oratõis improbitas locum quamdiu habet locum et pñtis miſerie neceſſitas. ij Abimotei. iiij. Inſta importune oportune. Inſta importune conſiderando peccati vilitatem. inſta oportune placãdo diuine clementie bonitatem. ſicut enim egroti affl ictionem infirmitatis habent gemere. ſic peccatoꝛes ex conſideratione culpe proꝓrie et preſentis miſerie neceſſe habẽt oꝛare. Sic ergo primo hoꝛtatur nos ꝓpheta ad oꝛationis ſuffragium. cum dicit. leua oꝛationem. et bene dicit. leua. quia oꝛationem leuare nihil aliud eſt ꝙꝫ coꝛ ſuum ꝛe ſideriꝭs et operibus bonis ad ꝛeum erigere. j. thimo. ij. Volo viros oꝛare in omni loco leuantes puras manus ſine ira et diſceptatione. Secundo ſubdit ſue exhoꝛtationis motiuum. cum dicit. pro reliquiꝭs que reperte ſunt Sciendũ eſt ergo ꝙ ſunt tria genera reliquiarum. primo enim ſunt reliquie coꝛpoꝛum ſanctoꝛum. Secundo ſunt reliquie cogitationum bonarũ. tercio ſunt reliquie beatoꝛum. ℣Primo enim ſunt reliquie coꝛpoꝛum ſanctoꝛ. ℣Romanoꝛ. ix. ℣Reliquie iſrael ſalue fiant. iſrael interpꝛetat videns ꝛeum. in quo beatus ſtephanus ſignari poteſt qui ꝛeum vidit tribus modis primo enim vidit eum viſione communi cum ceteris fidelibus. ſcõo vidit eum reuelatione ſpeciali preſſure lapidum expoſitus. tercio eſt videns ꝛeum viſione felici in ſanctoꝛ ſplendoꝛibus. ℣Primo enim vidit ꝛeum viſione communi cum ceteris fidelibus. Johannis. xx. Quia vidiſti me thoma credidiſti. beati qui non viderunt ℣ crediderunt. viſio dei non eſt viſio clara et plena ſed eſt viſio vmbratilis et enigmatica. j. Choꝛinteoꝛ. xiij. Videmus nunc ꝓ ſpeculum et in enigmate tunc aũt facie ad faciem. Et ideo dominus iſti viſioni communi cum ceteris fidelibus addidit ſecundo viſionem ſpecialioꝛem quando ipſum vidit ſedentem a ꝛextris virtutis lapidationi expoſitus. Actuum. ſeptimo. Ecce video celos apertos et filium hominis ſtantem a ꝛextris virtutis dei. Domin⁹ ieſus chriſtus feneſtras celi quaſi aperuit et unde pugilem ſuum pro ſe foꝛtiter dimicantem reſpexit. Tercio eſt beatus ſtephanus videns ꝛeum in ſanctoꝛum ſplendoꝛibus Heſter. decimoquinto. Vidit te domine quaſi angelum dei et conturbatum eſt coꝛ meum pꝛe timoꝛe gloꝛie tue. valde admirabilis es domine et facies tua plena eſt gratiaꝛum. Sic ergo per iſrael ſignificatur beatus ſtephanus. huius reliquie hodie ſunt ſalue facte. quando per reuelationem factam a deo per gamalielem nugecio monacho et luciano preſbitero ſunt inuente. Unde in legenda ipſius dicitur. Conuertimus nos ad monumentum illud vbi monacho nocte apparuerat et fodientes inueniunt tres tbecas ſcilicet tbipum calatorum. inuenimus ergo altiſſimis litteris ſcriptum lapidem abrutum ita celiel qõ interpꝛetatur ſtephanus dei. et nardan qõ interpꝛetatur nicodemus. et gamaliel hoc interpꝛetatus eſt papa iohannes. ſicut et ipſe audiuit ab epiſcopo ſuo ſancto. Secundo ſunt reliquie cogitationum bonarum. ℣Pſalmiſta. ℣Reliquie cogitationis diem feſtum agent tibi. Cogitationes noſtre ſibi relicte ſunt fluide et timide. Sapientie. nono. Cogitationes mortalium timide et incerte pꝛouidentie noſtre. Sed quando domino per confidentiam committuntur ab ipſo ſolidantur et perficiuntur. ℣Pſalmiſta. Jacta cogitatuꝫ tuum in domino et ipſe enutriet te. et non dabit in eternum fluctuationem iuſto. ſic per deſiderium et confidentiam cogitationem ſuam in domino poſuerat qui dicebat. Iſa. xxvj. Alia mea deſideꝛauit te in nocte. ℣ et ſpũ meo in pꝛecoꝛdiꝭs meis demane vigilabo ad te. iſte cogitatõnes ſic in domino poſite et ſolidate habent tres reliquias.

De Inuētiōe sācti stepha Ser.i

de quibus dicitur. reliquie cogitationis. Prime consistunt in directione viatorū. Secunde in cognitione secretorum. Tercie in assecutōne premioꝝ. Prime ergo reliquie ꝓsistūt in direcōe viatoꝝ. puer. iij. In omnibus vijs tuis cogita illum. et ipse dirigit gressus tuos. qñ enī sollicite de deo cogitamus nosmetipsos ipī tanq̄ regule ꝓformamus. et ideo in via moꝝ minime deuiamus. Gallath. vj. Quicunq̄ hanc regulā secuti fuerint pax sup illos. Scde reliquie cogitationis consistūt in cognitōne secretoꝝ. Sapien. vj. Cogitare de illa. id est de diuina sapiētia. sensus est ꝓsummatus. p cogitationē enī diuinoꝝ puenimus ad ꝓscrutationez ꝓfundoꝝ. Job. xxviij. Profunda fluuioꝝ ꝓscrutatus est. et abscondita pduxit in lucem. Tercie reliquie ꝓsistunt in assecutōe premioꝝ. Sapientie. v. Justi aūt imperpetuum viuēt et apud dñm est merces eorum. cogitationes illoꝝ apud altissimū. et statim sequitur. sancti accipient regnū decoris et diadema spei de manu dñi. Hec sunt reliquie cogitatōnis de quibus dicit. Reliquie cogitatōnis diem festū agent tibi. Ista dies solennis et festiua est bone cōscientie serenitas iocunda. De qua in ps. Melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. et ꝓprie dicit in atrijs. sicut enim reliquie sanctoꝝ reponuntur in interiori aīe ecclesie a deo sanctificate. Tercio sunt reliquie beatoꝝ. Vicbee iij. In die illa congregabo claudicantē et eam quā eieceram colligam. et quam afflixerā ꝓsolaboꝝ. et ponam claudicantē in reliquias. Anima misera q̄ diu viuit in pñti vita quasi duabus tibijs claudicat. qñq̄ enī p superbiam erigitur in ꝓsperis. qñq̄ enī p desperatiōnem frangitur in aduersis. sed in vita beata qñ deus erit ꝓsolator eius non ꝓmouebitur. et ideo non superbiet in prosperis. q̄ semp erit ibi reuerentia summe maiestatis. nec frangetur in aduersis. quia ibi aduersitas nulla erit. Sic ergo triplices reliquie leguntur. et iste tres reliquie triplicīter reperiuntur. Reliquie corpoꝝ sanctoꝝ reperiūtur in occultatōe terraꝝ. Reliquie cogitationū repiūt in eruditōe aīoꝝ. reliquie beatoꝝ reperiuntur in retributōne iustoruꝫ. Prime ergo reliquie reperiuntur in occultatione terrarum. Josue. vij. Qui currentes ad tabernaculū illius reperierunt cuncta abscondita in eodem loco. quod per figuram bene potest dici de reliquijs beati protomartiris stephani. gamalielis. et nichodemi. sed quia hodie de repertione reliquiarum beati stephani festum celebratur. et ideo aliquid de virtute istarum reliquiarum tangamus. Et ideo sciendum q̄ triplex vtilitas in repertione istarum reliquiarum est secuta. Prima fuit impletio pluuiarum. Secunda fuit recreatio assistentium ex diffusione odorum. Tercia fuit curatio languidoruꝫ. Quantum ad primum ergo sciendum q̄ in tempore in quo reperte fuerunt iste reliquie sancte erat immoderata siccitas. Sed in apertione istarum reliquiarum facta est apertio celoruꝫ et abundantia pluuiarum. Secunda vtilitas fuit recreatio assistentium ex diffusione odorum. Unde in legenda dicitur cū aperuisset domini stephani thecā statim terremotus factus est. et tanta suauitas et fragrantia odoris inde egressa est quantam nullus hominum se meminit audisse. ita vt putaremus nos in amenitate paradisi esse positos. Tercia vtilitas fuit curatio languidorum. Unde in legenda dicitur. Multitudo populi aderat nobiscuꝫ inter quos plurimi erant infirmi variis languoribus. et ipa hora mox de odore suauitatis eius septuaginta et tres anime curate sunt. propter hoc istis reliquijs bene competit quod in psalmo dicitur. In reliquijs tuis preparabis vultum eorum. O beate stephane in visione reliquiarum ꝓparabis vultum populoruꝫ tum ꝓpter impetrationem pluuiaꝝ. tum ꝓpter suauitatē odoꝝ. tum ꝓpter sanitatē languidoꝝ.

Secunde reliquie id est bonarum cogitationum repiuntur in eruditione animarum. Prouerbiorum. xvj. Eruditus in verbo reperiet bona. Eruditus in verbo pluraliter bona reperit scilicet respectu sui et respectu proximi. Respectu sui reperit bonum dulcorationis animi quod bonum procedit ex verbo eloquij diuini. ps. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Eruditus in verbo reperit bonum respectu proximi. Proverbiorum. xv. Qui dulcis est eloquio maiora reperiet. Cum dulcedine et mansuetudine ponj debet eloquium diuinum et hoc ad multiplicationem amicorum et mitigationem inimicorum. Eccles. vj. Verbum dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos. Tercie reliquie reperiuntur in tribulatione iustorum. Job. xj. Usque ad perfectum omnipotentem reperies. quam diu in hac vita viuimus non plene et perfecte sed ex parte omnipotentem reperimus. Ex parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus. sed cum venerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est. j. Corinthiorum. xiij. Et hoc erit in vita beata in qua videbimus eum sicuti est. Ad quam visionem nos perducere dignetur.

De sancto Anthonio. Sermo.

Ossa eorum pullulant de loco suo et nomen eorum permanet in eternum permanente ad filios illorum sanctorum virorum gloria. Eccli. xlvj. Ad gloriam et honorem sanctorum in verbo proposito tria notantur. Primo notatur exaltatio glorie sanctorum. cum dicitur. Ossa eorum pullulant de loco suo. Secundo notatur dilatatio fame eorum. cum dicitur. et nomen eorum permanet in eternum. Tercio notatur exaltatio filiorum ex veneratione et imitatione tantorum patrum siue patronorum. cum dicitur. permanente ad filios illorum sanctorum virorum gloria. Primo ergo exaltatio fame sanctorum et maxime sancti anthonij notatur. cum dicitur. ossa eorum pullulant. Sciendum ergo quod beatus anthonius pullulauit tripliciter. Primo in vita per effusionem operum misericordie. Ecclesiastici. l. Quasi oliua pullulans et quasi cupressus in altitudinem se extollens. In predicta auctoritate commendatur beatus anthonius tripliciter. Primo quantum ad statum inicialem. cum dr. quasi oliua pullulans. in oliua ex qua eliquatur oleum. misericordia designatur a qua opa misericordie eliquant. Unde de beato anthonio potest dici illud. Proverbiorum. xxj. Thesaurus desiderabilis et oleum in habitaculo viri iusti. quia enim iusticiam dilexit et iniquitatem odiuit ideo unxit eum deus oleo misericordie p participibus suis. Unde in vita eius legitur. quod cum haberet oliueta multa ipsa vendidit et precium ipsorum pauperibus distribuit et in deserto desessit. vnde omni tpe vestimenta sua fuerunt candida puritate innocentie. et oleum de capite eius non defecit. Eccles. xx. Secundo commendatur beatus anthonius quantum ad statum progressiuum. cum dicit. et quasi cupressus. Cupressus odore suo fugat serpentes. sic de beato anthonio legimus. quod cum peruenisset ad monumentum deserti edificium ruinosum reperit in quo multitudinem colubrorum serpentum et ceterorum reptiliū inuenit que omnia in aduentu suo fugauit. Nec mirum ipse enim in se deferebat theriacam diuinam ad quam spectat fugare venenum. Marci. xvj. In nomine meo demonia eicient. linguis loquentur nouis. serpentes tollent. Tercio commendatur quantum ad statum finalem. cum dicitur. in altitudinem se extollens. Beatus anthonius in altitudinem se extulit quando disputando cum propbetis gentium ipsos de fide publice superauit. qui etiam cum ab ipso quererent vbi reperiss tantam sapientiam cum nullam haberet librorum copiam. rndit eis. quis quem fecit liber sensum aut sensus librum. rnderunt. sensus librum.

De ſācto ⁊ Anthonio Sermo.I

Cur ergo ſenſus incolumis non eſt opus libris. tunc ſapientia humiliati exaltauit caput illius. et in medio magnatorum cōſedere illum fecit. Eccleſiaſtici vndecimo. Secundo pullulauit beatus anthonius ꝓ diffuſionē odoris bone fame. Ezechiel. xxxvj. In die illa pullulauit cornu domus iſrael et tibi dabo os aptum in medio eorum. in iſta autoritate notatur pñs factū et pñs feſtum. feſtum pñs ꝓuerſionis ſancti pauli notatur cū dr. in die illa pullulauit cornu domus iſrael. per cornu defenſio deſignatur. animalia enim ſe ſolent defendere cornibus. iſrael interꝓtatur videns deū. in quo ſignatur ꝓgregatio magiſtrorū et ſcolarium qui ꝓ rectā fidem debent videre ⁊ cognoſcere deū. iſtis hodie pullulauit cornu defenſionis in cōuerſione ſancti pauli qui maxime eccleſie defenſor extit. Vnde de eo ꝑt dicta illud. Canticor. vij. Collum tuum ſicut turris dauid que edificata eſt cum ꝓpugnaculis. in ipſo enī vbi habitauit delictū ſuꝑabundauit et gratia. et qui aliqñ eccleſiā impugnauit poſtmodū aduerſarios viriliter expugnauit. Gallath. j. Hoc tm̄ auditum habebant de me qm̄ qui ꝓſequebatur nos aliqñ. nūc euangeliſat fidem quā aliꝫ expugnabāt. ipſe enī fuit ille miles egregius qui ſeipſum ad defenſionē eccleſie armauit et nos ſpūaliter docuit. ij. Ad Corinteor. x. Arma nre militie non ſunt carnalia. ſed potentia deo ad deſtructionē munitionū. fratres arma clericorum non debent materialia eſſe. Dmōi enim arma ab eis ſaluator auferri docuit. Mathei. xxvj. Cōuerte gladiū tuum in locum ſuum. oēs enim qui acceꝑint gladium gladio peribunt. contra clericos arma portantes in aīe ſue ꝓiudiciū ⁊ corꝑis periculum. arma ergo nra nō debent carnalia eſſe ſed ſpūalia que conſiſtunt in donis et virtutib. Boxcio. Arma talia tibi ꝓuleramus que niſi prior abieciſſes inuicta fortitudine tuerētur. ſic ergo notatur pñs feſtum. cum dicitur. in illa die pullulauit cornu domus iſrael. Notatur etiā pñs factum. cum dr. et tibi dabo os aptuz in medio eor. in die ꝓuerſionis ſancti pauli debet ad predicandum aperiri os predicatorū. Pſalmiſta. Os meum aperuit. Sed ſic endum eſt ꝙ ſicut dicitur os oris ſic dicitur os oſſis. Hodie ergo dominus in medio noſtrum os apertum dedit nobis coſtam beati anthonij delegauit. ſicut aperte oculo ad oculuz poteſtis intueri. deus enī qui de coſta ade formauit euam ad humani generis ꝓpagationem. de cuius latere etiaz in quo coſte ſunt fluxit aqua ⁊ ſanguis ad eccleſie regenerationem hodie nobis coſtam beati anthonij miſit ad noſtre deuotionis excitationem. Tercio pullulauit beatus anthonius in generali reſurrectione per gloriosam dotium anime et corꝑis ſuſceptionem. Job. decimoquarto. Si preciſum fuerit lignum rurſum vireſcit et rami eius pullulant. Lignum eſt corꝑus humanuz quod preſcinditur in morte ſed rurſus vireſcit in iterata vinificatione. Corꝑora autem que per mortem facta ſunt arida per iteratam vite ſuſceptionem fient virida. Ezechielis. triceſimoſeptimo Oſſa arida audite vocem domini. hec dicit dominus oſſibus his. ecce intromittā in vos ſpiritum et viuetis. et acceſſerunt oſſa ad oſſa vnumquodq; ad iuncturam ſuam. Sequitur. Et rami eius pullulant Rami arboris ſunt membra corꝑoris. tūc huiuſmodi rami non ſolum in frondes. ſed etiam in flores pullulant quando mēbra corꝑoris gloriosam dotium multitudinem obtinebunt. Pſalmiſta. Refloruit caro mea. hoc dicitur quantum ad dotes coꝑoris. et in voluntate mea confitebor hoc dicitur quantum ad dotes anime rationalis que confitebitur domino confeſſionem laudis. Nam ſicut dicit Auguſtinus. videbimus deum quantum ad ratōnalem. amabimus quantum ad iraſcibilē ſequit. et nomē eor ꝑmanet ineternū in q̄ notat dilatatio fame ſanctor. Prouer. x.

Memoria iusti cum laudibus. nomen autem impioꝝ putrescet. Memoria iusti beati antḣonij debet esse cum laudibus desiderabilibus solennibus. ipse enim nomē suum ⁊ memoriale debet habere in deliderio anime. sed nomē impioꝝ putrescet. qđ putrescit ꝑ ꝓcessionem tpis corrūpitur et ad nibilum deducitur. sic nomē impiorū qui in terrenis ⁊ mundanis ꝓcupiscētijs nomina sua vocauerūt putrescūt et euanescunt. transit enī mundus et ꝓcupiscentia eius. sed memoria nois iusti cum laudibꝰ Eccī. xlj. Curam habe de bono noīe. hoc enī magis ꝑmanebit tibi ꝙ mille thesauri magni ⁊ preciosi. et sequitur. ꝑmanente ad filios illoꝝ sanctoꝝ virorum gloria. vbi notatur eraltatio filioꝝ ex imitatione tantorum patronoꝝ. parum enī valet nobis succedere patribus sanctis nisi eos studeamus imitari. Eplex. v. Estote imitatores dei sicut filij charissimi. et si eos imitamur in hoc debemus gloriari. Thobie. viij. Filij sanctoꝝ sumus et nō possumus ita coniungi illecebris scilicet ⁊ ꝓcupiscentijs peccati sicut gentes que ignorāt deum. Nos ergo viros gloriosos in generatōne laudamus ⁊ parentes nros et primo illum qui cunctos condidit sanctos. laudemus etiā sanctos conditos. laudemus etiā specialiter sanctum antḣoniū cui placuit vt porciuncula substātie sue id est costa lateris sui ad nos veniret. Gratias etiā agamus domino abbati de monte thaboꝛ cui placuit vt ꝓuincie nre burgundoꝝ tantas reliquias ꝓferret. Nos etiaꝫ vobis agimus grās quibus placuit vt ecclesia nra tm thesaurum seruaret. Benedictus enī qui venit in noīe dñi vt ꝑ illuꝫ dñs deus illuxerit nobis qñ iustis orietur lux vera quam nulla obscuritas obfuscabit. et rectis corde orietur leticia quam nulla tristicia ꝑturbabit. Ad quā leticiam nos ꝑducere dignetur.

De scō Dominico. Sermo. I.

Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee. Genes. xlj. In verbo ꝓpositio duo notātur a quibus beatus dominicus ꝓmendatur. Primo enī cōmendatur a remuneratōne terrenoꝝ. cum dicitur. in terra pauptatis mee. Scdo cōmendatur a multiplicatōne spiritualiū filioꝝ. cū dr. Crescere me fecit deus. Quantum ad primum sciendū est ꝙ est quadruplex paupertas. Primo est paupertas malicie vel iniquitatis. Scdo est pauptas penurie rei temporalis. Tercio est paupertas obedientie vel subiectionis. Quarto est pauptas spiritus vel būilitatis. Primo ergo est paupertas malicie vel iniquitatis. Job. xxxvj. Et si fuerint in cathenis et viciantur funibus pauptatis indicabit eis opa eorum ⁊ scelera eorum quia violenti fuerūt. Sciendum est ꝙ due sunt cathene peccatoꝝ quibus ipsi quasi funibus circumpleti sunt. Una cathena est ignorātia agendoꝝ. Alia est ꝓcupiscentia noxioꝝ. Prima ergo cathena est ignorantia agendoꝝ. Sapiētie. xvij. Una cathena tenebraꝝ oīes erāt colligati. cathena tenebraꝝ est ignorantia agēdorum. qua positi in peccatis sunt in quodam nubilo cecitatis. Genes. j. Tenebre erant sup faciem abyssi. hoc est tenebre errois vel ignorantie erant sup faciem cordis humani. Unde peccatoribus puersis de tenebris ignorantie ad cognitōem veritatis dicitur. Eplex. v. Eratis aliquando tenebre nunc aūt lux in dño. Alia cathena est ꝓcupiscentia noxioꝝ. de qua beatus Augº. Suspirabam inquit ligatus nō ferro alieno sed mea ferrea volūtate. velle meum tenebat inimicus. et inde mihi cathenam fecerat atq; ꝓstruxerat. istis duabus cathenis peccatores ligātur in corde. sicut beatus petrus duabus cathenis ligatus fuit in corpore. Actuum. xij. Erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabꝰ. pccores ergo sunt in cathenis

vincuntur etiam siue ligantur funibꝫ pau
pertatis malicie vel iniquitatis. Et sciendꝫ
qꝫ tribus funibus peccatores ligantur. pri
mus est opationis immũde. scꝺus est ma
chinationis occulte. tercius est iniurie ma
nifeste. Primus ergo funis est opatõnis
immunde. Eph.v. iiij. Desperãtes semet
ipsos tradiderũt impudicicie in opatõem
immũdicie. et quantũ ad hoc dicitur hic.
Indicabit eis opa eoꝝ. Scꝺus funis est
machinationis occulte. et quantum ad
hoc dicit. et scelera eoꝝ. Prouer. x. Quasi
risum stultus opatur scelus. Palliata
amicicia nõ est amicicia. imo potius ini
micicia. et duplex inimicicia que est occul
tatum odiũ ⁊ fraudulentia. Cui nihil est
placidum oculis saluatoris qꝺ ei offer tur
sub pallio simulanti amoris ⁊ latentis ire
ris. Prouerbioꝝ. xxj. Hostie impioꝝ ab
hominabiles que offerũtur ex scelere. Ter
cius funis iniurie nõ manifeste est. et nota
tur cũ dicitur. quia violenti fuerũt. Isaie
ix. Omnis violenta predatio cũ tumultu.
sicut ad lram. in violenta predatõne fit tu
multus corpalis. sic ptractõe rei aliene vel
abiectõne rõnalis anime a dei bonitate fit
tumultus spũalis in cordibus nris. Ecce
triplex funiculus male pauptatis qui dif
ficile rumpitur sicut. Eccl. iiij. dicit. Hec
est illa mala pauptas de qua. Eccl. xiij. Ne
quissima paupertas in ore impij. hoc est in
corde peccatoris. Habemus enim os non so
lum exterius sed etiaꝫ interius. de quo in
ps. dicitur. Os iusti meditabitur sapien
tiam. Ista paupertas in ore id est in corde
impij vt dictũ est: est nequissima. Nequã
ꝓpter opationẽ immundã. sed est nequior
quantũ ad iniquitatẽ latentẽ. nequissima
quantũ ad iniuriam manifestã. Istos fu
nes puerse pauptatis beatus dñicus dir
rupit qui non solũ peccata declinauit sed ⁊
omnia terrena tanꝯ vir apostolicus in se
et in suis sequacibus reliquit vt posset di
cere ad modũ apli. Ecce nos reliquim?
omnia et secuti sumus te. Mathei. xix.

Secundo est paupertas penurie tempora
lis. Deutronomij. xv. Non deerũt paupe
res in terra habitatõnis tue. Ad lram. In
terra nõe habitatõnis nõ deerunt paupes.
Mathei. xxvj. Pauperes vobiscum semper
habebitis. Istis pauꝑibus debent diuites
subuenire opibus pietatis. Deutrono. xv
Ego precipio tibi vt aperias manum tuã
fratri tuo egeno ⁊ pauperi qui tecũ versat
in terra. Sciendum est ergo qꝫ elemosina
debet fieri pauꝑi cum hilaritate et leticia.
cum occultatõe secreta. cum intentõne re
cta. Primo ergo elemosina debet fieri cũ
hilaritate ⁊ leticia. non ex necessitate. hila
rem datorem diligit deus. Cõtra multos
qui pauꝑibus dura dicunt cum bona tri
buunt. Eccl. iiij. Congregatõni pauperuꝫ
affabilem te facito. ista affabilitas est dul
cis sermonis benignitas. Scõo debet fieri
cum occultatõne secreta. Eccl. xxix. Cõclu
de elemosinam in sinu pauꝑis. et hec ex
orabit pro te ab omni malo. Concludenda
est elemosina nõ ꝓdicanda vt solis pateat
oculis dei qui cor intuetur interius. non
oculis hoim qui solum exterius vident et
hoies ꝓmendare solent. Tercio debet fieri
elemosina cum intentõne recta. Elemosi
nam enim ideo facere debemus vt a peccatis
mundemur. et vitam eternã ꝓsequamur.
Tho. xij. Elemosina a morte eliberat ⁊ ipa
est que purgat peccata. et facit inuenire vi
tam eternam. Istius pauptatis penurie
rei tpalis ꝓfessor fuit btus dñicus. sciens
qꝫ amor diuitiaꝝ amatores suos illaque
at. j. Thimo. vj. Qui volunt diuites fie
ri incidunt in laqueos et in tentatõnes dia
boli. Contemptus diuitiaꝝ ꝓmptores su
os deo ꝓfederat. deus enim ipsos eligit et
specialiter amat. Jacobi. ij. Pauperes in
hoc mundo diuites in fide. heredes regni
qꝺ repromisit deus diligẽtibus se. Tercio
est paupertas obedientie vel subiectionis.
Eccl. x. Pauper gloriatur p disciplinaꝫ et
timorem suum. ille recte pauꝑ dicitur qui
sue voluntatis nõ est dñs. ꝫ aliene voluntati

per votum obedientie est subiectus. et in hoc veri pauperes gloriãtur. Eccl.x. ¶Qui gloriatur in paupertate quanto magis in substantia. ¶Certe veri pauperes qui gloriantur in paupte dimissionis rerum et abrenunciatõnis ꝓpriarum voluntatum. ꝙ hoc multo magis gloriantur in substantia et in diuitijs virtutum ꝙ quas anime istoꝝ paupꝝ ne ꝙ culpam corruant fortiter subsistunt. in ista paupte subiectionis vel obedientie bene potuit gloriari beatus dominicus qui ex ꝓpria voluntate voto ⁊ sub regula fuit dño astrictus firmiter ¶Prouerbioꝝ.xxviij. ¶Qui custos est domini sui glorificabitur. ¶Beatus dñicus ꝑ dici custos dñi. ipse enim dñm custodiuit in corde. in ore ⁊ in opere. et ideo gloriabatur in disciplina regulari et modo gloriat in curia celesti. hic est ille pauper de quo dicitur. paup gloriatur ꝙ disciplinam. ¶Beatus dñicus gloriabatur ꝙ disciplinã quã sibi assumpsit. et ꝙ eam fructus iusticie acquisiuit. ¶Hebreoꝝ.xij. ¶Omnis disciplina in ꝑnti videtur non esse gaudij sed meroris. postea aũt fructum pacatissimũ exercitatis per eam reddet iusticie. gloriabatur etiam ꝙ disciplinam quam subiectis suis imposuit. ꝓuerbioꝝ.iiij. ¶Audite filij disciplinam patris. ¶Bene ꝓiungũtur ista duo disciplina et filiatio. sic enim legitimos filios facit regularis disciplina. sicut ¶Hebreorum.xij. dicitur. ¶In disciplina ꝑseuerate tanquã filijs vobis offert se deus. sicut in adulterio natos facit vita a disciplina aliena. ¶Hebreoꝝ.xij. ꝙ si extra disciplinã estis cuius participes facti sunt. ergo adulterij et non filij estis. ¶Sic ergo beatus dñicus recte ꝙ disciplinam gloriabatur. sequitur. et timorem suum in timore dñi. bene possumus gloriari quia ꝙ timorem dñi omnis structura virtutum solidatur. sine autem timore dñi subuertitur et annihilatur. Ecclesiastici.xxvij. ¶Si non in timore dñi teneueris te instanter cito subuertetur domꝰ tua. ¶Quarto est paupꝛtas spũs vel hũilitatis. ¶Matth.v. ¶Beati paupes spiritu qñi ipsorum est regnum celoꝝ. illi paupes spiritu sunt qui de se non sublimia sed humilia sentiunt et idcirco sibi gratiam a deo acquirũt. Jacobi.iiij. ¶Deus superbis resistit humilibus aũt dat grãm. ¶Paupes ergo spiritu sunt humiles in affectu. istis nõ solum regnum celoꝝ ꝓmittitur sed iꝺoꝝ esse dicitur. Unde Aug⁹. quasi loquens in ꝑsona dñi. Venale habeo. quid dñe? regnũ celorum. quo emitur? ¶Respondet. paupertate. et idcirco sicut dicitur. ꝓuerbioꝝ.xv. ¶Melius est humiliari cum mitibus ꝙ̃ dividere spolia cum superbis. ¶Bonũ est humiliari cum mitibus beato dñico beato petro martire et eorum sequacibus. quorum odor memorie bone nunc̃ celebitur. Eccl.x. ¶Perdidit deus memoriam superboꝝ et reliquit memoriã humiliũ sensu. ¶Humilis sensus fuit beatus dñicus cuius bone fame odor ꝙ totum mundũ respergitur. Ecclesi.xlix. ¶Memoria iosie in ꝓpolitõne odoris facta est opus pigmentarij. in oñi ore quasi mel indulcabitur eius memoria. Josias interpretatur in quo est incensum domini. in quo signatur btũs dñicus in quo fuit fragrantia odoris bone fame et bone ste ꝓuersatõis. Cesi.xxvij. ¶Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. In omni ore debet indulcari sicut mel eius memoria. Judicum.xiiij. ¶De comedenti exiuit cibus et de forti egressa est dulcedo. ¶Comedens ꝑt dici btũs dñicus qui panẽ vite sacre scripture quasi comedens incorꝑauit et ex eodem pane multos ꝓplos q̃si ꝑdicãdo cibo refecit. de forti etiã egressa est dulcedo. quia de eius ꝓstantia et fortitudine egressa est non putredo. sed dulcedo laudis perpetue. ꝓuerbioꝝ.x. ¶Memoria iusti cum laudibus. nomẽ aũt impiorum putrescet. ¶Sic ergo primo commendatur beatus dñicus ab abrenunciatione terrenoꝝ. cum dicitur. in terra paupꝛtatis mee. ¶Secundo ꝓmendatur a multiplicatione spũalium filioꝝ. cum dicitur.

Crescere me fecit deus. Sciendum est ergo q̄ btūs dñicus creuit quadruplicīter primo in multiplicatōne meritoꝝ. secundo in eruditōne indoctoꝝ. tercio in irradiatione exemplorum. quarto in assecutōe premiorum. Primo ergo creuit beatus dñicus in multiplicatōne meritoꝝ. j. Esdre. v. Opus illud diligenter extruitur et crescit in manibus eoꝝ. Opus regularis institutionis creuit in manibus bēati dñici. Creuit et in successoribus suis. Exodi. j. Quāto filij israel magis oppримebantur tanto magis crescebant ⁊ multiplicabātur. nos videmus multas oppressiones ⁊ afflictiones fratrum predicatoꝝ. attamen vidimꝰ multiplicationē ipsoꝝ. tam in augmēto meritoꝝ. tam in multiplicatōne doctorum. tam in multitudine librorum non solum ad informationē simplicium sed et ad ꝓmotionem maioꝝ. ipsi enim ꝓfunda fluuiorum scrutati sunt et abscondita in lucē ꝓduxerunt. Job. xxviij. Nec mirū quia ipsi tanq̄ viri apostolici sup firmaꝫ petram edificati. et ideo in edificium ecclesie creuerunt Ephesios. ij. Estis ciues sanctoꝝ et domestici dei superedificati sup fundamentum apl̄oꝝ et ꝓphetaꝝ ipso summo angulari lapide christo ihesu in quo omnis edificatio ꝓstructa crescit in templū sanctū in dño. Secundo creuit beatus dñicus in eruditione indoctoꝝ. Genes. xxj. Puer creuit et ablactatus est. Puer potest dici beatus dñicus non tam annoꝝ paucitate quantū ꝓscientie puritate et veritatis cognitōne. Luce. j. Puer crescebat et ꝓfortabatur spiritu. Beatus dñicus spūsancto confortabatur quia scientia spiritussancti informabatur. Ysaie. xxviij. Quem docebit scientiam aut intelligere faciet auditū. et sequit. Ablactatos a lacte auulsos ab uberibus. Homines enī qui lactantur dulcedine lactis corpalis nō habent delectatōnem dulcedinis veritatis. quia dum alliciuntur seculari delectatōne alienātur a veritatis cognitione. Judicum. v. Petenti aquā lac dedit. Homo deditus seculari voluptati si studendo petat aquam sapientie salutaris inueniet lac voluptatis singularis et ideo tm̄ ꝓficit in cognitōne veritatis. Tercio creuit btūs dñicus in irradiatōne exēplorum. puerbio. iiij. Justoꝝ semita quasi lux splendens crescit ⁊ ꝓficit usq̄ ad perfectum diem. isti iusti ꝓfecti non solum inducunt ꝓ straturam publicam mandatorum sed et ꝓ semitam ꝓsilioꝝ. puerbioꝝ. iiij. Etiam sapientie monstrabo tibi. ducam te ꝓ semitas equitatis quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui et currēs non habebis offendiculum. Per istas semitas equitatis dñs beatum dñicum deduxit et ideo offendiculū nō inuenit ꝓ qđ a via veritatis vellet ⁊ posset auerti. istius viri iusti semita vt dicere ceperam creuit usq̄ ad ꝓfectum diem. Dies ꝓfectus potest dici ꝓfectus sue perfectōnis. Genē. vj. Noe vir iustus atq̄ perfectus fuit in generationibus suis. cum deo ambulauit ⁊ genuit tres filios Sem Cham ⁊ iaphet. per noe qui fuit gubernator arce ꝑt signari beatus dñicus qui fuit institutor regularis obseruantie Iste sicut ibidem dicitur genuit filios et in generatōne istorum spiritualium filioꝝ fuit incrementū corone sue et premioꝝ suorum. j. Ad thessalo. ij. Que est enim nostra spes aut gaudium aut corona glorie. nonne vos ante dñm iesum christum. Quarto creuit beatus dominicus in assecutione premiorū. Eccī. ij. Sustine sustentatōnes dei. coniungere deo et sustine vt crescat in nouissimo vita tua. nos debemus sustinere sustentatōnes dei quantum ad regularem institutōnem inspiratione sancti spiritus predecessoribus nostris sanctis patribus reuelataꝫ. ista sustentatio debet esse nobis facilis ⁊ suauis quia et suaui et leui iugo domini procedit Mathei. xj. Jugum meū suaue est ⁊ onus meum leue. Sic ergo benigne debemus sustinere. et sequitur hic. coniungere deo. tunc deo coniungimur qñ ipsi ꝓ charitatē

vnimur. Vnde Augustinus subdit. Fides subijcit. spes erigit. charitas vnit. Et notā dum est q̄ quando sapiens dixit sustine sustentationes. quod exponitur quantum ad regularem institutionem. iterato subiūxit. et sustine. quod intelligendum est quātum ad capituli correctionem. que q̄uis aspera sit fit tamen ad religiosorum emendationem. secunda. Ad thimoteum. iij. Argue obsecra increpa in omni patientia et doctrina. et qui sic faciunt et cum omni benevolentia redargutores audiunt incrementum vite eterne sibi acquirunt. ꝓpter quod subditur. vt crescat in nouissimo vita tua. vita hominum bene disciplinatoꝝ crescit in presenti vita augmento meritoꝝ in futura cumulo premiorum. et longitudinis dierum. in dextra eius et in sinistra illius diuitie et glorie. Ad quas diuitias et gloriam nos perducere dignetur. qui viuit et regnat in secula. Amen.

¶ De sancto Dñico ¶ Sermo. II.

Positus sum ego predicator. ij. Thimotei. j. In verbo propositio duo notātur in quibus institutio et nominatio ordinis fratrum predicatorum designatur. et a quibus beatus dominicus institutor ordinis commendatur. ℣ Primo ergo notatur officij predicandi impositio. cum dicitur. positus sum ego. Secundo notatur executio officij impositi. cum dicitur. predicator. Sciendum est ergo q̄ beatus dominicus positus fuit ad quattuor. primo enim fuit positus ad discussionem agendorum. scdo positus fuit ad multiplicatiōz meritoꝝ. tercio positus fuit ad tolerantiā aduersorum. quarto positus fuit ad eruditionem indoctorum. ℣ Primo ergo positus fuit beatus dominicus ad discussionem agendorum. Abacuc. j. Domine in iudicium posuisti eum et fortem vt corriperes fundasti eum. ℣ Predicator vbi diuini primo debet seipsum iudicare vt post iudicij sui et correctionem sequentem sanior conscientia alios possit corripere. prouerbioꝝ. xx. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. Ratio dicitur rex in regno anime que in culmine mentis tanquam in solio iudicij debet residere vt intuitu sue discretionis sciat bona a malis discernere. bona eligere. mala fugere et etiam dissipare. beatus dominicus ad modū alterius hieremye positus fuit ad dissipationē maloꝝ et edificationē bonoꝝ. Hieremie. j. Constitui te super gentes et regna vt euellas et destruas et dispergas et dissipes. istud intelligitur quantum ad spinas et vrticas viciorum quas debemus destruere. et sequitur. et edifices et plantes. istud intelligitur quantum ad arbores fructiferas virtutum et bonorum morum quas debemus predicando plantare. dicatur ergo. domine in iudicium posuisti eum. et sequitur. et fortem vt corriperes fundasti eū. Fundamentum christiani est habitus fidei. j. Chorinteoꝝ. iij. Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est qd̄ est christus iesus. Dicit glosa id est fides christi. in isto stabili fundamento debemus firmiter stare et sic non poterimus machinamenta diabolica formidare. j. Petri. v. Aduersarius vester diabolꝰ tanquam leo rugiens circuit querens quē deuoret cui resistite fortes in fide. Qui sic fundatus est in fidei stabilitate et discretiō in sui iudicio et discussione per doctrinam diuinitus inspiratam secure potest alios arguere siue corripere. ij. Thimo. iij. Omis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum ad arguendum ad corripiendū ad erudiendum in iusticia vt perfectus sit hō dei ad omne opus bonum instructus. Secundo positus fuit beatus dominicus ad multiplicationem meritorum. Johannis. xv. ℣ Posui vos vt eatis et fructum faciatis et fructus vester maneat. Dominus

ponit electos suos in ecclesia sicut paterfa milias ponit operarios in vinea sua vt vnusquisq; secundum laborē suam merce dem recipiat. Mathei.xx. Voca operarios et redde illis mercedem suam. operarios dicit id est viros bonos · viros iustos in ecclesia dei tanq̄ in vinea laborantes non fastidiosos ⁊ ocio torpentes. ꝓpter qđ di/cit. posui vos. et sequitur. vt eatis. Viri enī sancti debent de virtute in virtutem de bo no in melio? ire vt tandē deū deorū in syon mereantur videre. contra multos qui non ꝓcedunt sed magis retrocedunt. Vita pe nitentium siue quorumlibet bonor̄ simi/lis est scale per quam videmus gradatim ascendere. Genesis. xxviij. Jacob vidit scalam stantem super terram et eius ca/cumen tangens vsq; ad celum qui p̄ istā scalam dedignantur ascendere oportebit eos finaliter sine scala ad infernale precipi cium descendere. sed iste ascensus qui fit p̄ scalam penitentie fructuosus debet esse. vnde subditur. et fructum afferatis. Ma/thei.iij. Facite dignos fructus penitentie. omnis enim arbor que non facit fructum bonum excidetur. et in ignem mittetur. au diant et timeant ociosi quia ocio torpētes ꝓbabiliter debent timere penam eterni in/cendij. Diligenter ergo debemus sanctifi cationi mentis et fructibus bonor̄ operū insistere. isti enim fructus non possunt cō gelari nec computrescere. Romanor̄. vj. Habetis fructum vestrum in sanctificatō nem finem vero vitam eternaz. ecce q̄ san ctificatio mentis et fructus bone operatio/nis perducit ad eternitatem vite celestis. et ꝓpter hoc subditur. et fructus vester ma neat. Revera ille fructus in eternum ma/net qui nec fine clauditur nec terminū ha bet. Tercio positus fuit beatus dominicus ad tolerantiam aduersorum. j. Ad thessa. iij. Nemo moueatur in tribulatōnib⁹ istis ipsi enim scitis q̄ in hoc positi sumus. Ne mo enim debet moueri a stabilitate fidei. ꝓpter impulsum cuiuscunq; tribulatōis. Nam ad tolerantiam tribulationum su/mus positi. via enim regia elector̄ est per tribulationes vel tolerantias aduersorum dictum. xiiij. Per multas tribulatōnes oportet nos intrare in regnum celorum. Debemus ergo ꝓ christo aduersitatez vel tribulatōnes patienter sustinere vt p̄ illas ꝓbati possimus ad coronaz regni celestis puenire. Jacobi. j. Beatus vir qui suffert tentationem qm̄ cum ꝓbatus fuerit acci/piet coronam vite. Quarto fuit positus beatus dominicus ad eruditionem indo/ctorum. j. thimothei. j. Deo aūt grās ago qui me confortauit in christo iesu dño no stro quia fidelem me existimauit ponens in ministerio. Beatus dñicus fidelis fuit seruus et prudens quē constituit dñs su/pra familiam suā vt det illis cibum in tē/pore. Matb. xxiiij. Beatus dñicus in tēpo re sue predicatōnis dedit familie christi ci bum sancte eruditōis. vnde ipse sollicite vigilauit in omnibus laborauit et suū mi nisterium cum omni diligentia adimple/uit qm̄ euangelium christi fidelibus p̄dica uit. ij. thimotei. iiij. Tu vero vigila in om nibus labora opus fac euangeliste. mini/sterium tuum imple. Adimpletio ministe rij est acquisitio saluris animaz ad hono/rem christi. j. Ad thessa. v. Non posuit vos deus in iram sed in acquisitionem salutis p̄ dñm nostrum iesum christum. sic dñs iesus christus beatum dñicum fidelem et istimauit ponens in ministerio predicatio nis. cui attestatur visio facta de duobus aplis petro ⁊ paulo. Ḃtūs paulus visus fuit ei dedisse librum. beatus vero petrus baculum. Datus fuit ei liber vt euangeli um christi predicaret. datus fuit ei bacu/lus vt p̄dicando euangelium p̄ castella et ciuitates discurreret. Sic ergo primo no/tatur impositio officij predicandi. cum di citur. positus sum ego. Secundo notatur executio officij impositi. cū dr. predicator Sciendum est ergo q̄ sunt quattuor que debent p̄dicatores christi predicare. primo

enim debent predicare indulgentiam pec/
catoꝝ.scdo debent ꝑdicare directõez gres/
suum nostroꝝ.tercio debent predicare mor
tificationem viciorꝝ.quarto debent predi/
care appropinquationez regni celoꝝ. ¶Pri
mo ergo debent predicare indulgentiã pec
catorum. Isaie.lxj. Spiritus domini sup
me eo ꝙ vnxerit me. Dominus ad annũ
ciandum mansuetis misit me.vt mederer
contritos corde et predicarem captiuis in
dulgentiam. Captiui vel miseri peccato/
res possunt appellari.prouerbiorum. dec/
moquarto. Miseros facit populos pecca/
tum. ¶Peccata enim peccatores captiuant
et ipsos tanquam captiuos illaqueant et
constringunt.prouerbiorum. quinto. Ini
quitates sue capiunt impium. et funibus
peccatorum suorum quisq; constringitur.
Istis captiuis indulgentia predicatur qñ
redemptio facta per christum ꝛ peccatoruz
remissio renunciatur. Isaie.lxiij. In dile/
ctione sua et indulgentia sua ipse redemit
eos. Christus in dilectõe sua dedit nobis
remissionem peccatorum. Apocalipſ. pri
mo. Dilexit nos ꝛ lauit nos a peccatis no/
stris in sanguine suo.sed indulgentia sua
redemit nos per ꝓciam sanguinis effusio
nem ꝛ liberationem perditoꝝ.j. Petri.j.
Non corruptibilibus auro vel argento re/
dempti estis de vana vestra conuersatõne
paterne traditõis sed ꝑcioso sanguine qua
si agni incontaminati ꝛ immaculati iesu
christi.sic ergo predicator debet predicare
indulgentiam peccatorum. Isa.xxvj. In/
dulsisti genti per lauacrum regeneratõis
et renouatõis spiritussancti a peccatis ori/
ginalibus abluendo. indulsit ꝛ dominus
genti ꝑ asperitatem penitentie a peccatis
actualibus liberando. Secundo debent ꝑ
dicatores christi ꝑdicare directionẽ gres/
suum nostroꝝ. Hieremie.septimo. Sta
in porta domus domini ꝛ predica ibi ver/
bum istud et dic. Bonas facite vias vras
et studia vestra ꝛ habitabo vobiscuz in lo
co isto. Bonas facimus vias nostras qñ
incedimus per viam diuinorum mandto
rum tuorum. Cñ.ps. Cum dilatasti cor
meum. Bona etiam facimus studia nra ꝑ
discussionem ꝓscientiaꝝ nostraꝝ ꝛ ammo/
nitionem offendiculoꝝ siue peccatorum.
Actuum.xxiiij. In hoc et ipse studeo sine
offendiculo conscientiam habere ad deum
et ad homines semp. Si sic facimus viaſ
nostras bonas incedendo per viam man/
datorum et studia nostra ꝑ discussionem
ꝓscientiarum nrarum ꝛ ammonitionem
peccatorum tanq; spiritualium offendicu
lorum.tunc ꝓmittit dominus se habitatu
rum nobiscum. Et sciendum est ꝙ ex ad/
uentu tanti hospitis solent due vtilitates
consequi. ¶Prima vtilitas est amotio cũm
dolorum. Apoca.xxj. Ecce tabernaculum
dei cum hominibus ꝛ habitabit cum eis.
sequitur. et absterget deus omnem lachri
mam ab oculis eorum. et mors vltra non
erit neq; luctꝰ neq; clamor neq; dolor erit
vltra que prima abierunt. Secunda vtili
tas aduentus istius hospitis est distribu/
tio gratiarum et donoꝝ. Johannis.j. Ver
bum caro factuz est et habitauit in nobis
et vidimus gloriam eius quasi vnigeniti
a patre plenum gratia et veritatis. et sicut
ibidẽ dicitur de plenitudine eius nos oẽs
accepimus.nam de plenitudine christi om
nis distributio gratiarum procedit. Ter/
cio debent predicatores christi predicare
mortificationem viciorꝝ.j. Petri.iij. Chri
stus semel pro peccatis nostris mortuus
est.iustus pro iniustis vt nos offerret deo
mortificatos quidez carne vinificatos au/
tem spũ.in quo ꝛ his qui in carcere erant
spiritualiter aduenies predicauit.offici/
um ergo predicatoꝝ est predicatio mortifi
cationis carnalium viciorꝝ ad vinificatio/
nem spirituum siue animoꝝ. Gallatbas.
quinto. Qui christi sunt carnem suã cruci
fixerunt cum vicijs ꝛ ꝓcupiscẽtijs. sed vt
ꝑdicator securius mortificationẽ carnaliũ
viciorꝝ possit predicare a seipso debet inci/
pere.j. Chorinteorum.ix. Castigo corpus

et in seruitutem redigo te cum aliis predicauerim ipse reprobus efficiar. Vñ ap̄s. ad Romanos. ij. Quosdaz arguebat qui predicantes non furandū esse furabāt. qui predicantes non mechandum esse mechabantur. et ideo vbi alios iudicabant seipsos condemnabant. Eadem enim faciebant que non facienda esse predicabant. Quarto debent predicare christi predicatores approximationem regni celorum. Ysaie quarto. Cepit iesus predicare et dicere penitentiaz agite approp̄inquabit enim regnum celorum. Magne virtutis est penitentia per quam regnum celorum approp̄inquat. a quo homo per peccatum seip̄m elongat. Job. quadragesimosecundo. Auditu auris audiui te nunc autem oculus meus videt te. idcirco meipsum reprehendo et ago penitentiam in fauilla et cinere. Vultum debet homo satagare quomodo penitendo possit de peccatis propriis contristari vel dolere. vt per istam tristiciam que secundum deum est ad salutem eternam valeat peruenire. secunda. Ad corinteorum. septimo. Que autem secundum deum tristicia est penitentiam in salutem stabilem operatur. Ad quam salutem nos p̄ducere dignetur.

De sancto Laurentio. Sermo. I

Igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas. ps. xvij. In verbo p̄posito notantur duo a quibus beatus laurentius p̄mendatur. Primo enim notatur istius martiris gloriosa purgatio. cū dicitur. Igne me examinasti. Secdo notatur omnis peccati priuatio. cum dicitur. et non est inuenta in me iniquitas. Quantū ad primū sciendum est q̄ est quadruplex ignis. primo enim est ignis tribulatōnis. Secdo est ignis dilectōis. tercio est ignis doctrine vel eruditōnis. quarto est ignis honeste q̄uersationis. Primo ergo est ignis tribulationis. Eccī. ij. Ignis p̄batur aurum et argentum. homines vero receptibiles in camino humiliatōnis. Aurum et argentum sic in igne p̄bantur q̄ illud quod est impurum et superfluum ardore ignis consumitur. illud vero quod est purū purius et solidius p̄seruatur. sic dñs homines receptibiles in camino humiliatōnis id est aduersitatis p̄bat et ipsos sic p̄bando meliores et solidiores conseruat. Eccī. xxvij. Vasa figuli probat fornax et homines iustos tentatio tribulationis. Vasa figuli sic in fornace probantur q̄ ipsa prius mollia in fornace efficiuntur solida et humano vsui congrua. Sic mores sanctorum martirum in passionibus a deo p̄bata efficitur deo preciosa. Vñ in. p̄s. dicit. Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. sic fides sanctorum martirum a deo in passionibus p̄babatur et a christo approbabatur. j. Petri. j. Probatio fidei vestre multo pretiosior sit auro quod per ignem transit. Sic fides beati laurentij in passione et in craticule afflictōne p̄bata fuit et in p̄batione non defecit. Vnde cantatur de ipso p̄basti dñe cor meum et visitasti nocte interrogatus te dñm p̄fessus sum assatus grauas ago. Secdo est ignis dilectōis Exodi. xix. Totus autez mons synai fumigabat eo q̄ descendisset super eum dñs in igne. Synai interpretatur mensura vel mandatum per quod signantur electi mē sura mandatorū dei regulati et p̄ hoc ad vitam eternam ordinati. Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. In isto monte synai dñs descendit q̄n in cordibus ardorem siue charitatis p̄ spiritum sanctū diffundit. Ro. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nr̄is p̄ spm̄ sanctū qui datus est nobis. tunc aūt mons synai fumare dr̄ q̄n aīa iusti q̄si in quendā delicatū vaporē deuotōis resoluit. Scienduz ē q̄ fumus ex duobus p̄sueuit resolui. scilicet ex igne et viridibus ligniſ. ligna enī desiccata nō fumāt sic virida. sic fumꝰ deuotōis efficit ex duob

Ex memoria mortis christi quam pro nobis super viride lignum crucis sustinuit. prima. ℣ Petri. secundo. Qui peccata nra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui iusticie viuamus eius liuore sanati estis. De affectu dilectionis pro impenso beneficio nostre liberationis dicitur in. ps. xvij. Diligã te domine fortitudo mea dominus firmamentum meũ et refugium ⁊ liberator meus. Quomodo autem ex effusione sanguinis christi super viride lignũ crucis in precium nostre liberationis et ardore dilectionis propter beneficium nostre redemptionis resoluatur fumus deuotionis. dicitur. Joelis. ij. Dabo prodigia in celo et in terra sanguinem et ignem ⁊ vaporem fumi. Ecce q̃ ex sanguine christi in ligno crucis effusi in p̃cium nostre redemptionis et igne debite dilectionis resoluitur vapor fumi grate et iocunde deuotõnis. Unde de anima deuota que est quasi virgula fumi aromatica dicitur. Canticorum. tercio. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre ⁊ thuris et vniuersi pulueris pigmentarij. talis anima deo deuota fuit anima beati laurentij qui sicut dixit seipsum deo sacrificiũ obtulit in odorem suauitatis. Tercio est ignis eruditionis. ℣ Deutronomij. xxiij. In dextra eius ignea lex. ignis habet duplicem naturam splendoris scilicet et ardoris. sic lex christi habet potestatem illuminatiuaꝫ et inflammatiuam. Quantum ad potestatem illuminatõnis dicitur in. ps. Lucerna pedibꝰ meis ⁊ lumen semitis meis. ignis etiam habet virtutem inflammatiõis sicut et lex christi. Hieremie. vicesimotercio. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis ardens dicit dominus ⁊ quasi malleus conterens petras. Verba domini dicũtur esse quasi ignis ardens ꝓpter inflammationeꝫ animorum. Dicuntur etiã esse quasi malleus conterens petras ꝓpter emollitioneꝫ et conuersionem cordium durorum. Hieremie. quinto. Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem ⁊ populũ istum in ligna et vorabit eos ignis. ignis peccata in peccatoribus vorare dicitur quando peccatores sanctorum predicatõnibus relictis peccatis ad penitentiam conuertuntur. De hoc igne doctrine vel eruditõis poterat dicere beatus laurentius. Ignitum eloquiũ tuũ vehementer et seruus tuus dilexit illud. hoc igne doctrine vel eruditionis beatus laurentius sic in terris ardebat q̃ ignem carbonum ardentium refugerium appellabat. vnde ipe dicebat decio cesari tyranno Disce miser quia carbones tui refrigeriuꝫ mihi prestant. et tibi eternum supplicium Quarto est ignis honeste conuersatõnis. Eccles. l. Quasi ignis effulgens et thus ardens in igne. Ita laurentius fuit quasi ignis refulgens veritate doctrine. Daniel. duodecimo. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti. et qui ad iusticiam erudiunt plurimos quasi stelle in perpetuas eternitates. Fuit etiam quasi thus ardens in igne odore fame bone et nitore honeste conuersationis. Ignis enim charitatis sanctorum sic interius ardet in corde q̃ exterius redolet in honesta conuersatione. Canticorum. quarto. Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. ℣ Per odorem vestimentorum que tegunt pudenda signatur odor charitatis que operit peccata. ita q̃ circunquaq̃ ex honestate conuersatõnis diffundatur bona fama. prima ℣ Petri. secundo. Conuersatõnem vestram inter gentes habẽtes bonam vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus ex bonis operibus vos considerantes glorificent deum in tempore visitationis. Sic ergo primo notat huius martiris gloriosa ꝓbatio. cũ dr. igne me examinasti. Secundo notatur oĩis peccati priuatio. cum dr. et non est inuẽta in me iniquitas. Sciendũ est ergo q̃ est q̃druplex cã ꝓpter quã debem? cũ oĩi diligẽtia studere quo? possim? a nobis oẽm iniquitatẽ excludere.

Primo quia iniquitas grauat portantem Secundo quia vexat itinerantem. Tercio excecat considerantez. Quarto quia a deo separat delinquentem. Primo ergo debemus iniquitatem a nobis excludere quia iniquitas grauat portantem. Ysaie.j. Ve genti peccatrici populo graui iniquitate. Ille populus graui iniquitate dicitur super quem iniquitas quasi onus graue grauatur. ps. Iniquitates mee supergresse sũt caput meum et sicut onus graue grauate sunt super me. Nos ergo vincula peccatorum dirrumpamus et iugum graue iporabiciamus et iugo dñi nostri iesu christi quod leue est nosmetipsos subiciamus. Mathei.xj. Tollite iugum meũ sup vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde. iugum enim meum suaue et onus meum leue. Secundo debemus a nobis iniquitatem excludere quia vexat itinerantem. Sapientie.v. Lassati sumus in via iniquitatis et perditõis et ambulauimus vias difficiles. Vie equitatis sunt vie faciles. proverbiorum.iiij. Etiam sapientie monstrabo tibi ducam te per semitas equitatis quas cum ingressus fueris non artabuntur gressus tui et currens non habebis offendiculum. Sic ergo vie equitatis sunt vie faciles. sed vie iniquitatis sunt vie difficiles. Ysaie.v. Ve qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis et quasi vinculum plaustri peccatum. Sciendum est ergo q triplex est vanitas. primo enĩ est vanitas auaricie. secundo est vanitas supbie tercio est vanitas incontinẽtie. Primo ergo est vanitas auaricie. Eccl.xxxiij. Qui si qui apprehendit vmbrã et sequitur ventum. sic q qui tendit ad visa mẽdacia. Visa mendacia sunt ista temporalia que ad modum mendaciorum sunt vana. Eccles.j. Vanitas vanitatum et omnia vanitas Secundo est vanitas superbie. Job.xj. Vir vanus in superbiam erigitur et tanq pullus onagri se liberum natum putat Tercio est vanitas incontinentie. proverbiorum. vltimo. Fallax gra et vana est pulcritudo. que specialiter incontinentes allicit. ipsos inaniter per superficialem pulcritudinem decipit. proverbiorum. viceſimo tercio. Ingreditur blande q in nouissimo mordebit vt coluber. et sicut regulus venena diffundet. Libido ingreditur blande p superficialem delectationẽ inaniter allicẽdo sed progreditur male miserabiliter subuertendo. sed egreditur pessime venena diffundendo et infeliciter occidendo. Sciendum est ergo q vanitas auaricie secum trahit iniquitatem rapine. furti et homicidij. Vanitas superbie trahit secum iniquitatem ambitionis. litigij et contentionis. Vanitas incontinentie trahit secum iniquitatem deturpationis non solum corporis sed etiam corporis. prima. Ad corinthios. quinto. Omne peccatum quodcunq fecerit homo extra corpus est. qui autẽ fornicatur in corpus suum peccat. Sic ergo ve qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Sequitur. et quasi vinculum plaustri trahunt peccatum. Illi quasi vinculum plaustri trahunt peccatum qui seipsos diuersis peccatorum generibus illaqueant et inuoluunt per que seipsos in mortem eterne damnationis inducunt. proverbiorum. quinto. Iniquitates sue capiunt impium et funibus peccatorum suorum quisq constringitur. ipse morietur. quia non habuit disciplinam. in multitudine stulticie sue decipiet. Tercio debemus a nobis iniquitatem excludere. quia excecat [considerantem. Ose. nono. Scitote israel stultum. prophetam insanum. virum spiritualem. propter multitudinem iniquitatis tue. sicut intelligo duplex est spiritus. scilicet spiritussanctus et spiritus immundus. Unde sicut vsitato modo homo dicitur esse spiritualis qui est plenus spiritusancto. sic in loco isto q/si singulari modo dicitur vir spiritualis propter multitudinez iniquitatis sue. qui plenus est spũ immũdo. Luce. vndecimo

Spiritus immundus cum exierit ab homine assumit septem alios spiritus secum nequiores et ingressi habitant ibi et fiunt nouissima illius peiora prioribus. Sic ergo multitudo iniquitatis faciet hominez stultum ꝓpheram insanum. in quo notatur excecatio cordis in cognitione agendorum. Iniquitas enim est macula excecās oculum cordis ne recte cognoscat bona spiritualia. sicut macula corporis excecat oculum corporis ne recte videat temporalia. Job. xj. Si iniquitatem que est in manu tua abstuleris a te et non permanserit in tabernaculo tuo iniusticia. tunc leuare poteris faciem tuā absq; macula. Iniquitas manus pertinet ad peccatum operis. iniusticia tabernaculi hoc est mentis pertinet ad peccatum cordis. que duo si ammouentur duplex macula ab homine remouetur vt sic deus visione btā videatur. Matthei. v. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. quia ergo beatus laurentius seipsum ab iniquitate custodiuit cum eo qui est candor lucis eterne et speculum sine macula immaculatus fuit et immaculatus ambulauit. ps. xviij. Et ero immaculatus cū eo et emundabor a delicto maximo. Quarto debemus a nobis iniquitatem excludere quia a deo separat delinquētem. Isaie. lix. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos et deum vestrum. et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis. Dura est diuisio ista et damnosa que separat a visione dei gratiosa. Hester. xv. Valde admirabilis es domine z facies tua plena est gratiarum. In visione faciei christi non solum est plenitudo eterne glorie. Johannis. septimo. Hec est vita eterna vt cognoscant te deum solum verum et quem misisti iesum christum. Ad quam vitam nos ꝓducere dignetur qui viuit et regnat in secula seculorum Amen.

De sancto Laurentio. Ser. II.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem. Psalmo. quadragesimo In verbo proposito duo notantur a quibus beatus laurentius cōmendatur. Primo a pia vel deuota affectione. cum dicitur. qui intelligit super egenum et pauperem. Secundo commendatur a condigna retributione. cum dicitur. beatus. Quantum ad primum sciendum est ꝙ est quadruplex paupertas. primo enim est paupertas census. secundo est paupertas sensus. tercio est paupertas culpe. quarto est paupertas humilitatis vere. Primo est paupertas census. de qua Deutromij. xv. Non obdurabis cor tuum nec contrahes manum sed aperies eam pauperibꝰ. In verbo isto tria notantur. Primo enim notatur compassio cordis. cum dicitur. non obdurabis cor tuum. Secūdo detestatio auaricie vel cupiditatis. cum dicitur. nec cōtrahes manum. Tercio effectus boni operis. cum dicitur. sed aperies eam pauperi. Primo ergo debet esse in bono homine compassio cordis. Job. viceſimo. Flebam quondam super eo qui afflictus erat et compatiebatur anima mea pauperi. Sicut enim ex fonte deriuantur riuuli sic ex pio corde debet effectus boni operis deriuari. Contra multos qui nec pauperibus compatiuntur ex corde. nec manum eis aperiunt in bono opere. propter quod hic subditur. nec contrahes manum. ibi notatur detestatio cupiditatis contra auaros qui manus habent agiles et porrectas ad accipiendum. sed habent eas paraliticas ad dandum. Ecclesiastici. quarto. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum et ad dandum collecta Tercio notatur exhibitio boni operis. cum dicitur. sed aperies eam pauperi. propter hoc in laudem bone mulieris dicitur. Manum suam aperuit inopi. et palmas suas extēdit ad pauperem. puer. vlti.

De sancto laurentio Ser. II

Contra cupidos ⁊ auaros qui quando audiunt egenos et paupes clamantes pollices suos in auribꝫ suis tenẽt: ne clamores pauperum ipsos incantent. Eccl. quarto. Declina pauperi sine tristicia aurem tuã. et redde debitum. et responde sibi pacifice in mansuetudine. Redde debitum. hic ꝑt accipi argumentuꝫ ꝙ diuites paupibus sunt debitores. vñ obligati debitis respondent qñ bonis debitis paupibus paupes sustentant. et ꝓpenter hic dicitur. respon de illi pacifice in mansuetudine. Contra multos a quibus paupes nihil reportant nisi verba dura et obiurgatões. et si aliq̃d pauperibus tribuunt non gratis ꝓferunt. sed suis obiurgatõibus illud vendunt. Ec clesi. xviij. Nonne ardorẽ refrigerabit ros sic ⁊ verbũ melius q̃ datũ. Secdo est paup tas sensus. puer. xij. Qui paupẽ increpa tões nõ sustinet. magna ẽ ista pauptas sen sus et maior pauptate cẽsus. Facile ẽ regi de vno paupere clerico facere diuitem. sed non posset facere de vno stolido et insipiẽ te clerico sapientẽ. imo hoc ad illum soluꝫ ptinet qui dat ingeniũ et voluntatẽ. Sciẽ dum est ergo ꝙ sunt tria genera hominuꝫ Quidam enĩ sunt qui increpatões nõ sustinent. secundi sustinent sed nõ tenent. tertij sustinent ⁊ retinent. Primi ergo increpatões non sustinẽt sed odio habẽt illos qui ipsos increpant. et tales sicut noctue ⁊ vespertiliones in tenebris ignorãtie semp remanent. Prouerbioꝝ. xij. Qui odit increpationes insipiens est. sicut enĩ lux solis odiosa est lippis oculis. sic lux erudi tionis doctrine ⁊ increpationũ vite odiosa est fatuis. Secundi increpatões sustinẽt sed nõ tenẽt. ipsis enĩ correctio facta vel exhibita non apparet in ipsis plus q̃ ictus in aqua. isti susceptũ documentũ mittũt in saccum ptusum. puerbioꝝ. j. Increpationes meas neglexistis. sequitur. Ego quoq̃ in interitu vro ridebo. quasi diceret De interitu vro non curabo. ille enim qui ridet non multũ videtur curare de ea re de qua ridet. Tercij sunt qui increpatões sustinent et tenent. et isti se disponũt ad sapiẽtiam. puerbioꝝ. xv. Qui increpatões custodit astantioꝝ fiet. talis fuit beatus laurentius. Nam cũ quereret ab ipso decius cesar generositatẽ suam. rñdit. quantũ ad genus hispanus sum, eruditus vel nutritus romanus. et acunabilis christianus. eruditus oim sacram scripturã ⁊ diuinaꝝ. Tercio est pauptas culpe. Apoca. iij. Tu dices qꝛ diues sum et locupleratus ⁊ nullius egeo. et nescis quia tu es miser et miserabilis et paup et nudus et cecus. Non est pauptas tam ꝓemptibilis tam vituperabilis q̃ est pauptas culpe. per illã enĩ deuenitur ad pauptatem eterne miserie. Luce. xvj. de illo diuite guloso et superbo qui operiebatur purpura et bysso. et epulabatur quotidie splendide. qui in infernũ sepultus est in morte. et ibi oppressus fuit tanta miseria et calamitate q̃ vnam gutam aque non potuit impetrare. Magna ista paupertas. vix enim pauperes inueniri possunt qui saltem de aqua non habẽt ad potandum. Quarto est pauptas humilitatis vere. Matb. quinto. Beati pauperes spiritu. qui pauperes sunt humili affectu. tales sunt de scola saluatoris qui mitis est et humilis corde. Christus humiles spiritu eligit. Jacobi. secundo. Nõne paupes spiritu elegit deus in hoc mũdo diuites in fide. qnasi diceret. imo. quia tales in parte sua vult habere. Sic ergo beatus laurentius commendatur a pia et deuota affectione. cum dicitur. qui intelligit super egenum et pauperem. ipse enim super egenos et pauperes intellectũ et affectũ applicauit. ipse thesauros ecclesie sicut de ipso legitur pauperibus distribuit Unde de ipo dicit. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi. Sicut ergo quadruplex pauptas distinguitur. sic quadruplex beatitudo reperitur ex qua brũs laurẽtius brũs esse describit. primo dr brũs p releuatõr egenor

Scdo dicitur beatus ꝓpter eruditionem indoctoꝝ. et hoc ꝓtra pauꝑtatem sensus. Tercio dr btūs ꝓpter ꝙuersionē peccatoꝝ. et hoc ꝓtra pauꝑtatē culpe. Quarto dicitur beatus ꝓpter adeptōnem premioꝝ. et hoc ꝓpter pauꝑtatē būilitatis vere. Primo ergo beatus luarētius dicitur beatus ꝓpter relevationē egenoꝝ. Matb. v. Beati misericordes qm ipsi misc̄iam ꝓsequētur. ex impensione opm misc̄die dicuntur misericordes misericordiā consequi et inuenire. Nam ꝑ impensionem opm misericordie boies de statu culpe transferuntur ad statum gre et ꝑ ꝓsequēs ad statum glorie. Un de beato laurentio ꝑt exponi illud Eccī. xxxj. Stabilita sunt bona illius in domino et elemosinas enarrabit oīs eccl̄ia sanctoꝝ. Bona beati laurentij sunt bī stabilita que in illo stabiliūtur in quo est beatitudo summa omniū bonoꝝ aggregatione perfecta. Prouerbioꝝ. viij. Decum sunt divitie ⁊ gloria opes superbe ⁊ iusticia. ipse fuit ille beatus dives de quo dicit Eccī. xxxj. Beatus dives qui inuentus est sine macula qui post aurū non abijt. ꝛ aurum quasi lutuꝫ ꝓtempsit. Job. xlj. Ecce net sibi aurum quasi lutum. Scdo fuit beatus laurentius btūs ꝓpter eruditōem in doctoꝝ et hoc ꝓtra pauꝑtatem sensus. ꝑs. Beatus homo quē tu erudieris dñe et de lege tua docueris eum. Beatus laurentiꝰ fuit a dño edoctus et in lege eius eruditus Un de et beatus sixtus ei semina verbi divini eroganda ꝓmisit. et quibus decium cesarem supauit et multos in fide christi solidauit et in bonis moribus informauit. et ꝓpter hoc ipsos a pauꝑtate sensus liberauit. Eccī. xxxix. Spiritu intelligentie repleuit eum et ipse tanq̄ imbres mittet eloq̄a sapiēie sue. Tercio fuit beatus laurentius btūs ꝓpter ꝙuersionē peccatoꝝ. ꝓtra pauꝑtatem culpe. Apoca. xvj. Beatus qui vigilat et custodit vestimēta sua ne nudus ambulet et videant boies turpitudinē eius. ista vestimēta nō sunt corꝑalia sed spūalia virtutum et morum ornamenta. vestimenta enim corꝑalia beatus laurentius ꝓmsit qn exutus vestimentis suis nudus super cratem ferream suppositis ignitis carbonibus fuit extensus. et ibi sacrificium se ipsum deo obtulit. vnde dicebat. Ego me ipsum sacrificium deo obtuli in odorē suauitatis. beatus laurentius non solum ista vestimenta virtutū ⁊ morum custodiuit ꝛ vestimēta ꝓsimilia ab alijs amissa vel ꝓdita recuꝑauit qm ipos ab iniquitate auertit Malachie. ij. In pace et equitate ambulauit ⁊ multos auertit ab iniquitate. Quarto fuit btūs laurentius beatus ꝓpter adeptionem premioꝝ. et hoc quia habuit pauꝑtatē vere humilitatis. ꝑs. Ego vere mēdicus sum et pauper et dñs sollicitus est mei. Dñs ita ꝑ beato laurentio sollicitus fuit ꝙ sup ipm oculo charitatis respexit. Isaie. lxvj. Ad quem respiciā nisi ad pauperculum et ꝓtritum spū ⁊ trementem sermones meos. talis pauperculus fuit btūs laurentius. et ideo quia humilis fuit est a deo exaltatus. Humiliamini sub potenti manu dei vt exaltet vos in tpe visitatōis. j. Petri. v. Vere enī humiliatus in gloria est beatus. Job. xxij. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Ad quam nos perducere dignetur.

De spinea corona dñi. Sermo. I.

Data est ei corona et exiuit vincens vt vinceret. Apoca. vj. In verbo ꝓpositio tria notantur. in quibus virtus ⁊ efficacia passionis christi mōstratur. Primo enī describitur ab ingressu incarnatōnis. cum dicitur. Data est ei corona. Secūdo a ꝓgressu predicatōnis. cum dicitur. et exiuit. Tercio describitur ab egressu in quo fuit precium nre liberatōis. cum dr. vincēs vt vinceret. Quantum ad primū ergo sciendum ꝙ triplex fuit corona dñi. Prima

De spinea Corona Sermo .I.

corona fuit carnea. secunda spinea. tercia aurea. Prima ergo corona dñi fuit corona carnea. Cantico.iij. Egredimini filie syon et videte regem salomonē in diademate quo coronauit eum mē sua. filie syon sunt aīe sancte in specula p̄emplatōis eleuate. que debēt p̄ sideratōnem egredi vt videant regē suum coronatū corona qua ip̄m mater sua id est btā maria in vtero suo circundedit in assumptōe carnis qñ misit deus filiū suum factū ex muliere natū sub lege. et sic eos qui sub lege erant redemit. et hoc qñ verbū caro factū est et habitauit in nobis. Jo.j. qñ vidimus eū non solū vnigenitū a p̄re & vnigenitū a matre plenū gr̄a & veritatis. Jo.j. Et sciendū q̄ ista coronatio assumptōnis sue carnis facta fuit in die desponsationis sue qñ sibi humanam naturā in matrimonio q̄si inseparabiliter copulauit. Osee.ij. Desponsabo te mihi in sempiternū. hanc incarnatōez p̄rebat aīa sancta. Cāticoz.viij. Quis te frātrē meū sugēntē vbera matris mee vt inueniaz te solum foris & deosculer te & tā me nemo despiciat. Tunc eñ xp̄s frater noster effectus est qñ naturā humanā sibi cōiunxit. ad lr̄am. vbera matris nr̄e. i. beate marie dei genitricis dñs noster ihesus cristus suxit qñ ipsum lactauit beata maria. Luc.xj. Btūs venter qui te portauit & vbera que suxisti. Foris est inuentus qñ in terris visus est & cū hominibus p̄uersatus est. Baruth.iij. sequit vt deosculer te. in osculo fit p̄iunctio labiorum. sic fidelium ad cristū debet esse p̄ fidē et dilectōem p̄iunctio aīoz. Can.j. Osculetur me osculo oris sui. sequitur hic. et iam nemo me despiciat. ex incarnatōe cristi humana natura nō est despecta & post honorata. vñ cū btūs iohānes ap̄lus angelum vellet adorare qui tam sedule satagebat ei secreta celestia reuelare. dixit ei vide ne feceris. p̄seruus eñ tuus sum & fratrū tuoz nec mirū si angeli in veneratione magna habent humanā naturam quā in xp̄o vident sup̄ oñes choros angeloz exaltatam.

Scdo habuit christus coronam spineam. Johannis.xix. Milites plectentes coronā de spinis imposuerunt capiti eius & veste purpurea circundederunt eū. per istam coronā despinis factā curata fuit infirmitas būane culpe vel iniquitatis. Cū in officio matutinaz dicitur. spina que pupugerat patientem dñm. penitētes liberat a p̄ctis criminū. nec sic voluit dñs istā coronaz sibi tamq̄ regi solum retinere. imo voluit eam ap̄lis suis & martiribz p̄cedere. vnde cuilibet istoz dicitur. Coronās coronabit te in tribulatōne. Isaie.xxij. His replicat nomē coronatōnis. qz ap̄li & martires fuerunt coronati tribulatōe in verbis p̄tumelioſis & in grauibus tormentis. sed in his oñibus legitime certauerunt & ideo a christo meruerūt coronari. ij. Thimo.ij. Non coronabit̄ nisi qui legitime certauerit. neq̄ enim mors neq̄ vita neq̄ exquisita tormenta potuerunt ipsos separare a charitate christi. Apoc.ij. Esto fidelis vsq̄ ad mortem & dabo tibi coronam vite. Tercia corona quā habuit christus fuit corona aurea. Eccl.xlv. Corona aurea sup̄ mitram eius expressa signo sanctitatis. Corona aurea dicitur esse sup̄ mitrā xp̄i qz ipse solus rex summus vel sacerdos vel pontifex fuit. hebreoz.ix. Christus assistens pontifex futurorum bonoz. cē. Ista corona aurea super mitram christi fuit expressa signo sanctitatis. que expressio in multis apparuit. Primo in eius passione ꝛruosa. Scdo in eiꝰ resurrectōe gloriosa. Tercio in eius ascensione iocunda. Quarto in missione spūs̄ sancti fructuosa. Quinto in ap̄loz suorūz sanctitate miraculis plena. Hoc est id signum de quo dicitur. Marci vlti. Signa aūt eos qui crediderunt. hec sequent̄. in nomine meo demonia eiicient. linguis loquētur nouis. serpentes tollent. & si mortiferū quid biberint non eis nocebit. & sup̄ egros manus imponēt & bene habebūt. Hec est expressio sanctitatis christi p̄ter quā expl̄sionem sanctitatis nō solū ad regnuz celeste

tanq̃ ad obtentionem hereditatis. non solum sicut heres legitimus ex natura veritatis. sed quasi p quandã acquisitõez ex pretio humanitatis quodã iure acquisitõis p passionem puenit. Hebreoz. ij. Videmus iesum ꝓpter passionẽ mortis gloria et honore coronatũ. Sic ergo primo ꝓmendatur iesus christus ab ingressu sue incarnatõis cum dr. Data est ei corona. et ista corona triplex est sicut supius est distincta. que triplex corona in capite iesu posita est qđ elegant. zacharie. vj. signatur vbi dr. Faci es coronas et pones in capite iesu. Scđo describitur dñs nr̃ iesus christus a ꝓgressu sue ꝓdicatõnis. cũ dr. et exiuit. Sciendũ ergo q dñs nr̃ iesus christus exiuit tripliciter. primo enĩ exiuit p bñficium incarnatõnis. scđo exiuit p officium ꝓdicatõnis. tercio exiuit p exhibitum ꝓcium nr̃e reparationis. Primo ergo exiuit dñs noster iesus p beneficiũ incarnatõnis. Eccĩ. xxiij. Ego quasi fluuius dorix et sicut aquedu/ctus exiui de paradiso. Dorix interpretatur medicamentũ generatõis in quo signatur charitas christi et eius hũanitas p quam obtinuimus grãm sanitatis. ipse enĩ fuit ille optimus vnguentarius de quo. Eccĩ. xxxviij. dicitur. Unguentarius pigmenta faciet suauitatis et vnctõnes ꝓficiet sanitatis. p ipm facte sunt vnctões sanitatis. qñ infirmi diuersis languoribus curati sunt. et mortui resuscitati fuerũt. Matb. xj. Eũntes renũciate iohanni que vidistis et audistis. Dñs tanq̃ iustus volebat q aliquis p ipso deponeret testimoniũ nisi de illis q tanq̃ visa et audita audacter posset ꝓponere in iudiciũ. Uñ et subdit. ceci vidẽt. claudi ambulant. leprosi mundãtur. surdi audiunt. mortui resurgunt. pauꝑes euangelisantur. ꝓpter qđ hic dñs nr̃ iesus xp̃s dicitur fluuius dorix qz fuit medicamentum humane generatõnis. sequitur hic. et quasi aqueductus exiuit de paradiso. natura aq̃ ductus est q tantũ ascẽdit quantũ descendit. et ꝓpter hoc ꝓpetẽter dñs iesus christus se aqueductui ꝓpauit. quia et de celo descẽdit et ad celum ascendit. ps. A summo celo egressio eius et occursus eius vsq̃ ad summum eius. vñ exitum aule regie a qua exierat et descensum miserie ad quã p nobis descenderat describit. Jo. xvj. Exiui a patre et veni in mundũ et iterũ relinquo mũdum et vado ad pr̃em. exponamus ita breuiter. Exiui a pr̃e p eternam generationẽ. et veni in mundũ p tpalem carnis assumptionem. et iterum relinquo mundũ id est mundi miseriam. et ascendo ad patrẽ id est ad patris gloriã vbi christus est in dextra dei sedens. Scđo exiuit p officium predicatõnis. Luce. viij. Exijt qui seminat seminare semen suum. sicut ibidẽ dicitur. semen est verbum dei. sator aũt christus. semen ergo seminare nihil aliud est q̃ verbum dei ꝓdicare vel docere. Sic ergo xp̃s verbum seminabat qñ verbũ suum in virtute et pr̃ate ꝓponebat. Matbei. vij. Erat docens eos sicut potestatẽ habens et non sicut scribe et eoz pharisei. Ille in pr̃ate dicitur docere cuius doctrinã ꝓcomitatur bonitas vite. primo vt in seipso ostendat qđ alijs ꝓdicat. sicut christus ostendit in se. de quo Actuum. j. legitur. Cepit iesus facere et docere. contra multos qui fm sanctum euangeliũ bona et honesta ꝓdicant p latẽtem aũt maliciam et exterius in signis patentem ꝓdicationem suam deturpant quibus ꝓpterit id. Geñ. xxvij. Vox quidẽ vox iacob est manus aũt manus sunt esau. vox ꝓdicatoris vox iacob est qñ laudabiliter ꝓponit verbũ diuinũ sed manus eius sunt manus esau qñ reꝓhensibiliter seipsum exrendit ad opus malum. Tercio exiuit p exhibitum bñficium nostre reparationis. Johannis. xix. Exiuit ergo iesus portans spineam coronam et purpureum vestimentũ In hoc q exiuit iesus portans coronã spineam designatur eius afflictio. in hoc q exiuit portãs purpureũ vestimentũ designatur eius irrisio. vt p spineam coronã nobis ostenditur q p ipso spinas tribulationũ

libenter sustinere debemus.et p purpureo vestimento in quo irrisus fuit.p ipso irrisiones in omni patientia portaremus.sed sicut boni milites post regem suum eyeunt vt ad modū voluntate eius faciant ita fideles christi post ipm exire debent vt seipos p christo sicut p ipis se exhibuit ita t ipsi se exhibeant.Hebreo.xiij.Exeamus ad eum extra castra improperiū eius portantes.christus improperia peccatoz portauit p populo suo vñ et quilibet improperium eius debet assumere in seipso.nā istud nō vacat a merito sed remuneratur future ciuitatis glorioso premio.et ideo ibidem subditur.nō habemus hic manentē ciuitatem.sed futurā inquirimus homo pauper qui nō habet p prium hospitiū in quo possit pistere siue quiescere pducit alienū hospicium quo possit quoquo modo remanere t id hospitiū modo consueto pducit ad annum.sed non est aliquis qui sciat si habeat hospicium p diē vnum. ad illam ergo mansionē totis visceribus aspiremus quam futurā nobis tanq hereditariā expectamus.Tercio describitur nobis christus ab egressu in quo fuit preciū nostre liberationis.cum dicitur.vt vinceret.Duplicat in hac autoritate brūs iohannes nomē victorie.Christus enī vicit dupliciter.Primo enī vicit paucos de iudeis id est apostolos t discipulos ad familiaritatē suam trahendo vel vocando.sed postmodum vi cit aliter vt p predicationē istoz ad christum vocaretur gentiū multitudo.Actuū.xiij.Vobis oportebat primū loqui verbū dei sed qm repellitis illud t indignos vos iudicatis vite eterne. ecce cōuertimur ad gentes sic enī nobis precepit dñs.Sciendum est ergo q dñs vicit tripliciter. primo enī vicit falsitatem veritate.secō vicit fortitudinem potestate. tercio vicit vanitatem firmitate vel stabilitate.Primo ergo christus vicit falsitatez veritate.ij.Esdre.iij.Sup omnia vincit veritas.Christus est ille qui de seipso dicit.Ego sum veritas via et vita.Iohannis.xiiij.Christus est via ducens.veritas lucens.vita indeficiens.iste qui est veritas omnia vicit quia nullus in sciētia vel veritate pt ei cōparimo oportet omnem creaturā sua scientia superari.Job.xxxvj.Ecce deus magnus vicens scientiam nr̄am numerus annoꝝ eius inestimabilis.Quid mirum si sapiētia dei sapientia nr̄a vincitur cum numerus dierum eius inestimabilis dicatur. nos dicimus q antiqui debent esse sapientes.dicimus etiaz q nemo eligit iuuenes esse duces.eo q non pstat eos esse sapientes Job.xij.In antiquis est sapiētia t in multo tpe prudentia.Quomodo ergo creatū se auderet creatori suo pparare cuius ānos non pt aliquatenus numerare.Sapiētia enī que christus est de seipa dicit.Ego sapientia ex ore altissimi prodij primogenita ante omnē creaturam.Eccī.xxiiij.Antiquiores annos iuniozꝝ cognoscere debent. sed iuniores annos antiquoꝝ ignorant. et ideo ociosi qñ de annis antiquoꝝ inquiruut et si non sunt ociosi videntur tñ esse ociosi.Secō vicit fortitudinem potestate. Luce.xj.Fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia que possidet si autem fortior illo superueniens vicerit eū vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat t spolia distribuet.Fortis armatus est christus p quem diabolus qui fortis armatus erat et fere omnes in carcerem sua potestate trahebat est devictus et armis tētationum crudelium cq veratōne hominum qui demoniaci vocari pflueuerunt p magna parte exspoliatur.spolia aūt que ei? esse consueuerāt p christum aplis suis cū psimilibus in diuersa t honorabilia ecclesie officia distributa sunt.Ephe.iiij.Ipse dedit quosdaz aplos quosdā aūt p̄phetas alios vero euangelistas.alios aūt pastoreſ et doctores ad pfummationem sanctoꝝ in opus ministerij in edificationē corpis christi.Tercio vicit vanitatē firmitate vel stabilitate.Johānis.xvj.Confidite ego vici

mundum. Christus vicit mundum qui mundi vanitatem non dilexit. Unde cum iudei vellent ipsum rapere vt eum facerēt regem ab ipsis fugit. sicut dicitur. Johannis. sexto. Nos exemplo ipsius si filij eius esse velimus mundi vanitatem fugere debemus. et secundum istam viam pro modulo nostro christi exemplo vicimus. prima. Johannis. quinto. Omne quod natum est ex deo vicit mundum. si ergo nati vel filij christi sumus mundū contemnamus ꝛ per contemptū mundi ipsum vincamus vt dulcedinē vite eterne assequamur. Apocalipsis. secundo. Uincenti dabo manna absconditum. istud manna absconditum est refectio eterne iocunditatis quam et si deus modo abscondet a nobis tamen ostendet nobis in tempore sue retributionis. Ad quam nos perducere dignetur qui viuit ꝛ regnat in scla. Ameu.

De spinea Corona dñi. Ser. II.

EGredimini et videte filie syon regem salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Canticorum. tercio. In verbo ꝓposito tria notātur ad que sacra scriptura nos hortatur. Primo enī hortatur nos ad studium considerationis cum dicit. Egredimini ꝛ videte filie syon Secundo ponit considerationis obiectū. cum dicit. regem salomonem. Tercio subdit considerationis fructum. cum dicit. in diademate quo coronauit eū mater sua. Quantum ergo ad primum dicit. Egredimini ꝛ videte filie syon. Sciendum ergo ꝙ tria sunt ad que debem⁹ egredi. primo enim debemus egredi ad studium cōsiderationis. secundo ad exercitium bone operationis. tercio ad fastigium sancte cōtemplationis. Primo enim egredi debemus ad studium considerationis. Genes. xxiiij. Isaac egressus erat ad meditandum in agro declinata iam die. In ista autez auctoritate modus scolarium studentium ꝯmittitur qui inclinata iam die id est circa vesperam ad agros egrediūtur vt circa ea que audierunt ꝛ studuerunt meditentur. vt audita vel lecta frequenti meditatione memorie cōmendentur et sic sapientia acquiratur. Non enim sapientia de facili potest acquiri sine frequenti meditatōne ꝛ inquisitione diligenti. Proverbiorum secūdō. Si sapientiam inuocaueris ꝛ inclinaueris cor tuum prudentie et quesieris eā quasi pecuniam ꝛ sicut thesauros effodieris illam tunc intelliges timorem domini et scientiam dei inuenies. Illa diligenter querere solemus que magni valoris esse reputamus. sapientia enim diligenter debet inquiri cuius valori nihil desiderabile potest comparari. Proverbiorum. tercio. Preciosior est sapientia cunctis opibus. et omnia que desiderantur huic non valent comparari. Secundo debemus egredi ad exercicium bone operationis. Canticorum. septimo. Egrediamur in agruz cōmoremur in villis mane surgamus ad vineas. Tria sunt operum genera que ponit hic sacra scriptura. quedaz enim sunt opera laboriosa. que tangit sacra scriptura. cū dicit. Egrediamur in agrū. Quedam sūt opera studiosa. que tangit. cum dicitur. cōmoremur in villis. Quedam sunt opera delicioſa. que tangit cum dicit. mane surgamus ad vineas. Primo ergo tāgit opera laboriosa. cū dicit. egrediamur in agrū. Agricole enim agrum egrediuntur ꝛ ibi laboriosis operibus implicantur. homines enim ad laborem nascuntur. Job. v. Homo nascitur ad laborem sicut auis ad volatum. Opera bona quanꝯ sint laboriosa non tamen sunt euitanda quia sunt fructuosa. j. Chorinteorum. ix. Unusquisqz ꝓpriam mercedem accipiet secundum suum laborem. dei enī sumus adiutores. dei agricultura estis. dei edificatio estis. Secundo tangit opera studiosa. cum dicit. cō

moremus in villis. in villis enim commorātur ſtudioſi tam in liberalibus diſciplinis q̄ in artibus mechanicis. et quicquid ſit de artibus aliis precipue et diligenter debemus ſtudere in acquiſitōne ſapientie ſalutaris que dupliciter obtinetur. ſcilicet ſtudioſo labore ⁊ diuino munere. ꝓpter laborem ſtudioſum dicitur. Sapientie. nono. Mitte illam de celis ſanctis tuis ⁊ a ſede magnitudinis tue vt mecum ſit ⁊ mecum laboret. Quantum ad munus diuinum dicit. Sapientie. nono. Difficile eſtimamus que in terra ſunt ⁊ que in proſpectu ſunt inuenimus cum labore. que in celis ſunt autem quis inueſtigabit. Senſum tuum quis ſciet niſi tu dederis ſapiētiam. Tercio tangit ſacra ſcriptura opera delicioſa. cū dicit. mane ſurgamus ad vineas. Ex vinea vinum naſcitur in quo homines letantur ⁊ etiam delectantur. Pſalmiſta. Vinum letificat cor hominis. Per vinum iſtius vinee poſſumus intelligere dulcedinem charitatis interne. hoc vino dilecti chriſti letificantur quādo charitas per ſpiritum ſanctū nobis infunditur. Romanorū. quinto. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. hoc vinum optimum dignum dilecto chriſti ad potandum. labijs ⁊ dentibus illius ad ruminandum. Tercio debemus egredi ad faſtigium contemplationis. Iſaie. vndecimo. Egredietur v̄ga de radice yeſſe ⁊ flos de radice ei⁹ aſcendet ⁊ requieſcet ſup̄ eum ſpiritus domini. yeſſe interpretatur incendium amoris. tunc ergo virga de radice yeſſe egreditur quando rectitudo intentionis de incendio amoris oritur. tunc autem flos de radice yeſſe aſcendit quando homo poſt incēdium amoris et rectitudinem intentionis ad faſtigium contemplationis ſeipſuz erigit. tunc autem ſuper eum ſpiritus domini requieſcit quando in ſeipſo ſpiritus domini conſolationem (etiam in tribulationibus) ſentit. ipſe enim eſt pater miſericordiarum et deus totius conſolationis qui cōſolatur nos in omni tribulatione noſtra. ij. Chorinteorum. j. Huius ſpiritus ſancti conſolationem in ſeipſo ſenſerat ſapiens q̄ dicebat. Sapiētie. xij. q̄ bonus et ſuauis eſt domine ſpiritus tuus in nobis. Sic et ego primo ponit ſacra ſcriptura conſiderationis actum. cum dicit. egredimini ⁊ videre filie ſyon. Secundo ponit conſiderationis obiectum. cum dicit. regem ſalomonem. Salomon interpretatur pacifi⁹. per quem chriſtus bene ſignatur qui recte pacificus dicitur. quia nos deo patri et angelis reconciliauit. Epheſios. ij. Ipſe eſt enim pax noſtra qui fecit vtraq̄ vnum. Homines per peccatum a celeſtibus ſpiritibus erant ſeparati ⁊ elongati. ſed per ſanguinem chriſti quem pro nobis peccatoribus effudit chriſtus ieſus ſunt angelis pacificati ⁊ reconciliati. Colloſ. j. Pacificās per ſanguinem crucis eius ſiue que in terris ſiue que in celis ſunt. Nos ergo exemplo chriſti informati debemus ⁊ ſicut chriſtus fuit pacificus ita et nos pacifici eſſe debemus. Sciendum eſt ergo q̄ quilibet homo triplicem pacē debet habere. Primo enim debet habere pacem ad deum. Iſaie. xlviij. Vtinam attendiſſes mandata mea facta fuiſſet ſicut flumen pax tua. Hic habes q̄ ex obſeruantia mandatorum fit ad deum pax ⁊ concordia electorū. Sed notabile eſt q̄ dicit facta fuiſſet ſicut flumē pax tua. Ego video in flumine duo ſcilicet trāquillitatē ⁊ abundantiam vel feditatem. Flumina enim tranquillius q̄ torrentes fluere ſolent. Vnde poeta. Nam qui fluuialibus vndis intumuit torrens fluit acrius anue priorem. In fluuio etiam video abundantiam. torrentes enī ſolent exſiccari non fluuij. in quo notatur q̄ pax noſtra debet eſſe trāquilla ⁊ debet eſſe multa. p̄s. Pax multa diligentibus legem tuam et non eſt illis ſcandalum. Ex obſeruatione ergo mandatorum fit ad deum reconciliatio animorum ⁊ multiplicatio dierum et

annozum. Prouerbio. iij. Precepta mea coz tuum custodiant. longitudinē enim dierum ⁊ annos vite ⁊ pacem apponent tibi Scdo debet homo habere pacem ad seipsum. Philip. iiij. Pax dei que exsuperat omnem sensuz custodiat cozda vestra ⁊ intelligentias vras. Pax dei duo facit in nobis ipsa enim dulcorat affectum ⁊ illuminat intellectū. quantum ad dulcoratōem affectōnis dicit. pax dei custodiat cozda vestra. quantum ad illuminationē rōnis. dicit. et intelligētias vras. ista pax ī pñti vita inchoatur. sed in vita beata plummabit. Isa. xxxij. Sedebit populus meus in pulcritudine pacis ⁊ in tabernaculis fiducie in requie opulenta. Tria dicit que erūt in vita beata. Ibi enim erit tranquillitas sine pturbatione. et quantum ad hoc dicit. sedebit populus meus in pulcritudine pacis. ibi etiam erit securitas sine timoze vel hesitatōne. et quantum ad hoc dicit. in tabernaculis fiducie. ibi etiā erit abundantia vel vbertas sine defectione. et quantū ad hoc dicit. in requie opulenta. Tercio debet homo habere pacem ad primum. Roma nozum. xij. Si fieri potest q̄ ex vobis est cū omnibus hominibus pacē habentes. Dominus vult q̄ electi sui sint in ecclesia sua quasi oues in ouili dñico pacem habētes. non sicut canes rabidi inuicem mordētes Gallath. v. Si inuicem mordetis ⁊ comeditis videte ne ab inuicem consumamini. hoc est contra regulares claustrales murmuratozes. detractozes seipsos adinuicem et prelatos suos mozdentes et comedētes. boni ergo religiosi de obseruatōe pacis et cōcozdie debent esse solliciti. ephesios. iiij. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculis pacis. Ea que in vinculo constringuntur rupto vinculo ab inuicem dissoluuntur. Sic per pacem et concozdiam fit coniunctio animozum. per discozdiam vero fit dissolutio et seperatio impioz Isaie. lvij. Non est pax impijs dicit dñs imo impios comparat feruenti mari quod vento commotum non quiescit. Isa. lvij. Coz impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. Sic ergo ponit sacra scriptura considerationis obiectum. cum dicit regem salomonem. Tertio ponit considerationis fructum. cū subdit. in diademate quo cozonauit eum mater sua. Mater xpi synagoga dicitur. a qua christus fuit triplici diademate cozonatus. Sciendum ergo q̄ est triplex dyadema. Primo est dyadema tribulationis. Secūdo est dyadema discretōis et discussionis. Tertio est dyadema glozie et honozis vel eternē retributionis. Primo ergo est diadema tribulationis quo dyademate christus cozonatus fuit. Eccl. xj. Insuspicabilis portauit diadema. Quis vnq̄ posset suspicari q̄ ille p̄ quem facta sunt omnia ⁊ sine quo factū est nihil portaret diadema de spinis. attamen christus verus homo ⁊ verus deus hmōi dyadema portauit. quis vnq̄ posset suspicari q̄ ille p̄ quem ceci vident. claudi ambulant. leprosi mundantur. mortui resurgunt. paupes euangelisantur. quis vnq̄ credere posset q̄ talis ⁊ tantus dyademate spineo fuit cozonatus. Matth. xxvij. Milites plectentes cozonam de spinis imposuerūt sup caput eius. in hoc dyademate spineo posito sup caput christi magnificentia dei pris cōscripta fuit. Sapiē. xviij. Magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat. ista magnificentia fuit dignitas regia capiti christi super scripta. Matthei. xxvij. Imposuerūt sup caput eius causam ipsius scriptam. hic est iesus nazarenus rex iudeozum. Secundo est dyadema discretionis vel discussionis. Job. xxix. Justicia indutus sum ⁊ vestiui me sicut vestimento ⁊ dyademate iudicio meo. bonum vestimentū non potest exterius vestitate psumi. Sapientie. j. Justicia perpetua est ⁊ immoztalis. Dyadema etiā iudicij ⁊ vltime discussionis christus habebit qñ in die iudicij tam electos q̄ reprobos iudicabit. Danielis. vij. Fluuius igneus

rapidusq; egrediebatur a facie eius. milia milium ministrabant ei. et decies centena milia assistebant ei. iudicium mirabiliter debemus timere. quia velimus nolimus sicut sacerdos vadit ad synodum oportebit personaliter comparere. secunda. Chorinteorum. quinto. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi vt recipiat vnusquisq; propria corporis prout gessit siue bonum siue malum. Tercio est dyadema glorie ⁊ honoris vel eterne retributionis. Ysaie. sexagesimosecundo. Eris corona glorie in manu domini tui. deus erit corona glorie electis suis ipsos in anima gloria ⁊ honore coronando. Erit etiam dyadema regni electos suos in corpore gloriosis donibus illustrando. Sapientie. quinto. Justi autem imperpetuum viuent et apud dominum est merces eorum ⁊ cogitatio eorum apud altissimum. ideo accipient regnum decoris et dyadema spei de manu domini. quod erit in perceptione eternalium premiorum. quando iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Matthei. decimotercio. Ad quod regnum nos perducere dignetur qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

De assumptõe btẽ Marie. Ser. I.

Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens. Canticorum. octauo. Ad commendationem gloriose virginis in proposito verbo notantur duo. Primo enim notatur eius humilitas imitanda. cum dicitur. Que est ista que ascendit de deserto. Secundo notatur eius felicitas appetenda. cum subditur. delicijs affluẽs. Quantum ad primum notantur duo. scilicet ascensionis actus. cum dicitur. ascendit. et ascensionis locus. cum dicitur. de deserto. Sciendũ est ergo q; beatissima virgo maria hodierna die ascendit ad celum de deserto. id est de presenti mundo qui dicitur desertum triplici ratione. Primo q; est in hoc mũdo transitoria habitatio. Secundo quia vel rara vel nulla est hic verborum bonorum delectatio. Tercio quia est hic multimoda malorum tribulatio. Primo igitur quia in mundo est transitoria habitatio. idcirco cõparatur deserto. Sapientie. vndecimo. Iter fecerunt per deserta que non habitantur ⁊ in locis desertis fecerũt casas. Case in hoc loco dici possunt papiliones vel tentoria que non sunt domus ciuium sed militantium. Et nos q; diu in hoc mundo sumus in continua militia esse debemus hostes sensibiles ⁊ inuisibiles scilicet mundum carnem ⁊ demones sustinemus. Job. septimo. Militia est vita hominis super terram. et vt simus milites strenui in hoc exercicio militari monet nos apostolus. secunda. Chorinteorum decimo. Arma militie nostre non sunt carnalia sed potentia deo ad destructionem munitionum. consilia destruentes ⁊ omnẽ altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei. Sed in ista militia quidam tota liter ignorantes sunt qui sunt carnales. prima. Chorinteorum. secundo. Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Quidam autem et si sunt spirituales ab operibus carnis ad spiritum conuersi non tamen multum possunt in hoc bello spirituali. quia in eo non sunt exercitati. & sunt negligentes ⁊ pigri. signati per dauid qui cum esset adhuc iuuenis ⁊ essẽt indutus armis saulis dixit. non possum sic incedere quia nec vsum habeo. sed postmodum post multa prelia acquirens artem bellandi p multum exercitium dicebat loquens de bello spirituali. Exercitabar ⁊ scopebam spm̃ meum. Dñs autem qui suos milites in bello deserere nescit in isto bello spirituali nos non deserit. sed est paratus iuuare ad ostendendam viam in columna nubis Nubes est gloriosa virgo mater christi in qua tanq; in nube filius dei voluit incar-

nari et obumbrari vt nos precederet ⁊ iuuaret in forma visibili. Ecclesiastici. vicesimoquarto. Ego in altissimis habitaui et thronus meus in columna nubis. Secundo dicitur mundus desertum quia in ea nulla vel rara est delectatio. psalmista. In terra deserta inuia et inaquosa. Mundus dicitur terra propter absentiam virtutum Inuia propter transgressionem mandatorum que sunt via perueniendi ad celum. sed inaquosa dicitur propter ariditatem mentium. propter defectum roris vel pluuie deuotionis siue lachrimarum. Unde in huius figura conquerebantur filij israel. Numeri. vicesimo. Cur induxisti nos in desertum locum istum pessimum qui ficus non gignit. nec vineas. nec malogranata insuper ⁊ aquam non habet. istorum omnium defectum in nobis sentimus sed ad consilium domini quod ibidem datur recurramus. ibi enim moisi dicitur q̃ acciperet virgam ⁊ percuteret bis silicem et illis daret aquam. quod cum ita factum esset aque latissime de petra fluxerunt. virga est beatissima virgo maria. de qua in ecclesia cantatur. Virgo dei genitrix virga est. flos filius eius. petra vero est christus prima. Thorinteorum. duodecimo. Petra autem erat christus. Ad istam virgam debemus recurrere ⁊ ipsam accipere. id est ipsam vt pro nobis roget interpellare. sed dicitur q̃ virga est petra bis percussa per quod datur intelligi q̃ beatissima virgo duobus modis filiũ suum rogare consueuit. Primo iure dilecte supplicando excellentie summe maiestatis. Secundo iure matris quasi imperando latescenti dulcedini ex ea assumpte humanitatis. In cuius figura. tercio. Regum. secũdo. dicitur. Pete mater mea nec enim phas est vt auertam faciem tuam. et tunc cum secundo ex virga lapis id est christus a virga id ẽ virgine maria percutitur. ex petra aque latissime deuotõnis et compunctionis ad ablutionem peccatorum. banc aquam de petra acceperat dauid qui dixit. Lauabo per singulas noctes lectum meum. Psalmista. Tercio mundus iste dicitur desertũ quia in ipso est multitudo tribulationis. quod bene signatum est in filijs israel qui innumeras tribulationes sustinuerunt quando transeundo per desertum ad terram promissionis deuenerunt. et vt de multis minima referemus. Numeri. vicesimoprimo. dicitur. q̃ immisit dominus serpentes igneos in filios israel propter peccata eorum ad quorum plagas et mortes plurimorum clamauerunt ad moisen ⁊ ille clamauit ad deum qui dixit ei vt faceret serpentem eneum ⁊ pro ligno erigeret illum ad cuius aspectum filij israel qui serpentum morsibus percuterentur sanarentur. Bene dicit q̃ erigeret serpentez pro signo quia omnia contingebant illis in figura. sicut dicitur. prima. Thorinteorum. decimo. Unde per serpentẽ qui est in palo erectus signatur christus qui est in patibulo crucis eleuatus. ad cuius aspectuz a morsibus serpentum spiritualium id est a veneno mortifero peccatorum liberamur. Hebreorum. duodecimo. Aspicientes in auctorem fidei consummatorez iesum qui p̃ posito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. istaz etiam virtutem serpentes spirituales fugandi dominus gloriosi virgini matri sue communicauit. Ecclesiastici. vicesimoquarto. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Odor vitis florente vinea talis virtutis esse dicitur. q̃ omne reptile venenatum ab ea exire compellitur. in quo signatur euidenter q̃ potestas fugandi demones gloriosissime virgini communicatur. Ad eam ergo percussi a serpentibus fiducialiter recurramus. sic ergo per desertum signatur ascensionis locus. Secundo notatur ascensionis actus. cum dicitur. Que est ista que ascendit. Et sciendum q̃ beatissima virgo hodie tripliciter ascendit. Primo per modum nubis ad irrigatõnem aridorũ. Se

cundo ad recreationem infirmorum. Tercio per modum aurore consurgentis ad illuminationē indoctorum. Primo ergo ascendit beata virgo maria per modum nubis ad irrigationem aridorum. tercio. Regū. decimooctauo. Nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Nubecula parua est virgo maria que dicitur nubes ratione irrigationis. sed dicitur nubecula parua ratione humilitatis. ipsa enim et si sit dignitate magnifica. fuit tamen humilitate modica. que humilitas multum fuit in oculis redemptoris accepta. Luce. primo. Respexit humilitatem ancille sue. Unde et nos peccatores multum debemus nos humiliare quia homo semper est acceptior in oculis dei quanto magis se humiliat. displicet autē deo quātumcunq; modicum per superbiam se eleuat. quod competenter potest per exemplū manufactum videri. si hostium oporteat te transire cuius limen sit ita bassum q; nō possis erecto capite trāsire nihil nocet quātumcunq; inclinaueris. sed si mensura trā sumpti digiti subito te erexeris cum cassato capite vulneraris. Sic ergo appetenda est humilitas que vulnus fugit. declinanda superbia que vulnus infligit. Sic ergo beata virgo maria dicitur nubecula parua. sed sequitur. quasi vestigium hominis Homo christus est de quo in. psalmo. octuagesimosexto. dicit. Homo natus est in ea. et ipse fundauit eam altissimus. iste homo vestigium sue sanctitatis in gloriosa virgine dereliquit. nec mirum pes enim in solo transitu vestigij sui similitudinem in puluerem imprimit. non est ergo mirū si filius dei vestigium sue sanctitatis in gloriosa matre impressit in cuius vtero per nouem mensium spacia et tempora habitauit. Species aromatice in arca in qua fuerunt q; cum amote fuerint odoris sui fragrantiam derelinquūt. non est ergo mirū si ille qui est origo q; thesaurus odoris omnis gratie et virtutis vestigiū in sua sacratissima matre dereliquit odoris q; suauitatis. Unde in persona ipsius dicitur. Eccliastici. Uicesimoquarto. Sicut cynamomum et balsamum aromatisans odorem dedi. quasi mirra electa dedi suauitatem odoris. Ista nubecula parua habens quasi vestigium hominis ascendebat de mari Mare enim signat presens seculum q; multis amaritudinibus est respersum. de hoc maria gloriosa virgo hodie ascendit q; ad portum salutarem vite eterne peruenit Sciendum est q; mare nauigantes quanto maiora discrimina tempestates et pericula patiuntur in mari tanto amplius cū ad portum perueniūt letantur. Sic et sancti quanto maiora certamina ludibria et verbera patiuntur propter christum tanto amplius letantur q; ad salutis eterne portum perueniunt quem toto cordem vita sua desideraueriūt. ps. Deduxit eos in portum voluntatis eorum. Secundo ascēdit gloriosa virgo maria ad modum fumi aromatis ad recreationem infirmorum. Canticorum. tercio. que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris et vniuersi pulueris pigmentarij. Beata virgo ascendit sicut virgula fumi. Non ad modum fumi oculos offendentis. de quo Prouerbiorum. decimo. Sicut acetum dentibus et fumus nocet oculis sic piger his qui miserunt eum. sed ascendit ad modum fumi aromatici infirmos recreantis. et obsessos a demonibus liberantis. Tobie. sexto. Fumus eius extricat omne genus demoniorum. siue a viro siue a muliere ita vt nec accedat vltra ad eos. Natura fumi est vt quanto altius ascendit tanto amplius ab humanis aspectibus se subtrahit. Sic beatissima virgo maria hodie ab humanis aspectibus est subtracta et angelicis aspectibus presentata. sed sub speciebus aromaticis species virtutum quibus beatissima virgo

ornata erat vescribit. sub nomine mirre vir
tutem abstinẽtie siue macerationis carnis
ostendit. Mirra enī corpus conseruat a pu
tredine. sic abstinentia conseruat a carna
lis voluptatis putrefactione. propter qõ
in persona eius. Canticor. quinto. dicitur
Digiti mei pleni sunt mirra probatissima
Mirra dicitur probata quãdo cum vicijs
et concupiscentijs carnẽ suam crucifigunt
penitentes. sed probatior est quando ipaz
crucifigunt in virtutibus perficientes. sed
probatissima quando ipsam crucifigũt in
nocentes. Mirra ergo maceratõnis carnis
gloriose virginis probatissima fuit que tã
te sanctitatis extitit q eã altissimus in vte
ro matris tanquam futurum suum taber
naculum sanctificauit. sed cum dixisset ex
aromatibus mirre vbi signatur maceratio
carnis. addit. et thuris in quo signatur de
uotio orationis. Apocalipsis. octauo. Data
sunt illi incensa multa vt daret de orãtoni
bus sanctorum omnium super altare au
reum quod est ante thronum dei. et sequi
tur. Et ascendit fumus incensorum de ora
tionibus sanctorum. Beatissima enī virgo
et orationibus suis apud filium nos adiu
uat q orãtones nostras efficaces facit. cum
ipsas, pprio filio representat. sequit. et vni
uersi pulueris pigmẽtarij. vbi designatur
omnium virtutũ varietas ex quibus qua
si ex vestimento nuptiali est varia pulcritu
dine decorata. Psalmista. Astitit regina a
dextris tuis in vestitu deaurato circunda
ta varietate. Tercio ascendit ad modũ au
rore ad illustrationem indoctorum. Canti
corum. sexto. Que est ista que pgreditur
quasi aurora consurgens. Aurora consur
gens tenebras noctis expellit. Sic btã vir
go hodie ad celum ascendens suis precib
a peccatorum tenebris q a peccatoribus te
nebras peccatorum detergit. vt sicut auro
re lux diei succedit sic in nobis lux gratie et
virtutis. Ephes. quinto. Fuistis aliquan
do tenebre nunc autem lux in domino. hic
ascensus gloriose virginis. Canticorũ. ter
cio. bene describitur vbi dicitur. Ferculuz
fecit sibi rex salomon de lignis libani colu
mnas eius fecit argenteas. reclinatorium
aureum. ascensum purpureum. Per regẽ
salomonem signatur christus qui fecit sibi
ferculum. id est sm glosam. cetum apostolo
rum in quibus sicut in cathedra ferretur
per orbem terrarum. prima. Chorinteorũ.
sexto. Empti estis precio magno glorifica
te q portate deum in pectore vestro. Istud
ferculum fuit de lignis libani. glosa. Fo
ribus. celsis. odoriferis. imputrabilibus.
candidis. Apostoli fuerunt fortes per pa
cientiam. celsi per contemplationem. odo
riferi per bonam famam. imputrabiles per
longanimitatem. candidi per innocentiaz
seu castitatem. sequitur. Columnas eius
fecit argenteas. columne possunt dici spe
cialiter tres apostoli qui fuerunt pre cete
ris secretarij domini et pre ceteris quando
ad secreta opera vocati. Quod tangit
Gallathas. secundo. Jacobus et cephas
et iohannes qui videbantur columne ec
clesie dextras dederunt mihi. Et barnabe
societatis. isti dicuntur columne argentee
Columne quia erecti rectitudine intentio
nis. Sed argentee dicuntur quia sonori
fuerunt voce predicationis. sequitur. Re
clinatorium aureum. istud reclinatorium
specialiter beatus iohannes potest dici. q
super pectus domini caput suum declinan
do in cena recubuit. et ibi aquas sapientie
salutaris que auro comparantur in tanta
abundantia potauit q ipse repletus qua
si dominica canalis totam ecclesiam pre
dicando et scribendo quasi ortum domi
nicum irrigauit. et irrigando vt fructum
faceret fecundauit. vel spiritualiter. recli
natorium aureum potest dici requies eter
na que sanctis conseruatur post multas to
lerantias laborum. ad quod vocat domi
nus cum dicit. Venite ad me omnes qui
laboratis et onerati estis q ego reficiã vos
Matth. xj. sequit. ascensum purpureũ. istũ
ascensum purpureum dñs iesus christus

primo in seipso exhibuit qñ purpuratus ꝓpio sanguine in die ꝓsceues ascendit. quod admirantes angeli in die ascensiõis dicebant. Isaie. Lxiij. Quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra. iste formosus in scola sua gradiens in multitudine virtutis sue. et respondet Isaias ex verbis saluatoris. Ego qui loquor iusticiam ⁊ ꝓpugnator sum ad saluandũ. iterato querit Isaias ex verbis angelor. quare ergo rubrum est indumentum tuũ ⁊ vestimenta tua sicut calcantiũ in torcular. et rñdet ex verbis saluatoris. Torcular calcaui solus ⁊ de gentibꝰ nõ est vir mecũ. Calcauerat dñs in passione quasi mustum rubeũ ⁊ ideo nõ erat mirũ si rubrum erat indumentũ eius. sed quia terreni reges solent habere milites ad vestes suas vestibus suis ꝓsimiles. istam vestẽ rubeam dñs nõ sibi soli retinuit sed suis apostolis ⁊ martiribus ꝓmunicauit. Cantico. vij. Come capitis tui sicut purpurea regis tincta canalibus. Come capitis sue runt apli ⁊ martires christi. quia sicut come adhrẽt capiti ita ipsi inseparabiliter adhserunt christo vt nec tormentis nec morte potuerũt aliquatenus separari. iste come fuerunt sicut purpura regis. quia ad similitudinem christi ascenderũt ad christũ in duti purpura regis ꝓpio sanguine laurea ti. Ista purpura fuit tincta canalibus id est in christi vulneribus. ad hoc martires christi dñi vocantur. cũ dicitur. veni in foraminibus petre. in cauernis macerie. nec christus qui milites suos id est martires et apostolos voluit suis vestibus induere. voluit matrẽ suam aliquo modo sine istis vestibus remanere. et vere lancea que filij sui latus aperuit ipsius aĩam pertransiuit scdm qꝺ ei a symeone predictũ fuit. Et tuã ipsius animã ptransibit gladius. Luce. ij. et idcirco hodie cum ascendit purpura regis ornata. recte dicitur ascensus eius purpureus. Sic ergo primo notatur gloriose virginis humilitas imitanda. cum dicit. Que est ista que ascendit de deserto. sequitur. delicijs affluens. vbi notatur eius felicitas appetenda. Sciendum ergo qꝺ delicie gloriose virginis in tribus consistunt. Primo enim in visione aperta. Secundo in societate iocunda. Tercio in fruitõne beata. Primo ergo delicie gloriose virginis marie cõsistunt in visione apta. Job. xxij. Sup omnipotentẽ delicijs afflues. et eleuabis ad deum faciem tuam. qꝺ beata virgo modo delicijs affluit istud est ex potentia summe bonitatis que se bene regentibus delicijs prestare consueuit. Gene. xlix. Aser pinguis panis eius delicias prebebit regibus. que est creatura que ita bene se posset regere sicut beata virgo que intra se quasi in naui propria continebat conditorem ⁊ gubernatorẽ vniuerse terre. sequitur. et eleuabis ad deum faciem tuam. nõ bene poterat faciem suam ad filium suum verum hominem ⁊ verũ deum leuare qñ videbat eum pendentem in cruce oppressum miseria et afflictione. et ido adhuc depingitur quomodo stat iuxta crucem demisso capite. Job. decimo. Et si iustus nõ leuabo caput saturatus afflictione et miseria. sed si non leuabat caput quando videbat filium pendentem in cruce audacter nõ leuat quando facie ad faciem eum videt regnantem cum patre. Isaie. lxvj. Tunc videbis et afflues ⁊ mirabitur et dilatabitur cor tuum. videbis per influentiam veritatis. afflues per abundantiaz bonitatis. Mirabitur cor tuum propter excellentiaz maiestatis. et dilatabitur cor tuum per latitudinem charitatis vt mensura bona conferta ⁊ coagitata et superefluens que in sinum tuum dabitur. Luce. vj. vt ibi cum abundantia possit suscipi. Scdo ꝓsistũt delicie gloriose ℣ginis ⁊ aliorum brõz in societate iocunda. Isaie. lj. Ponet desertum eius quasi deliciasꝫ et solitudinem eius quasi ortum dei. gratia et letitia inuenietur in ea gratiarum actio et vox laudis. Beata virgo quasi desertum

dicta fuit quando a filio suo in morte et in ascensione derelicta fuit. et hoc desertuz die positũ est in delicijs cũ in assumptõne speciosa fcã ẽ ⁊ suauis in delicijs scz sancta genitrix. Eius etiam solitudo sicut ortus dei poni debuit. Quia ipsa fuit ortus conclusus. fons signatus signaculo sanctitatis-sequitur-gaudium et leticia inueniẽtur in ea. in vita beata modo est gaudium ex assecutione premiorum. leticia ex grata societate sanctarum animaꝝ ⁊ angelorum Gratiarum actio ex euasione periculoꝝ-et vox laudis ex glorificatione viuentis in seculà seculorum- Tercio consistunt delicie beate virginis in fruitione beata. Eccc̃es ij. Uadam et aff luam delicijs ⁊ fruar bonis-vadam potest dicere beata virgo non quasi canis se ingerens ad nuptias-sed tã ꝯ frequenter adeas vocata. Nuptie enim non bene possunt fieri sine sponsa. Cantico rum. iiij- Ueni de libano sponsa mea. veni de libano veni coronaberis. scilicet corona excellẽtis virginitatis que debetur mundicie virginali. sequitur. et aff luam delicijs. multũ modo aff luit delicijs gloriosa virgo mater christi que sup̃ choros angelorꝝ ad celestia regna meruit exaltari. Cantico rum. vij- ꝯ pulcra es ⁊ decora charissima in delicijs ⁊ fruar bonis. Frui est amore inhærere alicui rei, ꝓpter se. vnde ſm Augustinum. Fruimur cognitis in quibus voluntas ꝓpter se delectata conquiescit sicut scitis delectatio est coniunctio ꝓuenientis cum conueniente-que ergo maior potest esse ꝓuenientia ꝯ spiritus illius qui dicit spiritus meus sup̃ mel dulcis. Eccl. xxiiij Ad spiritum filij sui. de quo Sapiẽtie-xij. ꝯ bonus ⁊ suauis est domine spiritus tuus in nobis. Ex ista conuenientia spiritus ad spiritum delicijs aff luit virgo mater. et aff luet quelibet anima sancta in vita beata. prima. Cho. rinteorum. sexto. Qui adhæret domino vnus spiritus est. et si non substantie vnitate voluntatis tamen conformitate. vbi sunt ꝓdelicie iocunditatis eterne. Ad quas delicias nos perducere dignetur qui sine fine viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

De Assumptõe btẽ Marie Ser. II

Transibo in lo⁊

cum tabernaculi admirabilis. Psalmo. quadragesimoprimo. In verbo proposito duo notantur a quibus gloriosa virgo cõmendatur. Primum est delectatio miserie presentis. quod notatur cum dicitur. transibo. Secundũ est assecutio glorie celestis. quod notatur cum dicitur. ad locum tabernaculi admirabilis.. Iste transitus inchoatur penaliter sed consummatur feliciter. Quantum ad primum sciendum est ꝙ humanũ transitum quadruplex conditio concomitatur Primo enim habet acerbitatem in dolore. Secundo velocitatem in tempore. Tercio recreationem ex dei ꝓsolatione. Quarto delectationem ex felici comprehensione. Primo ergo noster transitus habet acerbitatem in doloze. Isaie. quinquagesimoprimo. Posuisti profundum maris viam vt transeant liberati. Per mare quod amaruz est tribulatio designatur ꝓ quam homo carnalis frequẽter amaricatur. Threnorum. secundo. Magna est velut mare cõtritio tua. Sed dominus quandoꝯ homines carnales spirituales efficit. et tunc adiungendo ꝓdimentũ patiẽtie ⁊ delectationis salsedinẽ maris in dulcedinẽ lactis ꝓuertit. Deutro. xxxiij. Inundatõem maris quasi lac sugẽt. Et sciendũ est ꝙ nõ dicit posuisti mare viã. ꝛ dicit ꝓfundũ maris quãto enĩ tribulatões ãpliꝰ ꝓfundãtur et multiplicãtur tãto magis placẽt dño fideles qui ꝓ eas ꝓbãtur. Judith. viij. Dñe qui placuerũt deo ꝓ multas tribulatões transierũt. Sciendo ergo ꝙ gloſa ꝛgo que tãꝯ fidelis deo placuit ꝓ tribulatões istas tulit, ꝯs enĩ digne sufficiat explicare quã

tas tribulationes sustinuit qñ vidit vnige nitum suum quẽ sciebat spiritusancti ope ratione conceptum seruata matris integri tate-natum tanꝯ vnigenitum a patre gra tia ⁊ veritatis plenum. istum talem ⁊ tan tum vidit insidiose ꝓhensum. iniurio se damnatum. ignominiose suspensuꝝ. qñ hec vidit incompabiles tribulatões su stinuit. scdm ꝓphetiam symeonis. Luce. ij. Et tuam ipsius aiam ptransibit gladius Reuera ille gladius qui vnigeniti filij in cruce positi pforauit latus. sancte dei genitricis aiam doloris acumine penetrauit. Secundo transitus noster habet velocita tem in tpe. Job. vij. Dies mei velocius transierunt qꝫ texente tela succinditur. se cundum beatũ Gregorium qui hoc expo nit pulcra similitudine vitam nram ꝓpa rat tele. quia sicut tela filis sic vita nra die bus ꝓsistit. et sicut tela qñ augmentum ꝓ cipit ad precisionem tendit. sic in spacio vi te nostre quando preterierũt accepta tem pora breuiabuntur futura. et tanto paucio ra sunt que ventura sunt quãto plura sũt que transierunt. Et sciendum ꝙ bñs Gre gorius non solum vitam nostram precisi oni tele ꝓpauit sed etiam prepositi. quia tele precisionem vite nostre velocitas pre uenit. nam in tela, pfectus tarditatem ha bet. in vita nra defect? morã nõ hz in illa id est in tela dum texentis manus figitur aduentus termini elongatur. in ista vero id est in vita nostra dum desinente tempo re indesinenter conferuntur. ad finem no stri itineris etiam quiescendo puenimus. et per decursum nostri transitus etiaꝫ dor mientes imus. quia ergo parum habem? de tempore debemus festinãter bonis ope ribus insudare. Nam presens vita est ne gociatõnis futura vero erit retributionis. Unde sicut video ꝙ cum nundine paruꝫ habent de tempore mercatores festinant vendere ⁊ emere. sic nos debemus in hoc breui tpe ad bona opera festinare. Job. xiij Homo natus de muliere breui viuens tẽ pore repletur multis miserijs. Homo na tus de muliere. ecce infirmitatis titulus. breui viuens tempore. ecce velocitatis im petus. repletur multis miserijs. ecce aduer sitatis cumulus. ꝓpter hoc sancti ista terre na despiciũt et ad celestia totis desideri js se conuertunt. ij. Chorinteoꝝ. iiij. Non cõ templantibus vobis que videtur sed que non videntur. que enim videntur tempo ralia sunt. que autem non videntur eter na sunt. ꝓpter hoc beata virgo maria con tempsit. momentanea ⁊ transitoria ⁊ ele git eterna. Luce. x. Maria optimam par tem elegit quenõ auferetur ab ea. Tercio transitus humanus habet recreationem et dei ꝓsolatione. ps. Transiuimus pignẽ et aquam et duxisti nos in refrigeriũ. Sci endum est ꝙ tam ꝑ ignem qꝫ per aquam signatur aduersitas. sed per ignem signat inquantum est acerba. per aquam vero in quantum est copiosa. Ysaie. xliij. Cum trã sieris per aquam tecum ero ⁊ flumina nõ operient te. cum ambulaueris in igne non combureris ⁊ flamma non ardebit in te. quia ego dominus deus tuus sanctus is rael saluator tuus. vtruncꝫ scriptum legi mus ꝙ tam in igne qꝫ in aqua positos sal uabit dominus. Legimus Danielis. ter cio. Tres pueros in fornace ignis babylo nis proiectos ⁊ exisse illesos dextra diuine miserationis protectos. Danielis. tercio. Angelus domini descendit de celo ⁊ fecit medium fornacem tanquam ventum ro ris flantẽ. Legimus etiã. ij. Chorin. xj. Be atum paulũ aplm nocte ⁊ die in ꝓfunduꝫ maris submersum ⁊ diuina potẽcia libe ratũ. erectũ ⁊ vnitari ⁊ edificatõi eccle re stituũ. ß hec nõ fuit plena liberatio ß sicut supius dictũ est quedã recreata ꝓsolatio nã ipm legim⁹ postm odũ multis tribula tõnibus affligi ⁊ tandẽ capitali sententia punitum. Sed dñs milites suos in certa mine ꝓsolatur. et ꝓsolati in spe obtinendi melioris boni firmantur. anima enim tri bulatõibꝫ ꝓbata ⁊ ꝓ patientiã purgata est

sicut columba dñica que ad tempus dor
mit et quiescit inter medios cleros sortita
pennas deargentatas. hoc est mundicie et
puritatis candorẽ sperans. vt fiant postmo
dũ posteriora eius in pallore auri qñ vul
tus dñi adimpleta letitia ⁊ in sanctor in
troducta splendoribꝫ diuine visionis ple
nius illustrata erit fulgoribus. modo bea
tissima virgo maria in illo immenso pela
go luminose eternitatis ⁊ eterni luminis
est immensa ita ꝙ totaliter videatur mu
tata. nõ qz sit alia substantia ℔ alia forma.
alia gloria ⁊ alia potentia. sicut enĩ modica
gutta aque multo vino infusa a seipa defi
cere videtur qñ in vini saporẽ ⁊ colorẽ mu
tatur. et sicut candens ferruz ⁊ igni simili
mum a ꝓpria forma exuitur ⁊ forma ignis
induitur. et sicut aer luce solis illustratus
tanto splẽdore pfunditur ꝙ magis lumẽ
q̃ pfusum lumine videtur. sic ale sancte a
seipsis deficere videntur qñ in gloria illi⁹
eterni luminis transformãtur. ij. Chorin.
iij. Nos aũt reuelata facie gl̃am dñi specu
lantes in eandẽ imaginẽ transformamur
a claritate in claritatẽ. Quarto iste transi
tus habet delectationẽ ex felici ꝓprehensio
ne. Eccl. xxiiij. Transite ad me omnes qui
ꝓcupiscitis me ⁊ a generatõibus meis ad
implemini. spũs enĩ meus sup mel dulcis
et hereditas mea sup mel et fauũ. Verba
sunt sapiẽtie increate que nos hortatur vt
ad ipsam transeamus quod libenter face
re debemus. qz ex isto transitu in quandaz
noue vite similitudinẽ trãsformamur. vñ
sup illud Cantico. ij. iam enĩ hyems trã
sijt imber abijt ⁊ recessit flores apparuerũt
in terra nostra. Dicit btus Bernar. Esti
uum tps cum illo venisse signat qui de
mortis gelu in vernalem quandam noue
vite temperiem resolutus. Ecce ait nova
facio omnia cuius caro que seminata est
morte. refloruit in resurrectione ad cuius
mor odorem in campo ꝙallis nostre cepe
runt reuiuiscere frigida. reuiuiscere mor
tua. ꝓpter quod dicit. trãsite ad me. et sub
iungit. omnes qui ꝓcupiscitis me. Sapiẽ
tiam debemus toto desiderio concupiscere
Ista enim concupiscentia nõ est fecunda
sed casta. Sapientia enim est anime spon
sa pulcra pudica morigerata. Tantuz enĩ
est dotis afferens thesaurum vt ipsam nõ
sustineamus in nostris studijs honoro
sam. Sapientie. septimo. de sapientia di
cit. Infinitus thesaurus est hominibus.
ꝓpter hoc sapiens banc sponsaz diligebat
et eam sibi assumere querebat. Sapientie
viij. Hanc amaui ⁊ exquisiui a iuuentute
mea. et quesiui sponsam mihi eam assume
re ⁊ amator factus sum forme illius. banc
ergo castaz sponsam debemus diligere qz
ipa preoccupat nos in amicicia preuenien
do. Sapien. vj. ℔ Preoccupat qui se concu
piscunt vt illis prior em se ostendat. Sicut
enim lux solis preoccupat oculum cordis
ad intelligendum. sequitur. et a generatio
nibus meis adimplemini. Due sunt gene
rationes sapientie secundum duo que so
let sapientia in nobis generare. Generat
enim in nobis sapientia castitatẽ. Sapiẽ.
iiij. q̃ pulcra est casta generatio cum chari
tate. Hñ ꝓiungit ista duo castitatẽ ⁊ chari
tatem. Nam castitate mundamur ad san
ctificationem. Charitate inflãmamur ad
dilectionem. Castitas facit sponsam ido
neam ad hoc quod spousus eam diligat.
Charitas autem ipsam sponsam facit ido
neam ad hoc ꝙ ipsa sponso dilectionem re
pendat. Secundo generat in nobis clari
tatem siue honestatem. Sapientie. septi
mo. Clara est que nunquam marcescit sa
pientia non solum in affectu sed etiam in
effectu clara dicitur. Nam per ipsam ho
mines clari et honesti efficiuntur. Sapi
entie. octauo. Habeo propter banc claritа
tem ad turbas et honorem apud seniores
Sequitur. Spiritus meus sup mel dul
cis. si intelligitur de spiritusancto qui est
tercia in trinitate ꝓsona. planũ est de eius
dulcedie nec oportz ĩ ei⁹ expositõe laborare
Sap. xij. q̃ bon⁹ ⁊ suauis ẽ dñe spũs tu⁹

in nobis. sed possumus intelligere q̃ de dulcedine intellectus spũalis dicit spiritus meus sup̃ mel dulcis. Nam sicut nucleus ex testa elicitur. et sicut ex paleis granũ extuitur. et sicut ex fauo mel exprimitur. sic ex cortice lr̃e spũalis intelligẽtie sensus eliquatur. nec habet cortex lr̃e sensum delectationis nisi assit p̃dimentũ fidelis t debite expositõis. sequitur. et hr̃ editas mea sup̃ mel t fauum. hoc dicit de hr̃editate bṫr̃ p̃s. Hereditas eor̃ ineternũ erit. in qua hr̃editate erit tanta copia dulcedinis t delectationis q̃ nõ val et p̃ linguã humanã explicari. j. Ethoz in. ij. Quod oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor̃ hois ascendit que preparauit deus his qui diligunt eum. iste dulcedines t delectatões modo occultãtur oculis viator̃ sed reuelãtur oculis beator̃. p̃s. q̃ magna multitudo dulcedinis tue dñe quã abscondisti timẽtibus te. In hac multitudine dulcedinis modo gloriosa virgo letatur. q̃ sibi delectatões in dextra filij sui vsq̃ in finem imo sine fine reponũtur. Sic ergo primo notatur delectatio p̃ntis miserie. cum dicitur. transibo. Scõo notatur assecutio celestis glorie cum dicitur. in locũ tabernaculi admirabilis. Sciendũ ergo q̃ quadruplex tabernaculum repitur vt ad illud de quo intendimus p̃tingamus. Primo est tabernaculũ interioris p̃scientie. scõo est tabernaculuz singularis pudicicie. tercio est tabernaculũ militãtis ecclesie. quarto est tabernaculuz celestis curie. Primo est tabernaculũ interioris p̃sciẽtie. puer. xiij. Tabernacula iustor̃ germinabunt. tabernacula iustor̃ sunt p̃scientie elector̃ que debẽt semen recipe germinare et fructũ p̃ducere. Conscientie elector̃ que sunt tabernacula iustor̃ debent recipe semen p̃dicatõis verbi dei. Math. xiij. Semen est verbuz dei. debent etiã germinare per conceptionem vite melioris. Hebreor̃. vj. Terra sepe venientem sup̃ se bibens imbrem et germinans herbam oportunam illis a quibz colitur accipit bñdictõem a deo. Debẽt etiã p̃ducere fructũ bone op̃ationis. Mat. iij. Facite dignos fructus penitẽtie. omnis enim arbor que non facit bonũ fructũ excidetur et in ignem mittetur. sicut enim ortulanus arbores fertiles irrigat t circũfodit steriles aũt excidit t in ignẽ mittit. sic faciet dñs reprobis si nõ faciũt fructũ bone op̃ationis. glosa. Virgo maria nõ fuit arbor sterilis sed fructuosa. nam sicut dr̃. puer. vlti. ipsa manum suam misit ad fortia. et ideo ex opibus suis laudẽ recipit. puer. vlti. Date illi de fructu manuum suar̃ et laudent eam in portis op̃a eius. op̃atões bone nõ sunt aliud q̃z interiores delicie quibus affluxit hodie gloriosa virgo maria in assumptõe. Cant. viij. Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens. Secundo est tabernaculũ singularis pudicicie. p̃s. Sanctificauit tabernaculũ suũ altissimus. Nõ altissimus debuit sanctificare tabernaculũ suũ q̃ ipse est summus põtifex qui sol⁹ intrauit in sancta scõr̃. Eccl. xxiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. glo. requieuit scõm bũilitatẽ singulari puritate de spũ sancto p̃ceptam et a virgine editã. Spũs enim scũs de cera virginea in vtero gloriose virginis cereuz fm humanitatẽ christi formauit t sup̃ candelabrũ ecclesie militãtis p̃stituit qui etiã modo in ecclesia triumphante radios sue claritatis circunquaq̃ diffundit. quod specialiter ad honorem virginis gloriose refundit. Apocalip. vicesimoprimo. Ciuitas illa non eget sole neq̃ luna vt luceant in ea. nam claritas dei illuminabit eam et lucerna eius est agnus. Ego video q̃ qñ in mensa alicuius plures cerei vel torticij incendũtur q̃z omnes illor̃ lumine perfundãtur. nõ specialiter honor ad illũ cui⁹ sunt cerei refunditur siue retorquetur. sic quamuis omnes beati in lumine istius cerei vel lucerne que est agnus dei siue cereus delectantur. tamen gloriosa virgo cuius est iste cereus singulari p̃uilegio letat̃.

Tertio est tabernaculum ecclesie militā/
tis. Cant. j. Nigra sum sed formosa filie
hierusalem sicut tabernacula cedar. sicut
pelles salemonis. in hoc nulla ē repugnā
tia cū dicit. nigra sum sed formosa. quia
nigredo ptinet ad colorē. forma vero ad
ꝓspectionē. nec cōtinuo quicquid nigr̄ ē
deforme ē. nam nigre puelle in oculis nō
dedecent. aliqui lapilli nigri in ornamen
tis placēt. nigri etiā capilli candidis vul
tibus decorē ⁊ gratiā prestant. multa etiā
inueniunt̄ in supficie decolora q̄ sunt in
ꝓpositōne decora. Ecclesia ergo militans
christi cū pulcritudie ꝓpositōis hz nigre
dinem affl̄ictionis. sed illud ē in loco sue
pegrinationis. in loco patrie christus ei⁹
sponsus ecclesiā gloriosaz nō hītem ma
culā neqz rugam aut aliquid hmōi exhi
bebit. Ephe. v. Volo tibi oñdere nigraz
pariter ⁊ formosam. q. Joan. xj. Episto/
le inquiūt graues sunt ⁊ fortes pīna aūt
corpis infirma ⁊ sermo contēptibilis pau
lum loquimur in fame et siti in frigore ⁊
nuditate affl̄ictū in laboribus plurimis
in plagis sup modum. in mortib⁹ freqn/
ter. expositum vidisti aiam nigram licet
tibi videre formosam. Hec est illa pauli
aia que vnū ⁊ alterū ceambulans vsqz
ad tertiū sua puritate penetrat celū. o pul
cerrima aia quā ⁊ si infirmū corpus ami
serit tñ pulcritudo celestis amittere non
despexit. angelica sublimitas non reiecit.
Reuera ergo potuit dicere. Nigra sum ⁊
formosa filie hierusalē. nigra sum sed for
mosa diuino angelicoqz iudicio. sequit̄.
sicut tabernacula cedar sicut pelles sale/
monis. ad idē pt ptinere qꝺ dicit taberna
cula ⁊ qꝺ dicit pelles. ꝓ eodē enī accipit̄
Jere. iij. vbi dr. Repēte vastata sunt ta
bernacula mea. subito pelles mee. Cedar
interpretatur tenebra in quo signat̄ sta/
tus pīntis ecclesie que adhuc ambulat q̄
si in tenebris. quia sponsum suū solum ꝓ
speculum et in enigmate et non facie ad
faciē cognoscit. Hinc est illa vox flebilis
Heu mihi quia incolatus meus ꝓlonga
tus est. habitaui cū habitantibus cedar.
sequit̄. sicut pelles salemonis. sētio pelles
sed nescio quid sublime ⁊ sacrū in his pel
lib⁹ sit inuolutū. pelles quibus opiebat̄
tabernaculū erant nigre quia quotidiano
soli ⁊ quotidianis pluuiaꝝ iniurijs erāt ex
posite. cū istis nigris pellibus ornatus ta/
bernaculi interior purior ⁊ splendidior ser
uabat̄. Ego pellē christi mei ecclesie spōsi
nigram intueor imo ipsaz in pelle nigram
amplector. video sub pelle edi qui peccatū
signat manū que peccatū nō fecit ⁊ collum
ꝑ quod dolus nō transiuit. ipse enī est qui
peccatū nō fecit nec inuentus est dolus in
ore eius. sub pelle hyspida latet ille qui est
natura lenis. suauis ⁊ mitis. quia vnctus
oleo leticie pre cōsortibus suis. Niger est
ergo christus meus. sed exterius in cute et
terius in pelle intus aūt non ita. nam int⁹
latet diuinitatis candor. virtutū decor. gre
splendor. que omia operit despicabilior in
firmitatis color. o humilitas. o sublimitas
ipse tabernaculū cedar ⁊ dei sanctuarium
terrenū habitaculū ⁊ celeste palacium do/
mus lutea ⁊ aula regia. corpus mortis et
templū lucis et despectio venicꝫ superbis.
Quarto est tabernaculum curie celestis.
Apoca. xxj. Ecce tabernaculū dei cum hōi/
bus ⁊ habitabit cum eis. ab eterno fuit so
litarium tabernaculū trinitatis sed a prin
cipio tpis angelorꝫ sibi collegium socia uit
in fine etiā tpm in christo nos ꝑ capite in
eius ascensione sibi sociare inchoauit. qō
in die iudicij resurgētibus electis ⁊ resum
ptis corpibus ꝓsummabit. Istud taber/
naculū desiderabat dauid ꝓphēta. ps. xliij.
cū dicebat. Dñe quis habitabit in taber/
naculo tuo aut quis requiescet in monte
sancto tuo. innocens manibus ⁊ mundo
corde. Due sunt ale anime sancte quibus
pt ad celorꝫ fastigia volare. manuū scilicet
innocētia ⁊ cordis mundicia. has alas et
has pennas petebat ꝓphēta dauid cum di
xit. ps. liij. Quis dabit mihi pēnas sicut

columbe et volabo et requiescam. Auicula simplex sine felle amaritudinis sine dolo deceptõis alis innocẽtie ⁊ mundicie cordis. hoc est qui volare pt ad celsitudinẽ regni celestis. Ad quod regnum nos pducere dignetur.

¶ De assumptõe btẽ Marie. Ser.iij.

Tenuisti manũ dexteram meam ⁊ in voluntate tua deduxisti me. et cum gloria suscepisti me. Psalmo. lxxij. In verbo ꝓposito notãtur tria a quibus ꝓmendatur beatissima virgo maria. Primo enĩ cõmendatur ab immunitate casus. cum dr. Tenuisti manũ dextrã meam. Secõo a securitate ꝓfectus. cum dr. et in voluntate tua deduxisti me. Tercio a dignitate status. cũ dicitur. et cum gloria suscepisti me. ipa enĩ fuit munda in ingressu. secura in ꝓgressu. gloriosa in egressu. per primũ ꝓponitur nobis vt venerãda. p secũm exhiberur vt imitanda. p tercium ostenditur vt admiranda. Primo ergo beata virgo fuit mũda ab ingressu. quod notatur cum dr. tenuisti manum dexteram meã. Cum enĩ quereret ꝓpheta dauid quis habitaret in tabernaculo dñi aut quis requiesceret in monte sancto eius. in seipso accepit dñs responsum vt diceret. innocens manibus ⁊ mũdo corde. quod de btã virgine pt exponi. ipsa enĩ fuit innocẽs manibus ꝓpter mundiciam opis. et mũdo corde ꝓpter puritatẽ affectõnis. que non accepit in vano animã suam. nec iurauit in dolo. primo suo p falsitatem sermonis. Sed sciendũ fm q̃ spectat ad ꝓpositum q̃ manus quadrupler pt distingui. Est enĩ manus pura sibi vendicans orõnis suffragiũ. Est enĩ manus excelsa se ipsam extendens ad ꝓtemplatõis fastigiũ Est manus sinistra fugiens in aduersis desperatõnis precipitiũ. Est manus dextera fugiens ⁊ deuitans in prosperis elationis vicium. Primo ergo est manus dextera sibi vendicans orõnis suffragiũ. ps. Et retribuet mihi dñs fm puritatẽ manuũ mearũ in ꝓspectu oculoꝝ eius. Justus dñs ⁊ iusticias dilexit ideo fm iusticiã homini retribuit. qõ enĩ seminauit homo hoc ⁊ metit. sed fm puritatẽ manuũ. quia sicut immundicia opm ipm offendit sic mundicia ipm placat ⁊ lenit. et ideo in ꝓspectu oculoꝝ venire dicũtur qui ab ipso mũda opa acceptantur. Abacuc. j. Mundi sunt oculi tui ne videas malũ ⁊ despicere ad iniquitatem nõ poteris. Istam puritatẽ manuũ habuit beatissima virgo. Cantico. v. Manus illius tornatiles auree plene iacinctis Quod est tornatile solet esse planũ ⁊ mundum. qõ est aureum solet esse preciosum. qõ est iacinctinũ solet esse visui gratiosum. Manus ergo eius tornatiles quia eius opationes munde sine macula peccati. plene ꝓuidentiã facti non struinose tergiuersatõne versi pellis. auree quia ꝓcedẽtes ex radice charitatis que virtutibus oĩbus antecellit. Gregorius. Nihil habet viroris ramus boni opis nisi de radice ꝓdeat charitatis. plene iacinctus quia gratiose honestate sancte ꝓuersatõis. Ecci xxiiij. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris Secũda est manus excelsa seipsam extendẽs ad ꝓtemplatõnis fastigiũ. Numeri. xxiij. Filij isrl fecerũt pbase in manu excelsa videntibus cunctis egiptijs ⁊ sepelientibus primogenitos suos pcusserat dñs. Filij israel sũt viri fideles qui in manu excelsa p rectam fidem dñi sunt videntes. qui fecerũt pbase qõ interpretatur transitus. istud faciunt q̃ transeũtes a curis ⁊ tumultibus huius seculi se elongant quantũ pñt ⁊ p modulo suo ad supne ꝓtemplatõnis fastigiũ se erigunt. ps. Accedat homo ad cor altũ. Sic homo ad cor altum accedit q̃ se supra se p cultũ ꝓtemplatõis erigit. Trenoꝝ. iij. Sedebit solitarius ⁊ tacebit quia leuabit se supra se. Primogenita egiptioꝝ dicũtur peccata originalia que ex peccato primi pntis

sunt ꝓtracta. Tunc ergo dñs primogenita egiptioꝝ percutit qñ peccata originalia vel per generatõnis vel ꝑ regeneratõnis lauacrum vel ꝑ quodcunqꝫ aliud sue gratie donum remittit. tunc aũt egiptij primogenita sua sepeliunt qñ fideles carnem suam cum vicijs ⁊ concupiscentijs crucifigunt. Gallath. v. Qui aũt sunt christi carnem crucifixerunt cum vicijs ⁊ ꝓcupiscentijs. Istam manum excelsam ꝑ ꝓtemplatõnis cultum habuit virgo maria. vñ de ipsa dicitur. Cantico. iij. Que est ista ꝙ ascẽdit ꝑ desertũ sicut virgula fumi ex aromatibus mirre ⁊ thuris ⁊ vniuersi pulueris pigmẽtarij. Admirãdo dicit. que est ista ꝙ vere admirabilis. vere laudabilis. que ascendit ꝑ desertum huius mundi. ascensiones enĩ in corde suo disposuit. ꝑs. Sicut virgula. quia fuit gracilis pauptate. Erecta. recta ꝓ intentõnem. flexibilis obedientia ⁊ miscõie pietate. et nõ quecũqꝫ virgula. sed virgula fumi. fumus enĩ est residuũ ignis. non tñ naturã igneam in se retinet vel custodit. sic beata virgo ⁊ si ortũ duxit a carnalibus iudeis nihil tñ in se retinuit ꝓcupiscentie carnalis. siue enĩ nõ fuerit cũ peccato originali ꝓcepta siue ꝓcepta in originali peccato. et postea mundata hoc modo non diffinio. quia sermo predicatõnis incedere debet sine scrupulo. hoc saltẽ certum habemus ꝙ in ꝓceptõne vnigeniti filij sui fuit totaliter mũdata. sicut dicit Augustinus. Post ascensum virginis descendit in eam spũssanctus mundans eam et virtutẽ susceptiuã verbi dei tribuẽs simul aũt ⁊ generatiuam. sequitur. ex aromatibꝫ ꝑ fragrantiã odoris. mirre ꝓpter macerationem carnis. thuris ꝓpter eleuationẽ cõtemplatõnis. thus enĩ ꝓcrematuꝫ in altũ conscendit. et vniuersi pulueris pigmẽtarij. ꝓpter varietatẽ omnis gratie ⁊ virtutis ꝑs. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Tercio est manus sinistra fugiens in aduersis desperatõnis precipiciũ. Genes. xlviij. Cum iacob vellet benedicere filijs ioseph effraym et manasse. Cancellatis manibus posuit dexterã sup effraym. sinistrã sup manasse. ꝑ manasse qui interpretatur obliuio signatur homo tribulatõni expositus qui videt a deo obliuioni datus. sed tunc verus iacob id est christus manũ sinistrã sup ipm caput ponit qñ vel merita examinãdo. peccatum puniendo ipm tribulatõnibus exponit ⁊ illesum a desperatõis precipicio custodit. mercedemqꝫ ei eternã ꝑ pie toleratis ꝓpalibus malis retribuit. Aug⁹. j. de ciuitate dei. Dum me deus aduersis rebus exagitat aut merita examinat. aut peccata castigat. mercedemqꝫ mihi etiam pro pie toleratis malis ꝓpalibus seruat. Quid aduersitatis habuit puerpera pariendo in ꝑsepio cum non esset ei locus in diuersorio. quid fugiendo in egiptum. quid reuertendo de egipto. sed vt multa alia ꝓtermittamus. ꝙd habuit afflictõis ⁊ doloris videns vnigenitũ suũ cõprehendi. trahi. conspui. flagellari. morte turpissima ꝓdemari. lancea ⁊ clauis ꝓfigi. nõ est facile exprimere. Tunc enĩ ſcõm ꝓpheriam symeonis tuã ipsius aiam gladius ꝓtransibit. Luce. ij. Dolores enim quos in ꝓtu effugit in passione vnigeniti sui sustinuit. vt dicit Damascenus. sed qui suos deserere in tribulationibus nescit. matrẽ suam in his aduersitatibus nõ deseruit. et ideo in desperatõnis precipitiũ nõ corruit. Nam ⁊ ipa apostolis recedentibus a cruce dñi non recessit. a qua dñs ipsam respiciẽs virginem iohanni virgini ꝓmendauit. Johannis. xix. Quarto est manus dextra deuitans in ꝓsperis elatõnis vicium. Cantico. ij. Dextra illius amplexabitur me. sicut ꝓ leuam aduersitas sic ꝑ dextram ꝓsperitas designatur. que maior ꝓsperitas qꝫ cum dictũ est ei spiritus sanctus supueniet in te ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. predicatur futura esse mater dei. regina celi. reparatrix mundi. videamus tamen quid respondit Ecce ancilla dñi fiat mihi secundũ verbũ

tuum. Luce.j. O humilis vtilitas.o vtilis humilitas.nec vtilitas humilitatem expulit.nec humilitas vtilitatem excluſit. Ecce ancilla dñi.hec eſt humilitas. Btūs bernardus beatiſſime virginis preco ꝑcipuus et dulcis chytaredus. O humilitas ſublimis que intumeſcere gloria neſcit.nec cedere nouit honoribus. ſed quanto maior eſt humiliat ſe in omnibus. Non eſt magnū eſſe humilem in abiectione.ſed prorſus eſt rara virtus humilitas honorata. hoc eſt luminare quod minuitur in conſummatõe. Ecci.xliij. ſequitur. Fiat mihi ſcom verbū tuū.vbi notatur vtilitaſ.fiat mihi ſcom verbum tuū.vt fiat incarnatum verbū per quod redimetur genus humanū. vñ hoc exponens btūs bernardus dicit.fiat ei deſiderij ſignum non dubitatõnis iudicium quanꝯ hoc ꝑm quod eſt.fiat.poſſit oratõnis eſſe verbū.nullus quippe orat niſi qđ credit ⁊ ſperat.fiat ergo verbum qđ erat in principio apud deum.caro de carne mea.ſed verbum tuū fiat inquam verbū non ꝓlatum qđ tranſeat.ſed ꝓceptum quod maneat. Sic ergo manū dexterā tenuit.ſcom q̄ ꝓmiſſū fuit.in ps.et tenebit me dextera tua.ſequitur. Et in voluntate tua deduxiſti me.vbi notatur ſecuritas ꝓfectus. Et ſciendum q̄ ipſam deduxit primo per vallem miſericordie ſiue pietatis.ſcdo p montem excellentie ſue ptātis. tercio per planū ſapientie ſiue veritatis. quarto per ſiccum ptinentie ſeu caſtitatis. Primo ergo deduxit eam dñs per vallem pietatis. Ecci. xlij. Pungens oculū deducit lachrimas. et qui pungit cor ꝓfert ſenſum. Pungens aculeo deuotõnis oculos cordis quantum ad partē pie affectõnis deducit lachrimas ꝑpaſſionis.ſic pungens dñs beate marie virginis oculū deduxit lachrimam dulcis affectõis. Ecci.xlvij. Spūs meus ſuper mel dulcis.btūs bernardus. Cogita mariam que te alliciat dulcedine ſanctitatis. ipſa enim te tenente nō corruis.ipſa ꝓtegẽte non metuis.ipſa duce nō fatigaris.ipſa ꝓpicia ad portum ſalutis peruenis.ſequit. Qui pungit cor ꝓfert ſenſum.qui pungit calcaribus frequentis exercitatõnis cor quantū ad partē intelligentie vel cognitionis ꝓfert ſenſum ſalutaris.nam qui nō eſt expertus pauca recognoſcit.natura enī potentem ars facilem vſus ꝓmptum reddit.ſic btā maria nō tam garrula vel ad loquẽdum ꝓmptula in ſeipſa ꝓferendo que poſt modum in mediū ꝓferret ꝓſeruabat. Luce.ij. Maria autē ꝓſeruabat omnia verba hec ꝓferens in corde ſuo. ibi dicit glo. Maria non minus ore q̄ corpore pudica.ſecreta que nouerat nullis diuulgabat.ſed toto corde ſcrutans congruū tempus quo deus hoc diuulgari voluit reuerenter expectabat conferẽs ea que viderat circa ſe acta.et que legerat in ſcriptura agenda. Scdo deduxit eam per montem excellentie ſue poteſtatis. Abacuc.iij. Super excelſa mea deducet me victor in pſalmis canentem. victor eſt chriſtus qui tanꝯ fortis ⁊ potẽs in prelio ſuperauit diabolum tanꝯ ꝓfidenter reſidentem in atrio. Luce.xj. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum in pace ſunt omnia que poſſidet.iſte victor btām virginem ſup excelſa deduxit qñ caput antiqui ſerpentis qui eſt excelſus per ſuperbiā humilitatis pede ꝓtriuit. Genek.iij. Ipſa cõteret caput tuum. et quia ipſa eſt eminẽtia poteſtatis ad ipſam debemus recurrere in periculis et aduerſis. btūs bernardus In periculis.in anguſtijs.in rebus dubijs mariam cogita inuoca non recedat a corde nō recedat ab ore. ipſam ſequens non deuias ipſam rogans nō deſperas.ipſam cogitãs non erras.ſi forte ingruit tentationis bellū in te ſentias poteſtatis defectū inſtanter pete virginis ſuffragiū. ſequitur. in pſalmis canentem.tunc in pſalmis cecinit qñ ex toto cordis affectu deū magnificauit dicẽs. Magnificat aīa mea dñm. Non enī ſicut dicit ambroſius fuit incredula de oraculo. nec incerta de nūcio nec dubia de exemplo ſed pia ꝑ voto.religioſa pro officio.feſtiua

p gaudio. in voce exultatõnis ⁊ pfessionis dixit. et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Tercio deduxit eam per planũ sapientie siue veritatis. Sapientie. vj. Incorruptio autem facit primũ esse deo. concupiscentia aũt sapientie deducet ad regnuz perpetuum. Incorruptio beate marie virginis fecit primũ esse deo vt in ipsa habitaret tanq̃ in templo scõ suo. btũs bernard⁹. Vlere primam non solum voluntatez sed carnem suam sibi iungeret ac de sua virginis substantia vnũ christum efficeret vel potius vnus christus fieret qui totus dei totusq̃ virginis esset. sequitur. concupiscentia sapientie deducet ad regnum perpetuũ Concupiscẽtia sapientie. i. cristi qui est virtus et sapiẽtia dei fuit in beata virgine vt non solum diceret ipsum diligere sed pre amore languere. quod deduxit eam ad regnum perpetuum. Sed notandũ q̃ nõ dixit consideratio sapientie sed concupiscentia sapientie. illa enim sapiẽtia laudanda est que est in pia scientia non illa solum q̃ ne est in tenaci memoria. Unde Aug⁹. vj. de ciuitate dei. Velius est habere bonam mentem id est scientiam q̃ memoriam quamlibet ingentem. nemo enĩ malus est qui bonam habet mentem. Multi vero pessimi sunt memoria mirabili. tanto peiores quanto minus possent quod male cogitant obliuisci. Et sciendum q̃ cõpetenter iungit ista duo incorruptionem et sapientiam. Sapientia enĩ luxuriaz expellit. luxuria vero sapientiam impedit et offendit. Vñ Aug⁹. in primo soliloquiorum. querit sub psona alterius. Nonne interdũ te delectat mulier pulcra. pudica. morigera. litterata. tantum etiam doctis afferens vt eam ocio tuo nõ reddas onerosam. Respondit Aug⁹. p se. Quautumcunq̃ velis ipsam describere ⁊ bonis opibus cumulare nihil mihi tam fugiendum q̃ pcubituz esse decreui. nihil aliud enim est quod magis ex arte dei virilem animum eiciat q̃ blandimenta illa mulierum. et contactus ille corporum sine quo mulier haberi non potest. Quarto deduxit eam p siccum cõtinentie virginalis. ps. Spiritus tuus bon⁹ deducet me in terram rectam. In via recta seu terra est cõsiliorum semita. semita enim est directiuum vie quantuz ad id cõsilium quod est de eorum pfessione virginalis pritentie. Ista via est sicca vt dixi signata p virgam siccam que fronduit ⁊ floruit ⁊ fructum fecit. virga est virgo maria flos filius eius qui est flos odorifeius respectu insipientium. folium prestans refrigerium respectu pficientium. fructus dulcis gutturi respectu pfectoz. Unde btũs bernardus. Virga floruit sine germine. virgo pcepit sine semine. nec virginis virore floris lesit emissio. nec marie pudorem sacri partus editio. recte ergo pudica virgo maria. virgo mente. virgo corpore. virgo pfessione. Sic ergo in voluntate sua eam dñs deduxit p viã sanctificatõnis. prima. Thessal. iiij. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra. sequitur. et cum gloria suscepisti me. vbi describitur beatissima virgo a dignitate status. Suscepit enim eam dominus. primo tanq̃ exquirentem ad secreti reuelationem. secundo tanq̃ pegrinam ad thalami introductionem. tercio tanq̃ fatigatam ad requiem expectatam. quarto tanq̃ esurientem ad refectionem preparatã. Primo ergo suscepit eam dñs tanq̃ exquirentem ad secreti reuelatõnem. Eccle siastici. quarto. Sapientia exquirentem se suscipiat. et preibit in via iusticie. Sapientia est filius dei. exquirens est eius genitrix que ipsum exquisiuit id est exquisite quesiuit. primo in cubiculo p secretam cõtemplationem. per vicos p psiliorum aggressionem. per plateas p mandatoruz executionem. ad montem mirre p mortificationem carnis. ad collem thuris p fragrantem orationum. sic ergo beata virgo maria christum exquisiuit. christus aũt ipam suscepit in osculis. in familiare colloquiũ. in amplexum in conuiuium indissolubile

vinculum. Canticorũ. viij. Pone me vt signaculum super cor tuum. sic ergo sapiẽtia exquirentem se suscipit. sequitur. et prẽibit in via iusticie. In via iusticie preiuit quando nobis vt ipsum rogaremus precepit. Luce. xj. Petite et dabitur vobis quẽrite & inuenietis pulsate & aperietur vobis. sed hoc est in via iusticie. iustum est enim vt petentes accipiamus quod iniunctum est nobis vt petamus. Luce. xj. Pater vester celestis dabit spiritum bonum petentibus se. hic est pater qui omnia scrutatur et sic facit ad secretorum reuelationem. j. Chorinteor. ij. Spiritus omia scrutatur etiam profunda dei. Secundo suscepit eã tanq̃ peregrinam ad cubiculi introductionem. Peregrinam dico quia sicut dicitur ij. Chorinteorum. v. Quoniam dum sumus in hoc corpore pegrinamur a deo. istã ergo pegrinationem suscepit ad introductionem cubili. ps. Transibo in locum tabernaculi admirabilis. Sed posset queri Per quos transibis & quo transibis? ꝓt respondere. transibo ordinez patriarcharum a quibus fui scõm generationis lineam ꝓpagata. transibo ordinez ꝓphetarum a quibus fui futurorum prelagio nunciata. trãsibo ordinem apostolorum quibus fui familiari contubernio sociata. transibo ad ordinem martirum quibus fui cõsimili martirio coequata. transibo ordinem confessorum quibus fui diligenti studio comparata. transibo ordinẽ virginũ. de q̃ collegio fui virgo virginum per eminentiam predicata. transibo ordinem angelorum super quos ero in celis exaltata. Exaltata est enĩ sancta dei genitrix sup̃ choros angelorum ad celestia regna. sequitur. in locum tabernaculi admirabilis. quia nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascẽdit que ibi dominus genitrici sue glorioſissime preparauit. j. Chorinteorum. ij. In illo enim tabernaculo ipsam in cubiculum introduxit. quod signatum est hester. iij. vbi dicitur q̃ introduxit hester reginam in cubiculum suum et adamauit eam super omnes mulieres. Tercio suscepit eam tanq̃ fatigatam ad requiem expectatam. Hũ de ipsa potest exponi quod dicitur in. ps. Suscipe me domine scõm eloquium tuũ et viuam & non confundas me ab expectatõne mea. Dñe qui potens es venientem suscipere. oneratum recreare. laborantem tem reficere. suscipe secundum eloquium tuum in quo dignatus es dicere. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis et ego reficiam vos. Mathie. xj. Lumen vite et glorie. sequitur. et non confundas me ab expectatione mea. ista expectatio est requiei future & ꝓcedit a virtute spei. spes enim est expectatio future beatitudinis ex gratia dei & meritis ꝓueniens. Ab ista expectatione beata virgo non cõfunditur qñ in eterna requie collocatur. etsi enĩ in istis inferioribus requies queritur in sola tamẽ hereditate domini inuenitur. Eccĩ. xxiiij. In omnibus requiem quesiui & in hereditate domini morabor. Inquietus est enĩ cor meum domine donec requiescat in te. vt dicit Aug?. in libro cõfessionum. Quarto suscepit eam vt esurientem ad refectõez ꝓparatam. Prouerbiorum. xj. Qui suscipit animas sapiens est. fructus iusti lignum vite. ille sapiens animas suscipiẽs est christus qui eas suscipit. sicut dicit glo. vel vt doceat errantes. vel cõsoletur tristes. vel bonis temporalibus sustentet & venientes ad remedia salutis ducat. vel pastore destitutos gubernet. et sic plures ad se contrabat & ꝓtrahat. Canticorũ. j. Trahe me post te curremus in odore vnguentorũ tuorum. sequitur. fructus iusti lignum vite. fructus id est merces iusti est lignum vite. id est ꝓceptio beatitudinis eterne. Apoca. ij. Vincenti dabo edere de ligno vite quod est in paradiso dei mei. vbi dicit glo. q̃ talem proponit christum qui valeat consolatõnem eorum quibus tribulatõnes ingeruntur. xps enĩ ꝓueneranti est lignũ vite & robur & vmbraculum et dans fructum et

sanguinem suum et hoc maxime in futuro Tunc enim maxime dicetur comedite amici mei ⁊ inebriamini charissimi. Illi enim inebriabuntur ab vbertate domus sue et torrente voluptatis sue potabis eos. Sic ergo dominus suscepit beatissimam virginem. sed cum gl̃a vt adimpleret. Isaie. tricesimoquinto. Gloria libani data est ei decor carmeli ⁊ saron. Libanus interpretat candidatio. Carmelus interpretatur scientia circumcisionis. Saron interpretatur cantans tristiciam. Gloria ergo libani data est beatissime virgini propter eminentiam continentie virginalis. decor carmeli propter excellentiam cognitõnis sapientie salutaris. Decor saron propter letam tolerantiam martirij ⁊ si non corporis tamen mentis. ꝓpter quod inuitans ipsã ad palmam sponsus dicit. Canticorum. quarto. Veni de libano sponsa veni de libano veni coronaberis. Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis vt sit regina illius superne ciuitatis. Vbi sicut dicit Augustinus. ij. de ciuite dei. Vbi est cõcordia veritas. vbi dignitas sanctitas. vbi pax felicitas. vbi vita eternitas. Ad quam nos perducere dignetur qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ De scõ Bernhardo. ¶ Sermo. I.

DEdit dominus confessionem sancto et excelso in verbo glorie. Eccl. xlvij. In verbo ꝓposito ꝓmendatur beatus augustinus a tribus. Primo a puritate ꝓscientie cum dicitur. Dedit ꝓfessionē sancto. Secundo a sublimitate scientie. cum dicitur. et excelso. Tercio ab edificatōne ecclesie. cū dicitur. in verbo glorie. Quantum ad primum sciendum q̄ triplex est confessio. Est enim ꝓfessio peccati ad exclusionem viciorū Scōd est ꝓfessio fidei ad edificationē ꝓximorum Tercio est ꝓfessio laudis ad ꝓmerationem beneficiorū diuinorum. Primo est ꝓfessio peccati. de qua Proverbi. xxviij Qui abscondit scelera sua non dirigetur. qui aūt confessus fuerit ⁊ reliquerit ea misericordiam cōsequetur. Nō debemus peccata nostra abscondere sed p ꝓfessionē detegere. Fatuus est qui abscondit serpentē in lectulo vbi absconsus venenum diffunderet. et ignis absconsus in sinu sinum incēdit. quod accidit illi qui in lectulo cordis vel in sinu conscientie peccatum abscondit. Peccatum enim diffundit venenum. pro verbiorū. xxiij. Nouissimo mordebit vt coluber ⁊ quasi regulus venena diffundet. Peccatum etiam in sinu ꝓscientie absconditum incendit sinum. ꝓverbiorū. vj. Num quid potest homo abscondere in sinu vt vestimenta illius non ardeant. et loquitur de igne carnalis ꝓcupiscentie. subdit enī. qui adulter est ꝓpter cordis inopiam ꝑdet aīaz suam. Nam de igne carnalis ꝓcupiscentie ꝓicitur miser peccator in ignem gehenne. ꝓpter quod dicit. qui abscondit scelera sua nō dirigetur. Et quare ille qui peccatuz abscondit nō potest dirigi ratio est quia peccator infirmatur morbo vertiginis quo morbo q̄ñ aliquis infirmatur sic in visu puerit̄ q̄ illud quod infra est superius illud quod superius est inferius esse videatur. et ideo talis homo manente morbo nō dirigitur. Isa. xix. Dñs miscuit in medio egipti spiritum vertiginis. et errare fecerunt egiptum in omni ꝛpe suo. sequitur. qui autem ꝓfessus fuerit ⁊ reliquerit ea misericordiam ꝓsequetur. Hñ ꝓiungit ista duo. scilicet confessionem ⁊ derelictōem. quia quidam sunt qui peccata sua confitentur. sed statim post ꝓfessionem quasi canis ad vomitum reuertuntur. et quasi sus lota in volutabro luti sordidantur. Nos ergo peccata nostra ita confiteamur vt ea totaliter relinquamus ⁊ sic misericordiam consequamur ⁊ gratiā inueniamus in auxilio oportuno. Hebreorū. quarto. Sic beatus augustinus peccata sua ꝓfessus fuit ⁊ ideo cristus ipsum a peccatis purgauit. Ecclesiastici. quadragesimoseptimo. Christus purgauit peccata ipsius ⁊ exaltauit in eternum cornu eius. et nō solum beatus augustinꝰ cōfessionem fecit de peccatis imo librum confessionum ad edificationem totius ecclesie composuit. Felix culpa que talē ⁊ tantum meruit habere confessorem ad totius ecclesie ministratōem ⁊ edificatōnem. Romanorum. decimo. Corde creditur ad iusticiam ore autem fit cōfessio ad salutem. Iustitia fidei est cau salitter ratio iustificatōis nostre mētis. Abacuc. ij. Justus ex fide viuit. sed hoc intelligitur de fide que secum

habet sociam fecunditatem charitatis.que quasi fecunda matrona,plem bonoꝝ opm ꝓducit.¶Nos ergo si spūaliter viuere volumus sic fidem teneamus vt dilectōem fraternitatis seruemus-et in bonis operibus fecundi simus.¶Jacobi.ij.¶Sicut corpus sine spū mortuum est ita fides sine operib mortua est.sic ergo corde creditur ad iusticiam id est iustificatōnem animaꝝ.sequit. ore aūt fit cōfessio ad salutem.et hoc fit ad edificationem,ꝓximoꝝ. talem ꝓfessionem bene habuit btūs augustinus.¶Eccī.xxxix. ¶Ipse tanq̄ imbres mittet eloquia sapientie sue.et in orōne confitebitur dño.¶Btūs augustinus tanq̄ imbres eloquia sapientie misit quibus totam ecclesiam christi irrigauit.¶Imo vt verius loquar quasi catbaclismus id est generale diluuium ecclesiaz dei inebriauit.¶Eccī.xxxix.¶Benedictio illius quasi fluuius inundauit.et quō catbaclismus terram inebriauit.iste est cui carbare cte celi apti sunt.iste est cui rupti sunt omnes fontes abyssi magni.iste est qui ꝓfunda fluuioꝝ scrutatus est.iste est qui abscōdita in lucem ꝓduxit.¶Job.xxviij.¶Iste est cui ꝓprie conuenit quod dicitur.¶Danielis ij.¶Ipse reuelat ꝓfunda ⁊ abscondita. boc intelligitur quantū ad difficultatem sacrarum scripturaꝝ.ipse nouit in tenebris constituta.boc dicatur quantū ad obscuritates librorꝝ philosophoꝝ.et rō redditur cū subdit.et lux cū eo est.quod intelligitur de luce diuine sapientie ad reuelatōnem diuinorum.¶Nunquā in area dñi inuentus cō similis ventilatoꝛ.nullus similis paleaꝝ excussoꝛ.nullus similis sanarum sententiarum quasi dñicoꝝ frumentoꝝ in horreuz dñicum congregatoꝛ.¶Nec mirum ipse enī fuit in cuius manū dñs ventilabruz posuit et aream dñi ꝓmundauit. paleas aūt igni inextinguibili ꝓburendas exposuit.¶Recte ergo de ipo dicitur.ipse quasi imbres mittet eloquia sapientie sue.sequitur.et in oratione confitebitur dño.quod vt dictuz est intelligitur de ꝓfessione fidei ad edificatōz ꝓximoꝝ.¶Danielis.ij.¶Tibi deus patrū nostroꝝ confiteoꝛ tecq̄ laudabo quia sapiētiam ⁊ fortitudinem dedisti mihi in edificationem catholicoꝝ.¶Fortitudinē dicit in electōnem hereticoꝝ ad ꝓmendatōem beneficiorum diuinoꝝ.ꝑs.¶Confitebor tibi in ecclesia magna in ꝑplo graui laudabo te.ecclesia catholica dicitur ecclesia magna numero. magna merito. magna dignitatis fastigio.magna eterni regis ꝓnubio.¶Libri stul lynagoge iudeoꝝ dedit repudij libellū tum quia in ventusta erat trāsgressione mādatorum diuinoꝝ ad modum decursus ꝑtereuntium annoꝝ.tum quia rugosa erat varijs scribarum traditōibus ⁊ pharisēoꝝ in plerisq̄ locis legem frāgētiū. tū qz sordida erat ⁊ immunda culturis ⁊ veneratō ne idoloꝝ.et ideo mirum nō fuit si dedit ei libellum repudij.et quia eternus sponsus sine sponsa esse noluit sibi ecclesiā magnam de gentibus desponsauit.¶Ephesios v.¶Christus dilexit ecclesiam ⁊ semetipm tradidit ꝓ ea.vt illam sanctificaret mundās eā lauacro aque in ꝛbo vite vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam nō habentem maculam aut rugaz aut aliquid hmōi. sed vt sit sancta ⁊ immaculata.hec est ecclesia magna in qua debemus dño ꝓfiteri per recordationē beneficioꝝ dei.ꝑs.¶Cōfitebitur tibi cum bñfeceris illi.sequitur. in populo graui laudabo te. ꝑplus fidelium dicitur populus grauis nō ponderē peccatoꝝ sed grauitate morum. in quo populo prefuit beatus augustinus vt senatoꝛ egregius ad exemplum ⁊ informatōnem ipsoꝝ.¶Abitū ij.¶In omnibus temetipsum prebe exemplum bonoꝝ opm in doctrina in integritate in grauitate.in doctrina dicit quantū ad eruditionē indoctoꝝ.in integritate quantū ad mundā custodiam membroꝝ. in grauitate quantū ad maturitatē morum. Btūs augustin⁹ sicut erat grauis ita monasteria clericoꝝ qui in grauitate moꝝ sancte viuerent sub regula aplōꝝ habere voluit. Hūc de ipso legitur.ꝙ factus presbiter monaste

rium clericorum mox instituit et cepit vi/
uere secundum regulam sub sanctis apo/
stolis constitutam. Istorum autem ordo
et dispositio bene describitur. Ecclesiastici
quadragesimoquarto. vbi dicitur. Homi/
nes diuites in fide pulcritudinis studium
habentes pacificantes in domibus suis.
vbi notatur triplex votum quod in religio
ne solet emitti. Primum est votum obedi
entie vel abrenunciationis proprie volun/
tatis. quod notatur cum dicitur. Homi/
nes diuites in fide. Secundo notatur vo/
tum castitatis. cum dicitur. pulcritudinis
studium habentes. Tercio notatur votuz
paupertatis. cum dicitur. pacificantes in
domibus suis. Quantum ad votum obe/
dientie dicit homines diuites in fide tota
enim fabrica edificij spiritualis in virtute
obedientie solidatur. et si corruerit per vir
tutem z humilitatem obedientie reparaf.
Verbi gratia. Aliquis religiosus in verbo
indisciplinato ex ore suo labitur. aliquis re
ligionis statuta transgreditur. aliquis in
graui enormi z manifesto peccato labitur.
adhuc in omnibus istis est spes si obedien
tia seruatur. religiosus enim ex humilita/
te obedientie patienter sustinet quando in
capitulo corripitur. ex humilitate obedien
tie libenter sustinet penas que sibi exclu/
duntur z virtutum ornamenta restauran
tur. et sic vir obediens victorias loquitur
Prouerbiorum. vicesimoprimo. Vir obe
diens victorias loquetur. Victorias dicit.
quia vir obediens habet victoriam de dia
bolo z de peccato z de seipso. et hoc est quā/
do sibi de seipso proprio iudicio non credit
sed superioris sui arbitrio totaliter se com/
mittit. Secundo ostendit votum castita/
tis cum dicit. pulcritudinis studium habē
tes. Sapientie. quarto. ℣ pulcra est casta
generatio cum charitate. et tunc valde pul
cra quando per confessionem est christo p/
missa. quia tūc anima religiosa specialiter
est christo dño desponsata. ij. Corinteo
rum. vndecimo. Despondi enim vos vni
viro virginem castam exhibere christo. sed
nota q non dicit homines pulcritudinem
habentes. sed pulcritudinis studium ha/
bentes. quia cum magna cautela z sollici/
tudine studere debemus quomodo thesau
rum castitatis possidemus. habemus enī
istum thesaurum in vasis ficulibus. secun
da. Corinteorum. quarto. Tercio descri/
bitur votum paupertatis vel abrenunciatō
nis proprie voluntatis. cum dicitur pacifi
cantes in domibus suis. sicut scitis meum
et tuum sunt origo omnium discessionuz
et litigiorum. propter hoc enim litigia et
discessiones in monasterijs z in chatedra
libus ecclesijs oriuntur q administratio
vel dignitas que vni debetur a pluribus
ambigitur. hinc est q in monasterijs mar
tha conqueritur de maria z mariam accu/
sat martha. teste euangelio. Luce. decimo.
Duas sorores legimus. marthaṁ que cir
ca frequens ministerium satagebat. mari
am que sedebat secus pedes domini verbū
ipsius audiebat. Dominus partem mar/
the non reprehendit sed partem marie cō/
mendauit. Quodo autem aliter est in eccle/
sijs z claustris. et intelligatis q per mar/
thaṁ signantur officiales rerum mona/
sterij administratores. per mariam signan
tur claustrales. Modo martha de quiete
marie non curat. modo maria laborē mar
the accusat. sicut dicere ceperaz martha de
quiete marie non curat. sed quantum po/
test eius quietem recusat z ne ad ipsam p/
ueniat totis viribus procurat. Hinc est q
quando aliquis officialis vel administra/
tor rerum monasterij ex aliqua causarati/
onabili a sua administratione absoluitur
inquietatur turbatur z se pacem cordis sui
amisisse profitetur. non diligens quietem
sed exteriorem turbatōnem. tales similes
sunt piscibus marinis qui in salsis maris
fluctibus viuunt in sereno autem aere mo
riūtur. hoc diximus de martha. quid facit
modo in claustris maria. iste mariote sunt
claustrales qui contra officiales rerum p/

curatores murmurant. eorum egressus et regressus condemnant. eorum labores suis colloquijs deprauant. eorum turbationes recreationes esse iudicant. dicit maria. q aer claustri est sibi infirmus q sanatui? esset sibi liber discursus. odiosus est ei silētij status quietus. melodiosus est ei sclaris tumultus. isti similes sunt apibus que in cimbulorum tinnitibus ⁊ tumultibus delectantur. nec est iste conuentus qui sub regula sua viuere ⁊ in quo tanquā in graui populo dominum laudare. Sic ergo primo commendatur beatus augustinus a puritate conscientie. cum dicitur. dedit dominus confessionem sancto. sequitur. et excelso. in quo commendatur a sublimitate scientie. Sciendum est ergo q beatus augustinus fuit excelsus tripliciter. Primo enim in depressione peccatorum. Secundo in eruditione indoctorum. Tercio in cōfutatione hereticorum. Primo ergo beatus augustinus fuit excelsus in depressione peccatoꝝ. tercio. Regum. tercio. Ascendit salomon in gabaon vbi erat excelsum magnum. Gabaon interpretatur vallis mestitie in quo designatur status presentis miserie. in quo non est locus nisi tristitie. in hoc loco beatus augustinus inuenit excelsum magnum maius maximū. Magnum in recordatione preteritorum peccatorum. ipse enim sicut de eo legunt. Ascendit valle plorationis ascendit ⁊ fluebant lachrime ⁊ bene erat ei cum illis. Secundo inuenit excelsum maius in dulcedine ecclesiasticorum canticorum. Unde de ipso legimus. q fluebat vberrime in hymnis et canticis suaue sonantis ecclesie vocibus vel mēter affectus. Tercio inuenit in hac valle miserie excelsum maximum per consideratione ⁊ dolorem ciuium suorum pereuntium siue subditorum. Nam legimus in legenda ipsius. q obsessa erat ciuitas yponensis in qua ipse erat episcopus ab exercitu barbarorum in qua mala fuerunt augustino. lachrime sue panes die ac nocte atq; sub hoc euentu ad extremā horā perueniens obdormiuit in pace. Unde beatus augustinus fuit sicut piscis dominicus qui per aquam venit per lauacrum generationis ⁊ regenerationis sancti spiritus in aquis lachrimaruꝫ virit. in aquis lachrimarum vitam finiuit. Secundo fuit beatus augustinus excelsus in eruditione indoctorum. secundo. Regum. vicesimosecundo. Tonauit de celo dominus et excelsus dedit vocem suā. Tonitruū est extinctio ignis in nube. tunc ergo dominus de celo in corde beati augustini tonauit qui in ipso ignem carnalis concupiscentie ⁊ seculatis lasciuie extinxit. Tunc augustinus a facie tonitrui domini formidauit ⁊ conuersus ad dominum totam ecclesiam voce sue predicatōnis fecundauit. imo vt prius loquar non solum vocem dedit sed tonitruum pro tonitruo reddit. Ecclesiastici. quadragesimotercio. Vox tonitrui ei? verberauit terram. ten pestas aquilonis et congregatio spiritus. Vox tonitrui beati augustini verberauit terram id est terrenos per predicationem contemptus terrenorum. tempestas aquilonis fuit quantuꝫ ad persecutionem hereticoꝝ ecclesiam christi impugnantiuꝫ. Hieremie. primo. Ab aquilone pandetur omne malum. sequit. congregatio spiritus. que facta fuit spiritusancto per beatum augustinum qui collegit fideles in vnum sancte matris ecclesie sinum peruertercentur dispersi per versucias inimicorum. Tercio fuit beatus augustinus excelsus in detectione hereticorū Judicum. nono. Erat autem in media ciuitate turris excelsa. Ciuitas ecclesia ē. hec est enim hierusalem que edificatur vt ciuitas Ciuitas enim dicitur quia ciuium vnitas. quod debet reperiri in sancta dei ecclesia. et inueniebatur in ecclesia paminua. Actuum. quarto. Multitudinis credentium erat cor vnū ⁊ anima vna. In ista media ciuitate tanquam turris excelsa fuit positus beatus augustinus. Canticorum. iiij

De sancto Augustino Sermo. I.

Collum tuum sicut turris dauid que edi/ficata est cum propugnaculis mille clipei pendẽtur ex ea omnis armatura fortium. Beatus augustinus fuit sancte ecclesie col lum. Nam sicut scitis in collo verba for/mantur. collo etiam membra capit i vni/untur. quod bene beato augustino conue/nit. ipse enim ad edificationem ecclesie ver ba formauit. Ecclesiastici. decimoquinto. In medio ecclesie aperuit os eius ⁊ imple uit eum dominus spiritu sapientie ⁊ intel lectus. ipse etiam multa ecclesie membra christo capiti reconciliauit. Sapientie. de cimooctauo. Properans homo sine quere la deprecare pro populis. et proferens ser uitutis sue scutum oratione et per incen sum deprecationem allegans restitit ire. istud collũ eccie hoc est bũs augustin⁹ vo catur turris dauid edificata cum propun gnaculis. Turris dauid dicitur propter fi dei firmitatem. sed edificata cum propun gnaculis dicitur propter rationum et au/toritatum soliditatem. Unde et quasi expo nendo subditur. mille clipei pendent ex ea omnis armatura fortium. Homines isti bellicosi et militares solent habere duo ge nera armorum. quedam ad protectionem alia ad impugnationem. Sic beatus au/gustinus pro armis habuit rationes vali/das ad munitionem catholicorum. Ha/buit etiam autoritates ⁊ rationes validas ad impugnationem hereticorum. qui eñ fuerunt libri theologici vel diuini ex qui/bus beatus augustinus ad ecclesie muni/tionem ⁊ hereticorum impugnationem ar ma non protulerit. ipse enim de omnibus disseruit. Disseruit enim de visibilium in uisibilibus formis. quod pertinet ad ma/thematicam. ipse etiam disseruit de visibi lium inuisibilibus causis. quod pertinet ad physicam. ipse etiam disseruit de inuisi bilibus substantijs quod pertinet ad theo logiam. Primo dico disseruit de visibili/um inuisibilibꝰ formis quod pertinet ad mathematicã. Mathesis doctrina est que in quattuor diuiditur. Musicam. Arisme tricam. Geometriam. Astrologiam. In quibus ita profecit q̄ omnes mathema/ticos per seipsum nullo docente cognouit. ipse etiam disseruit de visibilium inuisibi libus causis. Nullus enim unquam de causis originalibꝰ. de rationibus supnatu ralibus disseruit sicut augustinus. hoc di xi pertinere ad physicam. Physica est na turalis scientia que in tribus consistit. in ra tione. experimento et usu. Nullus vnq̄ augustino inter confessores ratione acuti/or. Nullus augustino in experimento dili gentior. Nullus augustino in usu exercici or. Tercio vt dixi disseruit de inuisibilibus substantijs. quod pertinet ad theologiam. Theologia quadrifarie diuiditur secun/dum quattuor sacre scripture sensus. scili/cet. Hystoriam. Allegoriam. Tropologi/am Anagogiam. Nullus enim augusti/no hystoriographus celsior. quod perti/net ad hystoriaz. Nullus augustino in for mandis similitudinibus lucidior. quod pertinet ad allegoriam. Nullus etiam au gustino in formandis moribus utilior q̄ pertinet ad tropologiam. Nullus augusti no in perscrutandis secretis celestibus sub tilior. quod pertinet ad anagogiam. Un/de illud quod communiter de confessori/bus dicitur sibi specialiter conuenit. Non est inuentus similis illi qui conseruaret le gem excelsi. Non solum dico q̄ conserua/ret sed que sciret custodiret ⁊ defenderet. Tercio commendatur beatus augustinus ab edificatione ecclesie. cum dicitur. in ver bo glorie. Sciendum ergo q̄ verbum dei. dicitur verbum glorie triplici ratõne. Pri mo quia valet ad salutem auditorum. Se cundo quia valet ad consolationem affli/ctorum. Tercio quia valet ad gloriam do/ctorum. Primo ergo verbum dei valet ad salutem auditor⁹. Jacobi. j. In mansuetu dine suscipite insitum verbum. quod sal/uare potest animas vestras. si loquamur de verbo q̄ est filius dei. de quo. Johã. j.

Verbum caro factum est ⁊ habitauit in nobis. Istud verbum fuit insitum in trunco siluestri nature humane generis ⁊ hoc in orto florenti id est in vtero beate virginis. austro flante id est operatione spiritussancti Luce. primo. Spiritussanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi Si vero loquamur de verbo predicationis et illud vere est verbum dei. prima. Ad thessalonicenses. secundo. Cum accepistis a nobis verbum auditus accepistis illud non vt verbum hominis sed vt verbum dei. istud verbum inseritur quando cum mansuetudine suscipitur. meditatione frequentatur Sed multi sunt per quorum corda quasi super lubricam glatiez transit verbum diuinum ⁊ ideo in ipsis non est verbum insitum sed fluidum. sequitur. quod potest saluare animas vestras. Si aliquis medicus haberet herbam aliquam que valeret ad curam ⁊ salutem omnis infirmitatis corporis multum ipsam diligeret ⁊ care venderet. Verbum diuinum ⁊ si non ordinetur ad curam ⁊ sanationem corporee infirmitatis ordinatur tamen ad sanitatem cuiuslibet infirmitatis spiritualis. Sapien. xvj. Neq herba neq malagma sanauit eos sed sermo tuus domine qui sanat omnia. Secundo valet verbum diuinum ad consolationem afflictorum. Hieremie. xv. Factum est mihi verbum tuum in gaudium ⁊ letiziam cordis mei quia inuocatum est nomen tuum super me domine deus exercitum. Magna dicitur esse consolatio nobis istud q̄ inuocatur sp̄ nos nomen dñi vt a christo dicamur christiani. istud ꝑ magno reputabat btūs augustinus cum dixit. nomine suo vocauit me vt memoriale eius esset apud me vt ab vncto vnctus essem. et a christo christian⁹. ita sicut dixi verbum diuinum valet ad ꝯsolationem afflictorum Apocalipsis. sexto. Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum dei. et sequitur. q̄ dictum est eis vt requiescerēt adhuc modicum tempus. ecce consolatio ex dulcedine verbi. et dicitur q̄ date sunt illis singule stole albe. ecce consolatio ex distributione donorum. Tercio valet verbum diuinum ad gloriam doctorum. Philippenses. secundo. Lucetis tanq̄ luminaria in mundum verbum vite ꝓtinentes ad gloriam meam. Luminaria mundi sunt predicatores et doctores lumine veritatis mundum illustrantes. inter quos christus voluit facere luminare maius id est beatū augustinum vt preesset diei ⁊ alios excederet in lumine cognitionis veritatis in die euangelice ꝓdicationis quod bene signatum est Apocalipsis. decimonono. Vidi angelum vnum stantem in sole ⁊ clamauit voce magna dicens omnibus auibus que volabāt per medium celi. venite et congregamini ad cenam magnam dei. iste angelus fuit beatus augustinus qui dicitur stare in sole. quia sicut vestimento fuit amictus diuino lumine. iste clamare non cessabat auibus volantibus per medium celi hoc est studiosis et contemplatiuis in ecclesia dei Hec est beata vocatio. hec est beata pecunia tio. Apocalipsis. decimonono. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. in ista enim cena nobis a christo ꝓponitur mensa in qua nullius boni erit indigentia sed omnis dulcedinis omnis beatitudinis excellens abundantia. Luce. vicesimosecundo. Disꝑono vobis sicut disposuit mihi pater regnum vt edatis et bibatis sup mēsam meam in regno meo. Ad quod regnū nos perducere dignetur qui viuit ⁊ regnat in secula. Amen.

De sancto Augustino. Sermo secundus.

Vistis aliquā do tenebre nūc aūt lux in dño Epiſt. v. In verbo ꝓposito notatur duplex status beati augustini scz cum pr̄. Vñ ꝓmo describit ꝑterita obnubilatio

falsitatis·cum dicitur. Fuistis aliquando tenebre. Secundo presens cognitio veritatis·cum dicitur·nunc autē lux in domino Sciendū est ergo q̄ status peccatoris maxime infidelis notatur noīe tenebraꝝ quadruplici rōne. Primo ꝓpter nubilū excecatōnis. Scdo ꝓpter periculum p̄cipitatōnis Tercio ꝓpter inquietudinē interne tribulatōnis. Quarto ꝓpter similitudinē eterne damnatōnis. Primo ergo status augustini ꝑ tpe infidelitatis notatur noīe tenebrarum ꝓpter nubilū excecatōis. Ecce·q. Videt q̄ tm̄ p̄cedebat sapientia stulticiā quantum differt lux a tenebris. Lux sua irradiatōne facit diē. tenebre sua obnubilatōe faciunt noctē. sic sapiētia sua irradiatōne facit in intellectu diē recte cognitōnis. stultitia vero sua obnubilatōe facit in eodem noctem errōris. Genes·j. Tenebre erāt super faciem abyssi. Cor hūanum p̄t abyssus vocari q̄ sicut abyssus nō p̄t mēsurari ita cor hominis non potest pscrutari. Hiere·xvij. Prauuꝫ est cor hois & inscrutabile & quis cognoscet illud? tenebre erant sup̄ faciem abyssi id est sup̄ intelligentiā cordis augustini tpe sue infidelitatis. qñq̄ ad tātas nebulas fuit deductus vt crederet ficum plorare qñ decerpit. sed dixit deus. fiat lux et facta est lux. ille enim qui venit illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedebant ad dirigendū pedes eoꝝ in viā pacis. magnus dñs et laudabilis nimis cui? sapientie non est numerus. de tenebris gētium lumen ecclesie vocauit augustinum. Secundo notatur status infidelitatis nomine tenebrarum propter periculum precipitatōnis. Psalmista. Fiant vie illorum tenebre et lubricum. Ista enim duo se cōcomitantur mutuo tenebrarum obscuritas & pedum lubricitas. Johannis. tercio Lux venit in mundum & dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucez. Erant enim opera illorum mala. Lux est christus qui venit in mundum. Johannis. decimosexto. Exiui a patre ꝑ eternam generationē et veni in mundum ꝑ humane nature assumptionem. Johānis. primo. In mūdo erat et mundus ꝑ ipsum factus est. Si in mundo erat & venit in mundum. ergo venit vbi erat. Fuit in mundo a principio mundi ꝑ diuinitatem. venit in mundum in fine seculi per humanitatem. Sic ergo lux venit in mundum. sequitur. et dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. Nec mirum quelibet enim res solet id diligere in quo consuevit gaudere. Unde aues diei gaudent in luce diei & horrēt tenebras noctis. Aues autem noctis tenebras diligunt & diem odiunt. Sic peccatores diligunt tenebras viciorum & abhorrent honestatem virtutum. Unde Boecius. Nequiunt homines tenebris assuetos oculos ad lumen perspicue veritatis attollere. similes auibus quarum intuitū nox illuminat dies cecat. Unde subditur. Erant enim opera eorum mala. Johannis tercio. Qui male agit odit lucem. In isto enim precipicio tenebrarum quando fuit augustinus. Unde de ipso legitur. q̄ cū grauiter egrotaret iam ibat ad inferos portans secum peccata. sed ista opera tenebrarum abiecit & arma lucis induit. secunda Chorinteorum. sexto. Per arma iusticie a dextris et sinistris. A sinistris fuit augustinus munitus fortitudine in aduersis ne desperatōne frāgeretur. Fuit a dextris munitus humilitate in prosperis ne superbia inflaretur. Arma iusticie post tempus sue conuersionis habuit quandoq̄ insidias hereticorum cautissima humilitate euitando. Arma iusticie habuit a dextris insidias hereticorum quandoq̄ veritate solidissima retondendo. Unde in libro de trinitate dicitur. Dentem caninum vel euitat vel cautissima humilitas vel retondit solidissima veritas. secunda. Chorinteoꝝ. decimo Arma militie nostre non sunt carnalia sed potentia deo ad destructionem munitionum consilia destruentes & omnē altitudinem extollentē se aduersus scientiaꝫ dei.

Tercio comparatur status infidelitatis tenebris propter inquietudinem interne turbationis. Isaie. quinto. Aspiciemus in terram & ecce tenebre tribulationis & lux obtenebrata est in caligine eius. quando homines ex toto istis scientijs secularibus intendunt & ad ipsas totaliter sua ingenia deflectunt. inquietis turbationibus se inuoluunt. Job. septimo. Si dormiero dicam quando exurgam et rursus expectabo vesperam & repleboz doloribus vsqz ad tenebras. Bene describit statum hominis inquieti & afflicti qui quando iacere vellet surgere. quando meridies est vellet vesperam venire et vsqz ad tenebras inquietatur afflictione & doloze. talis erat status beati augustini tempore infidelitatis. ipse enim inquietus erat. nam modo carthagini modo rome. modo melodiani docebat et quasi auis inquieta de loco ad locum volitabat. Isaie. quadragesimosexto. Vocans ab oriente autem & de terra longinqua virum voluntatis mee. Augustinus potest dici auis ratione inquietudinis. Auis enim de ramo in ramum volitat. de arboze ad arbozē transuolat. sicut augustinus de loco ad locum de secta ad sectam transcurrebat. sed quando dominus eum ad fidem vocauit ipsum virum sue voluntatis effecit et super seipsum solidauit. Ephesios. quarto. Non sumus sicut parvuli fluctuantes et circumferamur omni vento doctrine. Res que fluctuat non habet stabilimentum sed huc atqz illuc defertur scōm fluctus impetum vel impressum. sic fluctuabat augustinus quousqz supra firmam petram id est christum solidaretur. Quarto comparatur status infidelitatis tenebris propter similitudinem eterne damnationis. Treno rum. tercio. In tenebrosis collocauit me quasi mortuos sempiternos. Status culpe signatur in tenebris. Culpa enim similitudinem habet eterne mortis vel damnationis. Psalmista. Nescierunt nescierunt neqz intellexerunt in tenebris ambulant et ideo in tenebris peccatorum ad tenebras inferni ruunt. Job. vicesimoquinto. Seruum inutilem proijcite in tenebras exteriozes vbi erit fletus et stridoz dentiuz Peccatozes vanitates huius mūdi amatozes cum lamech quasi cum duabus vxoribus contrahunt. vna est secularis pompa. alia carnalis voluptas. sed velint nolint compellentur in morte istis duabus vxoribus libellum repudij dare & cum aliis duabus vxoribus istis contrarijs contrahere. Apocalipsis. decimooctauo. Quātum glorificauit se & in delicijs fuit tantū date illi tormentum & luctum. Quantum glorificauit se. ecce pompa secularis. et in delicijs fuit. ecce voluptas carnalis. tantū date illi tormentum. contra voluptatem carnalem. et luctum id est abundantiam lachrimarum. contra secularem pompam Sed istis tenebris noluit dominus lumē ecclesie sue cecari vel sociari. secunda. Corinteozum. sexto. Que societas lucis ad tenebras. quasi diceret. nulla. Dominus enim illum quem preordinauerat ponere super ecclesie sue candelabrum nullo modo voluit abscondi sub modio infernaliuz tenebrarum. Matbei. quinto. Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio sed super candelabrum. Sic ergo primo notatur preterita obnubilatio. cum dicit. Fuistis aliquando tenebre. Secundo notatur presens cognitio veritatis. cum dicitur. Nunc autem lux in domino. Sciendum ergo q̄ status egregiosissimi doctoris notatur in nomine lucis post statum sue conuersionis et hoc propter quadruplicem proprietatem lucis. Lux enim habet claritatem in essentia. Jocunditatē et pūtia. Utilitatē ex influētia. Perpetuita tē ex duratōne eterna. Primo ergo lux habet claritatem in essentia. iij. Regū. ij. Lux que p̄ infusionē diuine gratie oritur fidelibus christi post statum culpe. Isaie. nono. Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. vnde Sapiē. vij. dicit.

Per hanc habeo immortalitatem ad turbas ⁊ honorem ad seniores ⁊ facies principum mirabuntur me. tria describit genera clericorum ⁊ maxime theologorum. Incipientium. proficientium et perfectorum. Quantum ad incipientes dicit. per hanc id est per sapientiam habeo honorem ad turbas id est ad communes theologos qui incipientes audire theologiā ⁊ sancta verba sancti augustini audientes in suis verbis ⁊ sententijs ipsum honorant. Proficientes qui seniores vocantur ipsum glorificant ⁊ clarificant. Facies etiam principuz id est perfectorum vel doctorum sacre theologie mirantur verborū suorum profunditatem. Job. vicesimooctauo. Profunda fluuiorum scrutatus est ⁊ abscondita produxit in lucem. Beatus enim augustinus semper augustus in mense augusti de hoc mundo ad patrem translatus est. reliquit nobis tantam abundantiam ⁊ profunditatem librorum ꝙ vix vita humana sufficiat ad perscrutatōem eorum. ideo beatum augustinum voluit vocare semper augustum quia secundum decursum ⁊ processum tpm magis ac magis augetur ⁊ notatur vtilitas librorum suorum. Secundo lux habet iocunditatem ex presentia. Eccēs. xj. Dulce lumen ⁊ delectabile oculis videre solez sic sapientia salutaris post statum sue conuersionis in beato augustino fecit ⁊ in alijs sanctis doctoribus facit iocunditatē spiritualem. Cum enim lux gratie vel sapientie in corde sapientis oritur tunc ex claritate et puritate scientie sapiens letatur. ps. Lux orta est iusto ⁊ rectis corde leticia. Vñ. Sapientie. viij. Commemorās in corde meo ꝙ immortalis est in cogitatōne sapientia. et in amicicia illius delectatio bona. et preclaritas in communicatōne sermonum illius. circūibam querens vt mihi illam assumerem. Beatus augustinus circūiuit ꝙ diuinam sapientiam in sponsam assumpsit et sibi in matrimonium copulauit. et hoc sapienter fecit. ista est enim vxor pacifica. vxor pulcra. vxor fecunda. Homo qui cum vxore litigiosa contrahit dies suos in amaritudine anime sue deducit. Vñ vulgariter dicitur ꝙ tria sunt que solent expellere hominez de domo sua. stillicidium. fumus et vxor litigiosa. non talis est diuina sapientia. sed quieta et pacifica. Sapiente. octauo. Intrans in domum meam ꝙ quiescam cum illa. ista etiam vxor est vxor pulcra siue speciosa. Sapientie septimo. Est enim speciosior sole. Unde si querant a me quomodo vocatur ista vxor speciosa. respondeo vobis modo ꝙ vocatur domina clara. Sapientie. sexto. Clara est ⁊ que nunquam marcescit sapientia. Ista etiam vxor est vxor fecunda. Ex ipsa enim beatus augustinus genuit filios vel filias. Filios versucias sermonum et dissolutiones argumentorum. validas rationes ad confutationes hereticorum. Filias nobis genuit informationem morum regulam clericorum. visitationem ad exercitium bonorum operum. Beatus talis sponsus beata talis sponsa ex quibus proles tam benedicta nobis est exorta. Unde ista mater beata vocare nos non desinit vt impleamur generationibus suis. Ecclesiastici. vicesimoquarto. Ego mater pulcre dilectionis et timoris et agnitionis ⁊ sancte spei. transite ad me omnes qui concupiscitis me ⁊ a generationibus meis adimplemini. Tertio lux habet vtilitatem ex influentia. Lux enim corporum superiorum facit ad generationem istorum inferiorum. Unde philosophus. ij. phisicoz. Hō generat hoīem et sol. hō sicut agēs ꝓpriū ⁊ priculare. sol sicut agēs ꝑticulare ⁊ vle. sic iste sanctissimus doctor habuit effectū vtilitatis ex influētia lucis sapiēte salutaris. Eccī. l. Quasi stella matutina i medio nebule. et q̄si luna plena in diebus suis sic ille effulsit in tēplo dñi Sapientia lucem istius egregij beati augustini luce stelle matutine et solis et lune comparauit. quia nihil clarius cui comparare posset in corporibus inuenit.

Iſta lux habuit vtilitatem ex efficacia Vñ immediate dicitur qui ꝑualuit amplificare ciuitatez ⁊ adeptus eſt gloriam in conuerſione gentiſ. Ciuitas eſt eccleſia que dicitur ciuium vnitas. Actuum .iij. Multitudinis credentiū erat cor vnum ⁊ anima Iſtam ciuitatem btūs augustinus amplificauit quia funiculos tabernaculoꝝ eccleſie expoſitōne ſcripturaꝝ ⁊ ꝓpoſitōne librorum dilatauit ⁊ acies hereticoꝝ eccleſiam impugnantiū gladio ſpiritus quod eſt verbum dei ⁊ rōnibus validis a finibus illiꝰ longius ꝓpulſauit. ſic ergo preualuit amplificare ciuitatez. ſequitur. et adeptus eſt gloriam in ꝙuerſione gentis. ipſe enī ſanctis ꝑdicatōnibus ſuis multos a vetio viciorum ad viam virtutum reuocauit ⁊ ad huc ſuis ſacris libris reuocare nō deſinit. et ideo adeptus eſt gloriam in cōuerſione gentis. gloriam ſalicz eterni fulgoris. Danielis .xij. Qui docti fuerint fulgebunt q̄ſi ſplendoꝛ firmamēti et qui ad iuſticiā eruditiū multos quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Quarto habet lux perpetuitatem ex duratōne eterna. Lux enī ꝓpetua eſt et immortalis. Iſaie .xxx. Erit lux lune ſicut lux ſolis ſeptempliciter. Lux enī corꝑoꝝ ſuꝑioꝝ nō ceſſabit ſed remunerabitur in augmento luminis ꝓpter obſequium qđ impendit electis. ꝓpter hoc ſapientia diuina p̄t luci ꝓpari. quia eſt indeficiens et inextinguibilis. Sapien. vij. Super ſalutē et ſpeciem dilexi ſapientiam ⁊ ꝓpoſui pro luce habere illam. q̄ inextinguibile eſt lumen illius. Epalis abundantia. ſecularis pompa. mundana ſapientia ⁊ ſi videantur eſſe quedā luminaria. tñ cito extinguūtur ſicut ignis in ſtupa. et quia btūs auguſtinus luci inextinguibili ſapientie ſtuduit. ideo immortalē gloriam acquiſiuit ⁊ lr̄as teſtimoniales ſuis imitatoribus ⁊ regule ſue ꝓfeſſoribus acquirēdi vereliquit. Sapientie. vij. Per hanc habeo immortalitatem ⁊ memoriā eternaz bis qui poſt me futuri ſunt relinquā. et ideo ſicut in memoria eterna erunt iuſti id eſt imitatoꝛes et ꝓfeſſoꝛes regule beati auguſtini ⁊ ideo illud qđ ſequiſ obtinebūt. q̄ ab audituōne mala nō timebunt. ab illa ſcilicet qua turbabuntur reprobi timoꝛe hoꝛribili qñ dicetur eis Ite maledicti. ſed recreabuntur letitia inenarrabili qñ dicetur eis. venite bñdicti patris mei. Matth. xxv. Ad qđ regnū. ꝛc.

De decollatōne btī Jo. bap. Ser. I.

Odio habuerūt corripientē in porta. Amos. v. In verbo ꝓpoſito tria notātur que nobis ꝓſideranda ꝓponuntur. Primo enī nobis ꝓponitur in btō iohanne correctionis liberalitas. cum dicitur. corripientem. Secdo notatur in eodem dilectōis generalitas. cum dr. in porta. Tercio notatur in herode herodiade ⁊ filia ſaltatrice puellas. cū dr. Odio habuerūt. Johānes enī correxit liberaliter. dilexit generaliter. preceptit herodes damnabiliter. Primo ergo notatur in iohanne correctōnis liberalitas cum dicitur. corripientē. Sciendū eſt ergo q̄ btūs iohannes corripiebat herodem tripliciter. Primo enī corripuit ꝓſtāter. Secundo corripuit ſapiēter. Tercio corripuit miſeriorditer. Primo ergo btūs iohānes corripiebat cōſtanter. Sapien. j. Probata virtus corripit inſipientes. Probata virtus ꝓſtantia p̄t dici que nec allicitur ꝓſperis nec tꝛiſtitur aduerſis. Audacter hoīes ꝓſtantes corripiunt homines nec parcunt maioꝛibus ſicut non parcunt minoꝛibus. Contra multos ꝑdicatoꝛes qui audacter peccata redarguunt in pauꝑibus ⁊ in inferioꝛibus ſed ꝓcunt ⁊ quaſi oleo adulatōis pungnut aures ſuꝑioꝝ. de quo in ꝑs. dr. Oleū aūt peccatoꝛis nō impinguet caput meum. Tales ꝑdicatoꝛes magnos hoīes in viam veritatis nō dirigūt ſed potius a via veritatis auertūt. Iſa. iij. Populus meus qui btm̄ te dicunt ipſi te decipiūt ⁊ viā

gressuum tuorum dissipant. Audacter de/bent corripere bni predicatores ⁊ cōfessō/res quia homo magnus ⁊ si in principio molestetur ꝓpter correctōnis acerbitatem finaliter tñ leratur ꝓpter sequentis correctionis utilitatez. ℣Prouer. xxix. Qui corripit hominē gram postea inueniet apud eum magis q̄ ille qui p lingue blandimē ta decipit. Sic ergo btūs iohannes baptista ꝓstanter arguebat herodem. Marci. vj Dicebat iohannes herodi nō tibi licet habere uxorem fratris tui. Secō arguebat btūs iohannes herodem sapienter. In correctōne enī cum ꝓstantia debet esse sapientia. Eccī. xix. Corripe amicū ne forte nō intellexerit ⁊ dicat nō feci. aut si fecerit ne iterū addat facere. Multi sunt boies simpliciores qui nesciūt ꝓsciētias suas discutere et ubi culpa nō est credūt culpā esse. et ideo sapientes ꝑdicatores ⁊ ꝓfessores debēt eos ꝑinterrogatōnem dirigere ⁊ culpam suam eis ostendere. Eccī. xj. Priusq̄ interrogesne vituperes quemq̄ et cum interrogaueris corripe iuste. Bonus ꝑdicator debet iuste corripere ut peccator p correctōem conetur peccatum fugere ⁊ ad penitentiā ꝓuertere. Eccī. xx. q̄ bonum est correptū manifesta/re penitentiā. sic enī effugies voluntarium peccatū. Corripe ergo amicū ne forte non intellexerit ⁊ dicat non feci. sequitur. aut si fecerit ne iterum addat facere. sicut enī in febribus est multū piculosum recidiua tio sic in ꝓuersis moribus multū piculosa est peccatoꝝ reiteratio. Eccī. xxj. Fili peccasti ne adiicias iterum sed de pristinis deprecare ut tibi dimittātur. sic ergo btūs iohānes baptista arguebat herodem sapienter Marci. vj. Herodes aūt metuebat iohannem ꝓpter eius sapientiā ⁊ sanctitatē. Iñ sequitur. Sciens eum virū iustum ⁊ sanctum ⁊ custodiebat eum ⁊ audito eo multa faciebat et libenter eum audiebat. Tercio arguebat btūs iohannes herodem misericorditer. ꝑs. Corripiet me iustus in misericordia ⁊ increpabit me. Magna misericordia est sic peccatorem corripere ut possit ad penitentiam redire. secunda Abimo tei. secundo. Seruum dei non oportet litigare sed mansuetum esse ad omnes docibilem patientem cum modestia corripientes eos qui resistunt veritati. Sed sunt quidā peccatores ita pestilentes q̄ dedignantur audire sapientes ipsos corripientes. Prouerbiorum. decimoquinto. Non amat pestilens eum qui se corripit nec ad sapientes graditur. sed illi qui modo a sapientibus nolunt recipere correctōnem misericordem et mansuetam in die iudicij recipient correctōnem duram ⁊ seueram. Sapientie. vj Impij secundum que cogitauerunt correctionem habebunt qui neglexerunt a domino recesserūt. Peccatores qui a domino recedunt contemnendo eius bonitatem in die iudicij ipsum reperiēt experiendo eius potestatem. Sapientie. duodecimo. Qui autem ludibrijs ⁊ increpatōnibus nō correcti sunt dignum dei iudicij experti sunt Sicut herodes dignum dei iudicium enā uuiens expertus fuit quia consumptus a vermibus exspirauit. Actuuz. duodecimo. vnde eius inferus in pñti inchoauit. Sic ergo primo notatur in iohanne correctōis largitas. cum dicitur corripientem. Secū do in eodem dilectōnis generalitas. cum dicitur. in porta. Nam sicut porta communis est ingredientibus ⁊ egredientibus sic beati iohannis dilectio cōmunis erat amicis ⁊ inimicis. iustis ⁊ peccatoribus sed ut nos ad eruditionem suam conuertamus. Sciendum est q̄ est triplex porta. Primo enī ē porta penitentie. Secundo est porta gehēne. Tercio est porta eterne glorie. Primo enim est porta penitentie. ꝑs. Aperite mihi portas iusticie ingressus in eis confitebor domino. Hec porta domini iusti intrabunt in eam. Asperitas penitentie dicitur porta iusticie. quia sicut p culpam seruiuimus iniquitati ⁊ immundicie sic per penitentiam membra nostra seruire facim⁹ sanctificatōni ⁊ iusticie. Romanorum. vj

Sic exhibuistis membra vestra seruire im
mundicie ⁊ iniquitati ad iniquitatem. ita
nūc exhibete mēbra vra seruire iusticie in
sanctificatōem. ¶Porta penitētie est illa po
rta ferrea de qua dicitur. Actuum. duodeci
mo. Venerunt ad portam ferream que du
cit ad ciuitatem que vltro est aperta eis.
¶Porta ista ferrea dicitur penitentia. quia
sicut ferrum domat omnia metalla sic exti
pat penitentia omnia peccata. Ista porta
ferrea ducit ad ciuitatem scilicet bierusalē
supernam ⁊ vitam beatam. Mathei. tercio
¶Penitentiam agite appropinquabit enim
regnum celorum. ista porta vltro peccatori
bus aperitur. quia q̄cunq; peccator inge
miscit per penitentiam deus ei peccata con
donat nec amplius recordatur. Ezechiel.
decimooctauo. Quacunq; hora ingemue
rit peccator omnium iniquitatum eius nō
recordabitur. ¶Penitentia est illa porta an
gusta de qua debemus contendere. vt per
eam cito possimus intrare. Luce. decimo
tercio. Contendite intrare per angustam
portam. Secūdo est porta inferni siue ge
henne Mathei. decimosexto. Tu es petrus
et super hanc petram edificabo ecclesiam
meam. et porte inferi non preualebunt ad
uersus eam. et tibi dabo claues regni celo
rum. Claues regni celorum in duobus cō
sistunt scilicet in scientia discernēdi ⁊ in po
tentia ligandi ⁊ soluendi. Contra istas cla
ues porte inferi non possunt preualere. q̄
quando sacerdotes huiusmodi claues ha
bentes ligant ⁊ soluunt peccatores. Do
minus ex sua bonitate in eorum ministerio
consueuit peccata delere. Mathei. decimo
sexto. Quodcunque ligaueris super ter
ram erit ligatum et in celis. et quodcun
que solueris super terram erit solutum
et in celis. Istas claues dominus aposto
lis dedit quando spiritumsanctum eis in
sufflauit ⁊ eis potestatem remittendi pec
cata donauit. Johannis. vicesimo. Insuf
flauit ⁊ dixit eis accipite spiritumsanctum
quorum remiseritis peccata remittuntur
eis. et quor̄ retinueritis retenta sunt. Ter
cio est porta eterne glorie. Apoca. vicesimo
primo. Porte eius non claudentur p no
ctem. nox enim non erit illic. iste sunt porte
bierusalē superne ciuitatis gloriose in qua
non erit noctis obscuritas quia irradiabi
tur diuina claritate. Apocalipsis. vicesimo
primo. Ciuitas illa non eget sole neq; lu
na vt luceant in ea. nam claritas dei illu
minabit eam. et lucerna eius est agnus.
Duo dicit ex quibus illustrabitur illa ci
uitas celestis scilicet ex claritate diuina. et
quantum ad hoc dicit. nam claritas dei il
luminabit eam. et ex hūanitate assumpta
et quantum ad hoc dicit. et lucerna eius
est agnus. Tercio notatur in hoc verbo he
rodis herodiadis ⁊ filie saltatricis peruer
sitas. cum dicit. odio habuerunt. Scien
dum est ergo q̄ est triplex odium. Primo
enim est odium occultum. quod pertinet
ad callidos ⁊ simulatores. Secundo est
odium iustum quod pertinet ad bonos ⁊ li
beros correctores. Tercio est odium apert
um quod pertinet ad tyrannos ⁊ persecu
tores sanctorum. ¶Primo ergo est odium
occultum quod p̄tinet ad callidos ⁊ simu
latores. Genes. vicesimoseptimo. Ode
rat ergo semper esau iacob p̄o benedictōe
qua benedixerat ei pater. Benedictio dei
non debet esse causa odij sed amoris. sed vt
sermonem nostrum ad beatum iohannez
conuertamus ipse a domino fuit multipli
citer benedictus. Ipe enim fuit a domino
benedictus. primo benedictōne sanctifica
tionis. secundo benedictōne sapientie salu
taris ad officium predicatōis. tercio bene
dictōne excellentie honoris ⁊ culminis p̄
fectōnis. ¶Primo ergo btūs iohannes fuit
bñdictus benedictōne sanctificatōis. Ibie
remie. j. ¶Priusq; te formarem in vtero no
ui te ⁊ anteqū exires de ventre sanctificaui
te. Dūs voluit illum de ventre matris eri
re peccatorem quem suū elegerat precurso
rem. Secundo fuit benedictus benedictōe
sapientie salutaris ad officiū predicatōnis

De decollatione Johan. Ser. I.

Luce iij. Factum est verbum domini sup iohannē zacharie filium in deserto. venit in omnem regionem iordanis p̄dicans baptismum penitētie in remissionē peccatoꝝ. Sicut scta introducit filū sic b̄tus iohannes baptista p̄ baptismū suum introduxit boīes ad recipiendū christi baptismum. Tercio benedixit eum b̄n dictione excellentie ⁊ honoris ⁊ culminis p̄fectōnis. Marth xj. Inter natos mulierū non surrexit maior iohanne baptista Excellenter preconio saluatoris est precursor laudatus. qui ita in p̄fectōne sanctitatis erat primus et precipuus vt maior ipso nō esset inuentus. sic ergo est odium occultū quod p̄tinet ad callidos ⁊ simulatores. Tale erat odium esau Ge. xxvij. Dicebat in corde suo veniet dies luctus patris mei ⁊ occidam fratrem meum iacob. et quia iniquitatem in corde suo aspexit ideo dñs cum clamaret non exaudiuit p̄s. Iniquitatē si aspexit in corde modo non exaudiet dñs. Cū p̄pter nequitiam odij fraterni dñs ipsum reprobauit. et iacob elegit. Malachie. j. Jacob dilexi esau aūt odio habui. Secō est odium iustum quod p̄tinet ad sanctos ⁊ liberos correctores. Judith. v. Deus illoꝝ odit iniq̄tatem. Nos debemus voluntatē nr̄am diuine voluntati p̄formare. et sicut ipse odit iniquitatē ita ⁊ nos debemus odire. ne si diligamus iniquitatē incipiamus nosmet ipsos odio habere. p̄s. x. Qui diligit iniq̄tatem odit aīam suam. Nos ergo tantum iniquitatē fugiamus quantū animas nr̄as diligere debemus. Eccī. xv. Que odit deus ne feceris. contra multos qui bonam vitaz quam deus diligit p̄temnunt. et sordibus peccatoꝝ que odit dñs seip̄os immergūt et ideo de cordibus suis latrinā omnis immundicie ⁊ spiritū immundoꝝ faciunt. Apocalip̄. xviij. Babylon facta est habitatio demoniorꝝ ⁊ custodia omnis sp̄ūs immundi ⁊ omnis volucris immunde ⁊ odibilis. Tercio est odium manifestū siue apertum quod p̄tinet ad tyrannos ⁊ sanctoꝝ p̄secutores. p̄s. lxxij. Qui oderunt te extulerunt caput. Herodes extulit caput natalis sui celebrando diem. filia herodiadis extulit caput coram herode ⁊ simul recumbentibus dissolute saltando. herodias extulit caput filie sue saltatrici vt peteret caput iohannis inique p̄cipiendo. Primo ergo herodes extulit caput die natalis sui sup̄e celebrando. Marci. vj. Cū dies oportun? accidisset herodes natalis sui cenam fecit p̄ncipibꝫ tribunis ⁊ primis galilee. magna p̄sumptio. magna superbia q̄ herodes diem natalis ipsius celebrabat qui in peccato p̄ceptus ⁊ in peccatis natus fuerat. et ideo tam coram deo q̄ coram hominibus odiosus esse debebat. Eccī. x. Odibilis est coram deo ⁊ hoībus superbia. Secō filia herodiadis extulit caput dissolute saltādo Marci. vj. Cum introisset filia ipsius herodiadis ⁊ saltasset ⁊ cum placuisset herodi simulq̄z recūbentibus rex ait puelle. pete a me quid vis ⁊ dabo tibi. Herodias mulier misera extulit caput amorem fedū quo diligebat herodem vite illius quo inter natos mulierū non surrexit maior p̄ponendo. Marci. vj. Cum dixisset filia herodiadis matri sue quid petam? illa dixit caput iohannis baptiste. At illa petitionem impleuit cum festinatōne ad regez petiuit dicēs. Volo vt p̄tinus des mihi in disco caput iohannis baptiste. Unde sibi misso speculatore precepit auferri caput iohānis baptiste ⁊ decollauit eum in carcere. Herodes ergo caput p̄oprium extulit caput iohannis baptiste abstulit. Sed christus caput iohannis baptiste sustulit ⁊ etiam exaltauit. Psalmo. centesimonono. De torrente in via bibet propterea exaltauit caput. Beatus iohannes baptista in via p̄sentis vite bibit de torrēte mortis ⁊ decollatōnis. sed dominus exaltabit non solum caput sed animam ⁊ totum corpus in gloria eterne retributionis. Ad quam nos p̄ducere dignetur qui viuit ⁊ regnat in secla seculorum. Amen.

De decolla tõe bti Jo. bap. Ser. II

Ro.v. Caritas dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. per hanc caritatem domin⁹ culpam expellit. appetitum sanat ⁊ restituit. Prouer.x. Vniuersa delicta opit caritas Et debes intelligere q̄ opit removendo. non operit paliando. Secundo est spiritus humanus de quo in ps. Cor mūdu⁹ crea in me deus. et spiritum rectum innova in visceribus meis. cor mundum ī nobis creatur quando cor nostrum per adventum divine gratie recreatur. hoc petebat ps. dicens. Emitte spiritum tuum et creabunt̄ et renovabis faciem terre. Nos enim de vetustate culpe transire debemus ad novitatē gratie. j. Cor. v. Expurgate vetus fermentum vt sitis nova conspersio sicut estis azimi Dic ergo quando dominus emittit spiritum suum a⁹ creantur. i. recreantur. sequitur. spiritum rectū innova in visceribus meis. tunc spiritus innovātur quando nos in novitate gratie ambulamus Ro.vj. Quomō christ⁹ surrexit a mortuis per gloriam patris ita et nos in novitate vite ambulemus. iste spiritus humanus non solum debet esse novus sed etiā rectus. ꝓpter quod hic dicit spiritum rectum innova. Tūc autem spiritus rectificatur quando regula fidei et mandator⁹ dei regulatur Gal.vj. Qui cunq⁹ hanc regulā secuti fuerint pax sup illos. in presenti vita pax pectoris et in futura pax eternitatis. Tertio est spirit⁹ angelicus Hebre.j. omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi ꝓpter eos qui hereditatem capiunt salutis. isti angelici spiritus recte dicuntur administratorij quia ministrāt creatori et creato homini. quomodo creatori Danielis. septimo. milia milium ministrabant ei. et decies centena milia assistebant ei. Ministrabant etiam creato homini. vnde hic dicit in ministerium missi ꝓpter eos qui hereditatem capiunt salutis. vnde et ille angelus qui beato iohāni secreta celestia ostendebat in apocalipsi se ꝓseruū nostr⁹ humiliter appellauit. Apoc. xxij. postquā vidissem et audissem cecidi vt adorarem pedes angeli. qui mihi ostendebat ⁊ dixit mihi Vide ne feceris. conseruus enī tuus sum. iste spiritus angelicus est ille spiritus bonus de quo Lu.xj. Pater vester celestis dabit spiritum bonum petentibus se. Sciendum est ergo q̄ iste spiritus angelicus spiritus bonus potest dici ꝓpter tria bona que facit in nobis. primo enim nos stabilit per conservatiōem. Secundo erigit ad contemplationem. Tertio adducit ad gloriosam visionem. Primo ergo stabilit per conservationem Ezechielis secundo. Ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi. et statuit me super pedes meos. homines super pedes suos statuere est ipsos per custodiam angelicam firmare et in gratia servare. ps. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus vijs tuis. in manibus portabunt te ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Ista verba dicebat sathanas christo vero deo et homini. ⁊ interpretabatur de capite quod dictum fuerat de membris. saluator non enim indigebat custodia angelorum. sed angeli custodia saluatoris. sequitur ibi. Sup aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem. Recte firma stabilitio pedum vsq̄ ad cōculcationem peccatorum et spirituum immundorum Secundo erigit ad contemplationē Ezechielis vndecimo. Eleuauit me spiritus et introduxit me ad portam dom⁹ domini orientalem qui respicit solis ortū. tūc homo a spiritu angelico eleuatur quādo eius auxilio ad contemplationē sublimatur. sunt autem duo que debent contemplari. Primo enim debent contemplari exordium siue natiuitatis. Secundo debent cōtemplari terminū siue natiuitatis. in hoc contemplabat̄ sapiens. Sapiētie vij. In ventre matris figurat⁹ sum caro.

decem mensium tēpore coagulatus i sanguine ex semine hominis et delectamento somni conuenientis. et sequitur. et primam vocem similez omnibus emisi plorans. prima vox quā infans emittit ē vox ploratus. ipse enim ex fletu quē in natiuitate emittit videt eē ꝓplxta sue fute calamitatis. qō ꝓsiderās Iob dicebat Iob. xiiij Homo natus de muliere breui viuēs tē pore repletur multis miserijs. homo nasci scit de muliere et ideo cum immūdicia et fetore. breui viuens tpe. ⁊ ideo debet vitā suam deducere cū timore. repletur multis miserijs. et ideo vitam suā deducit cū dolore. Sic ergo homo primo debet contemplari initiū sue natiuitatis. et hoc notatur ꝑ portam orientalē in auctoritate ꝓsenti. sequit. qui respicit solis ortum. ortus solis est caritas saluatoris in cuius contēplatione vitā beata cōsistit. Mala. iiij. orietur vobis timentibus nomē meū sol iusticie. tunc sol iusticie in mentibus nostris oritur quando sublimitatē claritatis diuine et felicitatis nostre contemplamur. Tertio adducit ad gloriosam visionem. Eze. viij. Eleuauit me spūs inter celū et terram. et adduxit me in hierusalem in visione dei. anima a spū angelico inter celū et terrā leuat quādo in die mortis ab angelis in eternam requiē portat. Luce. xvj. Factū est autem vt moreret mēdicus et portaret in sinu abrahe. ꝑ sinum abrahe requiez beatoꝝ possumus intelligere. vñ de beato michaele (cuius festum hodie celebrat) in ecclesia cantatur. Sed signifer sanctus michael archangelus repītet eas in lucem sanctam quā olim abrahe ꝑ misisti et semini eius. Tertio cōmendat spūs angelicus ab utilitate regiminis et directōis ad vitā glorie. qō notat cum dicitur deducet me in terrā rectā. Sciendū est ergo ꝙ spūs angelicus educit a pena et miseria. dirigit in via. introducit ad celestia. Primo ergo spūs angelicus eduxit a pena et ꝙ miseria. ps. immittit angelus dñi in circūitu timentiū eum et eripit et eos. Sciendum est ergo ꝙ sicut spūs malignus circūit ad subuersionē. j. pe. v. aduersarius vester diabolus tanqz leo rugiens circūit querens quem deuoret. sic spūs angelicus circūit ad defensionem et erectionem. Cū hic dicitur et eripiet eos Unde Danielis. iij. legitur ꝙ angelus domini cum azaria et socijs eius in fornacem descendit et medium fornacis quasi ventum roris flantem fecit. et sic eos de incendio eripuit siue liberauit. Angelus eē domini beatum Petrum apostolum de carcere herodis in quo ligatus tenebatur eduxit. Actuum. xij. Angelus domini astitit et lumen refulsit in habitaculo carceris. percussoqz latere petri excitauit eū dicens. surge velociter. et ceciderunt catene de manibus eius. Secundo angelus domini dirigit in via. Tobie. v. Egressus Tobias inuenit iuuenem splendidū stantem precinctum et quasi paratum ad ambulandum. ignorans ꝙ angelus domini esset salutauit eum. Iste angelus tobiam iunorem duxit ⁊ reduxit sicut tobie seniori ꝓmisit. Tobie quinto. Ego sanum ducam ⁊ sanum tibi reducam filium tuum Tobias etiam eius consilio et auxilio piscem qui eum vorare volebat apprehendit ⁊ attraxit. Ipse etiam tobiam senioē a cecitate curauit. Ipse etiam vxorem tobie iunioris a demonio liberauit. Tobie duodecimo. Et nunc misit me dominus vt curarem te ⁊ saram vxorē filij tui a demonio liberem. Ego enim sum raphael vnus de septem angelis qui astamus ante dominum. Tertio angelus domini introducit ad celestia. Exodi vicesimotertio. Ecce ego mittam angelum meum qui precedat te et custodiet in via et introducet ad locum quem preparaui. Iste loc? a deo electis suis paratus est terra promissionis. per quam signatur vtilitas et iocunditas glorie celestis. dominus deus tuus introducet te in terraz bonā vbi

absq; vlla penuria comedes panem tuū/ et rex omniū abundātia pfruerīs In eter na enī gloria nullus potest esse defectus. quia ibi est status oīm bonorū aggrega/ tione pfectus·j·Cor.ij. Oculus non vi/ dit nec auris audiuit et in cor hoīs nō ascendit que pparauit deus diligēt̄ se. Ad ista bona electis suis pparata nos p/ ducere dignetur tc.

De angelis Sermo secundus.

Angeli eorum semp vident in celis faciē pa/ tris mei qui in celis est. Ma thei.xviij. In verbo ppositō duo notanda a quibus angeli cōmendant. Primo cō/ mendantur ab humilitate sollicite admi/ nistratōis cum dr angeli eor. Secūdo a celsitudine diuine contemplatōis cū sub/ dit semp vident faciem patris mei qui in celis est. Quantū ad primū Hebre.j. dr. omnes sunt administratorij spūs in mini/ sterū missi ppter eos qui hereditatem ca piunt salutis Angeli dicunt nūcij vl missi. Sciendū ergo q quadruplici ratione ad nos mittunt. Primo mittunt ad direc/ tionē deuior. Secundo ad consolatōes aff lictor. Tertio ad reuelationē secretor. Quarto ad denunciationē gaudiorum. Primo ergo mittunt angeli ad directio/ nem deuiorū Genes.xxj. dr q vidit ange/ lus dñi agar ancillam sare errantē in soli tudine bersabee et vocauit eam dicens. qd agis agar. et sequit. surge et tolle puerū tc tene manū illius. qr in gentē magnā faci am eum. aperuitq; dñs oculos eius que videns puteū aque abijt tc impleuit vtrē deditq; bibere puero et fuit cū eo. Ex hac autoritate tantū accipio q angelus dñi er rantem vidit. ipsam direxit. Ex quo patz q ministeriū angelorū est directio deuio rum. Exo.xxiij. Ecce ego mittam angelū meum qui pcedat te tc custodiet te in via et introducet te in locum quē preparaui. Tria dicit que erga nos faciunt angeli. p mo pcedunt ne in uia morū deuiemus. Exo.xiij. Angelus dñi pcedebat castra. Secūdo custodiuit nos ne in lubrico b? vite positi cadamus et sic offendam?. ps. Angelis suis mandauit de te vt custodi/ ant te in omnibus vijs tuis. Tertō introducunt nos vt luce gloriosa fruamur. vñ ecclesia cantat de beato michaele. signifer sanct? michael archangelus repñtet eas in lucem sanctam quā olim abrahe promisisti tc semini ei?. numeri.x. Profecti sunt filij ruben p turmas et ordinē suum. quo rum princeps erat elisur. elisur interptat dei mei princeps. quod bene puenit beato michaeli qui in defendendis tc pñtandis alabus princeps vocat. Dañ.x. Michael vnus de principibus venit in adiutori/ um meum. Secundo mittunt angeli ad consolationē afflictorū Mat.xxviij. Ecce terremotus factus est magnus. angelus domini descendit de celo. erat aspect? ei? sicut fulgur vestimenta aūt eius sicut nix Terremotus in corde peccatoris efficitur qñ ex recordatōe peccator et consideratio ne diuinorum iudicior concutit. ps. Ter ra tremuit tc quieuit cum exurgeret in iu dicio deus. terra cordis nostri tremit ex re cordatōne peccator et consideratōe diui/ norum iudicior. ps. Timor et tremor ve nerūt sup me. Sed quieuit cessando ab execution operū meritorior vel demerito rior. Apoca.x. Angelus leuauit manū su am ad celum et iurauit p viuentem in se cula seculor. qr tempus non erit ampli? ad merendū vel demerendū. Sed tūc re cipiet vnusquisq; pm exigentiā suor me/ ritor.ij.Corin.v. Omnes nos manifesta/ ri apportet ante tribunal christi vt recipi at vnusquisq; ppria corpis sui put gessit siue bonum siue malum. sic ergo ter remo tus factus est magnus. sequit. Angel? enī dñi descēdit de celo. et describit ipsū sub duplici spē. s. fulguris et niuis. in fulgure

est impulsiuum terroris. ⁊ hoc scōm duo que angelus domini facit in nobis. quā doq; enim terret ne in prosperis per superbiam erigamur. Judicū. ij. Angelus dñi ascendit de galgalis ad locum flentium vbi habetur et legitur q; dure ⁊ terribiliter increpauit peccata eorum. et ibi sequitur. Eleuauerunt filij israhel vocem suaz et fleuerunt. vocatumq; est nomen loci illius locus flentium siue lacrimarū. Secundo angelus demulcet in aduersis ne per desperationem frangamur. et ideo mōstratur sub blandimento niuis. Danieł. iij. Angelus domini descendit cum azaria et sociis eius in fornacem ignis et excussit flammā ignis de medio fornacis. fecitq; medium fornacis quasi ventū roris flantem. tunc ignis de fornace excutitur et medium eius tanq; ventum roris efficitur quando angelus nos in nostris aduersitatibus consolatur. quod specialiter competit beato michaeli cuius festuz hodie celebratur. Danielis. xij. In tēpore illo consurget michael princeps magnus qui stat p filios populi sui et erit tēpus quale non fuit ab eo ex quo ceperūt esse homines super terram vsq; ad illō tēpus. loquit de tpe vltime tribulatōnis q̄ tāta erit q; moueantur si fieri potest etiaz electi tunc boni bene indigebunt auxilio ⁊ solacio sancti michaelis archangeli. tūc enim electi impugnabuntur per seuiciaz tirannorum. per astutiam hereticorū. per fallaciam ypocritarū. Sed beat⁹ michael consolabitur eos tirannorū seuiciā tēperando. hereticorū; astutiam reuellēdo ypocritarum fallaciam detegendo. Isaie xxvij. Introducuntur electi clamātes ad dominum p acerbitate tante tribulatōis vbi dicit. Domine miserere nostri te ei expectauimus. esto brachium nostruz in mane et salus nostra in tempore tribulationis. et statim subditur q; a voce angeli fugerunt populi. Tertio mittunt angeli ad reuelationē secretorū. Judicū. xiij. Angelus apparuit manue et vxori eius. et dixit ad eam sterilis es et absq; liberis sed concipies et paries filium. et quibusdam interpositis subditur. q; tulerut bedum de caprīs ⁊ libamenta et posuerunt super petram et obtulerunt domino q̄ facit mirabilia Cunq; ascenderet flamma de igne altaris angelus domini pariter cum igne ascendit. dixitq; manue ad uxorem morte moriemur quia vidim⁹ dñm. Cui respōdit mulier. si dominus nos vellet occidere nequaq; holocausta et libamenta de manibus nostris accepisz. nec que vētura sunt dixisset nobis. In sacrificio manue describuntur que requiruntur ad hoc q; secreta nobis ab angelis reuelent. Primo requiritur peccatorū detestatō q̄ signatur in hedo de caprīs. hedus est animal fetidum. in quo designat detestatio peccatorū. hic est cibus quo verus ysaac libenter vescitur. Nam cum homo in dolore contriti et humiliati cordis detestat turpitudinem ⁊ feditatem peccati sui ad illum respicit dominus oculis sue misericordie siue pietatis. Isa. lvij. Ad quē respiciam nisi ad pauperculum et contritū spiritu et trementē sermones meos. Secundo requiritur lacrimosa cōfessio que signatur per libamenta. libamentū est humidum et ore trahit. sic verbum cōfessionis debet eē cū lacrimis ⁊ ore prolatum vt sic salutē cōsequatur. Ro. x. Corde creditur ad iustitiam. ore autē fit confessio ad salutem. Hoc libamentum beatus petrus habuit quando post ternam negationem cōuersus amare fleuit. Tertio requiritur solida fidei cōfessio. quod signatur per petram super quam facta est oblatio. quia nullum sacrificium a dño acceptatur nisi super soliditatem illi⁹ petre de qua prima Corinthiorum decimo dicitur. Petra autem erat christus offeratur. Quarto requirit feruens dei ⁊ p̄ximi dilectio. que quamuis in omnibus fidelibus requiritur. tamen requiritur

specialiter in predicatoribus et scolaribus bonis qui frequenter ꝓponunt et audiũt verbum dei quia debet eos inflammare sicut ignis. Luce vltimo. Nonne cor nostrum erat ardens in nobis dũ iesus colloqueretur nobis i via et aperiret scripturas. et hec feruẽs dilectio in igne designatur qui rursum erigebatur Isa. xxvj. anima mea desiderabat te in nocte. sed ⁊ spiritu meo in precordijs meis de mane vigilabo ad te. Sexto requirit humilis oratio que in ascẽsu angeli designatur. q̃diu enim in hac vita sumus pondere corpis grauamur nec ad celum volare possum⁹. et ideo humilẽ orationem tanq̃ angelu3 id est nuncium illi mittimus. Ecclesiasti xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. et donec ꝓpinquet non consolabit non discedet donec altissim⁹ aspiciat. istis ser concurrentibus quor quinq̃ in oratione humili terminantur nobis ab angelis secreta celestia reuelantur. Septimo vndecimo. Confiteor domine tibi pater celi ⁊ terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea parvulis id est humilibus humilia sentientibus et humiliter orantibus. Quarto mittuntur angeli ad denunciationẽ gaudiorum. Luce. ij. Nolite timere. Ecce enĩ euãgelizo vobis gaudium magnũ quod erit omni populo. quia natus est nobis hodie saluator qui est christus iesus. iste angelus fuit nuncius bonus et bona nũcians. ⁊ ideo animas audientium refrigerans ℣ Prouer. xxv. Aqua frigida anime sitienti. et nuncius bonus de terra longinqua. nam sicut aqua frigidat animam sitientem sic nuncius bonus animam desiderantem. Aggei. ij. Adhuc modicum et mouebo celum et terram et veniet desideratus cunctis gentibus. quantũ Isa. ꝓ se ⁊ alijs aduentum istum desiderabat exprimebat cum dixit ysa. lxiij. Vtinam dirumperes celos et descenderes. Sed ne ad denunciationem tantor gaudiorũ qua videretur esse autoritas vni⁹ angeli subditur luce. ij. Subito cum angelo facta est multitudo militie celestis exercit⁹ laudantium et dicentium Gloria in altissimis deo. et in terra pax hominibus bone voluntatis. Sic ergo primo commẽdantur angeli ab humilitate sollicite ad ministrationis. cum dicitur. Angeli eor⁹. Secundo cõmendantur a celsitudine diuine contemplationis. cũ subditur. Semper vident faciem patris mei qui in celis est. Sciendum est ꝙ facies patris est filius. sicut enim homo in facie cognoscitur ita pater per filium factus est infidelib⁹ manifest⁹. Jo. xv. Pater manifestaui nomen tuum hominibus Sed vt secundã partem huius sermonis ad nos conuertamus Sciendum ꝙ angeli dicunt sacerdotes siue prelatos et scolares bonos ad sacerdotium dispositi. Mal. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legez de ore eius requirent. quia angelus dñi exercituum est. de his per gratiaz dei qñ q̃ poterit dici. semper vident faciem patris mei qui in celis est. Sciendum ẽ ergo ꝙ huiusmodi visio est penitentib⁹ fructuosa. admirantibus gratiosa. contẽplãtibus speciosa. comꝑhendentibus gloriosa. Primo ergo est ista penitentibus fructuosa. Iob. vltimo. Auditu auris audiui te. nunc oculus meus videt. Propterea ipse me reprehendo. et ago penitentiam in fauilla et cinere. dominꝰ vocat peccatores vt conuertantur ab iniquitate ad penitentiam. de morte ad uitam. sed multi sunt sicut galline in autumnis que nolũt audire vocem mulieris vocantis. sic ipsi nolunt audire dominum vocantem in proꝓsperis ℣ Prouer. j. vocaui et renuistis. Extendi manum meam et non fuit q̃ aspiceret. Ego quoq̃ in interitu vestro ridebo id est in interitu eterno Ezechielis. xviij. Quare moriemini domus israhel. quõ hic est de morte et vita. Sed respõsio huius questionis est voluntas perniciosa.

Ecclesiastici.xv. In hominē vita ⁊ mors bonum et malū quodcunq; voluerit dabitur ei. stulti sunt miseri peccatores qui sibi prepositā vitā morte eligunt. qui malum bono preponunt. qui omissa aqua refrigerante ad ignem comburentez manum extendunt. Heb beatus Job cuius sunt verba ista non fuit de illis. vnde dicit Auditu auris audiui. et sequitur. nūc autem oculus meus videt te. quod exponens beatus gregorius conferens visum ad auditum. In hoc ostendit ꝙ quanto visus auditu est superior tanto differt qđ prius extitit ab eo ad quod postmodum per flagella profecit. per flagella enim lōge melior effectus fuit. Ecclesiastici vicesimoseptimo. Vasa figuli probat fornax et homines iustos tentatio tribulationis Sed quia quanto aliquis minus videt sibi minus displicet. et quanto maioris gratie lumen percipit tanto magis comprehensibilem sese esse cognoscit. ideo subditur. idcirco meipsum reprehendo. Sz quia parum valet cognitio reprehensionis nisi sequatur lamētatio penitudinis ideo subditur. et ago penitētiam in fauilla et cinere. in fauilla et cinere penitentiaz agere est seipsum faullam et cinerem cognoscere. Unde dominus reprobis ciuitatibus dicit. ve tibi corozaī. ve tibi bethsayda. qsi in tyro et sydone facte fuissent virtutes que olim facte sunt in te egissent penitentiam in cilicio et cinere. In cilicō designatur punctō ex malicia culpe. Jeremie secūdo Arguet te malicia tua ⁊ auersio tua increpabit te. In cinere notatur resolutio ex sententia iustitie diuine qua dictum fuit Genesis tertio. Cinis es et in cinerem reuerteris. hec ergo visio primo est penitentibus fructuosa. Vatici tertō Penitentiam agite appropinquabit enī regnum celorum. Secundo est admirātibus gratiosa. Hester quindecimo. valde enim mirabilis es domīe et facies tua plena est gratiarum. non cessat propheta clamare in ps. Domīe dominus noster ꝙ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Eius facies dicitur gratiarum plena. Nam de plenitudine eius nos omnes accepimus et gratiam pro gratia. Johānis primo. Eius faciei visio electis promittitur ꝓ premio. Job tricesimotertio. Videbit faciem eius in iubilo. et reddet homini iustitiam suam. hoc exponit beatus gregorius dicens. iubilus dicitur cum ineffabile gaudium mēte concipitur quod nec possit abscondi nec sermonibus explicari. igitur enim in quibusdam motibus ostenditur vt nullis ꝓprietatib⁹ exprimatur. vnde ꝓpheta videns electorum mētes tantum gaudium accipere quantum sermone nō poterant explicare. Dicit beatus ꝓpius. qui scit iubilationem. nō dicit qui loquitur. sed qui scit. iubilatio enī intellectu potest capi. dictu autem nō potest exprimi. dicitur ergo videbis faciem eius in iubilo. sequitur. Et reddet homini iustitiam. homo enim iustitiam suam perdidit quando preceptum discipline p̄uaricando peccauit. sed dominus illi iustitiam suam reddit quādo sibi patris iustitiam sobrietatem virtutem et fortitudinem quibus nihil vtilius est in hac vita hominibus infundit. Sic dicit Gregorius Justitia dicitur nostra non quia de nostro nostra sit. sed quia diuina largitate nostra sit. vnde in oratione dominica dicimus panem nostrum quotidianum da nobis hodie. ecce panem nostrum dicimus. et tamen vt nobis detur oramus. quia dei est ex munere. et noster fit ex acceptione. Tertio huiusmodi visio est contemplantibus speciosa. vnde in psalmo. quoniam apud te est fons vite et in lumine tuo videbimus lumen. apud christuz est fons vitalis. Ecclesiastici primo. fons sapientie verbum dei in excelsis. ab isto fonte riuuli totius veritatis defluunt et vsqz ad nos deriuati descendunt. iacobi primo. Omne datum optimum et omne

donum perfectū desursum est descendēs a patre luminum. Hester decimo. Fons paruulus creuit in fluuium magnum et in solē lucemq; conuersus est. Christ⁹ fuit fons paruus in natiuitate. Luce secundo. Inuenietis infantem iacentem in p̄sepio pannis inuolutum. sed fuit fluuius magnus in predicatione et miraculorum operatione. Marci primo. Erat docens eos quasi potestatem habens. Sed in lucem solemq; conuersus est in resurrectione. Mathei tricesimotertō. tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. ista fuit claritas illius qui est fons et origo totius claritatis et decoris nō bene intellectu comprehēdi potest. propter quod dicitur. quoniam apud te est fons vite. sequitur. Et in lumine tuo videbimus lumen. in lumine gratie lumen glorie. in lumine contemplationis et momētanee degustationis lumen eterne comprehensionis. Mathei xvij. Cum beatus petrus visa transfiguratione domini quasi inebriatus diuina dulcedine diceret Domine bonum est nos hic esse si vis faciamus tria tabernacula. nesciebat quid diceret sicut alius euangelista. quantumcūq; enim oculi electorum in hac vita p̄ contemplationem se eleuēt. tamen illius lucis incomprehensibilis excellentia repercussi subito caligant. sed quādo oculi mētis purgabūtur diffomitate glorie. tūc videbitur illa summa claritas in sua fonte. j. Corinthe. xij. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem ymaginem trāsformamur a claritate in claritatē. a claritate gratie in claritatem glorie. a claritate contemplatōis in claritatem comprehensionis. Quarto ista visio est comprehensoribus gloriosa. Ysaie sexto. Vidi dominum sedentez super solium excelsum et eleuatum. dicit glosa. hoc Ysaias dixit quando domini gloriam vidit. sed dicit vidi sedentem. i. regnantem super solium excelsum quantum ad statum animarum sanctarum. et eleuatum quantum ad statum angelorū Genesis vicesimoscō. In baculo meo transiui iordanem istum. et rursus cum duabus turmis regrediar. dominus ihesus christus in baculo sancte crucis transiuit iordanem huius mūdi tempore sue passionis. sed cū duabus turmis regressus est in die resurrectionis cum duab⁹ turmis animarum. s. et angelorum. i. quibus et super quos regnat Cuius regnuz et imperium sine fine permanet in secula seculorum.

De sancto Jeronimo Sermo primus.

Filie syon exultate et letamini in domīo deo vestro quia dedit vobis doctorem iustitie. Joelis. ij. Sanctus ioel p̄pheta ad modum boni rectoris in verbo proposito tria tāgit per que auditores attentos reddit. Primo enim captat benevolentiam. cum dicit. Filie sion. Secundo suscitat attentionem cum dicit. exultate et letamini in domino deo vestro. Tertio preparat docilitatem cum dicit. quia dedit vobis doctorem iustitie. in p̄mo notatur auditorum qualitas cum dicit. filie syon. In secūdo excitatur animarum hylaritas cum dicitur Exultate et letamini in domino deo vestro. in Tertio commēdatur doctoris et docentium utilitas cum dicit. quia dedit vobis doctorem iustitie. Quantum ad primum ergo dicit filie syon. syon interpretatur speculum. per quam signatur ecclesia que in statu contemplationis est posita. quod bene signatur Jonathe vndecimo. vbi dicit q̄ anna sedebat quotidie in supercilio montis vnde respicere poterat de lōginquo vt ex eo loco specularetur aduentuz

De Sancto Jeronimo Sermo. I.

filij sui. anna interpretatur gratia. p quã signatur ecclesia. que gratia dei est sancti ficata et mundata. Ephe. quinto. Christ⁹ dilexit ecclesiam et semetipsum tradidit pro ea mundans eam lauacro aque i verbo vite. ista anna sedit in supercilio montis quia ecclesia quiescit in fastigio contẽplationis. ipsa de lõginquo respicit quia incolatus p̃sentis miserie ipsam affligit et desiderium et aspectus celestis glorie ipsam allicit. plongationem huius incolatus lacrimabiliter plangebat pphet. cum dixit heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. anna aduentum filij sui speculatur. quia ecclesia aduentum christi ad iudicium prestolatur. christus dicitur ecclesie filius nature pformitate. ipse est ecclesie sponsus spiritualium filiorũ generositate et fecunditate. ipse etiam est ecclesie dominus diuinitatis excellentia siue dignitate. huius aduentum ad iudiciũ expectat ecclesia in filijs suis tam electis q̃ reprobis. vnde dominus loquens de die iudicij dicit Luce vicesimoprimo. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate. possumus intelligere cum potestate magna pter damnationem reprobo/rum. et maiestate pter glorificationẽ electorum. sic ergo per syon signatur ecclesia que in specula contemplationis est posita. Hui⁹ ecclesie sunt filij qui matri sue debent assimilari. et ad modum ipsius peculari. Sunt autem tria que debent filij ecclesie speculari i ecclesia. Primo debẽt speculari vera ad cognitionem. Secundo bona ad operationem. Tertio eterna ad seruitionem. Primo ergo debent filij ecclesie speculari vera ad cognitionẽ Ezetertio. Fili hominis speculatorem dedi te domui israbel. et audies de ore meo verbum et annũciabis eis ex me. speculator debet in specula sua vigilare. veniẽtes hostes debet de longinquo prospicere. et ciues contra hostes ad prelium prouocare Ezechiel tricesimotertio. Si viderit speculator gladium venientem et non insonuerit tuba veneritq̃ gladius. sanguinẽ populi mei de manu speculatoris illi⁹ requiram. Beatus Hieronimus fuit magnus speculator in ecclesia contra hostes ecclesie id est contra hereticos tuba predicationis adhĩt et non solum ciues ecclesie id est doctores contra hereticos ad p̃lium prouocauit. sed tanq̃ strenuus miles in prima acie contra ipsos in obuiuz seipsum opposuit et ipsorum iacula scuto cautissime humilitatis deuitauit. Et eorum dentes caninos gladio spirit⁹ q̃ est verbum dei solidissima veritate retrudit. propter quod dicitur hic. speculatorẽ dedi te domui israbel. et sequitur. Audies de ore meo verbum et annunciabis eis ex me. sicut beatus hieronimus a prima veritate que in sacra scriptura loquitur verba veritatis audiuit. infidelibus nũciauit Ecclesiastici tricesimoseptimo. Anima viri sancti enunciat aliquando vera q̃ septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. circumspectores possunt dici heretici qui circumcirca veritatem deambulant expositionib⁹ palliatis et non pertingunt vsq̃ ad intima veritatis. vltra ipsos et contra ipsos soliditatem veritatis beatus Hieronim⁹ nunciauit Isaie vicesimoprimo. Bone speculatorem et quodcunq̃ viderit annunciet. Secundo debent filij ecclesie speculari bona ad operationẽ. Isaie quinquagesimosecundo. q̃ pulcri super montes pedes annunciantis et predicantis pacem. annunciantis bonum. et predicantis salutem. dicentis Syon regnabit deus tuus. vox speculatorum tuorum. Tria dicit que debent predicare speculatores ecclesie dei. Primo enim debent predicare concordiam animorum. quod notatur cum dicitur annunciantis et predicantis pacem. Secundo debent predicare executionez bonorum. quod nota

tur cum dicit annunciantis. Tertio debent predicare spem et certam expectationem eternorum premiorum. quod notatur cum dicit predicantis salutem. istaz certam expectationem eternorum bonoz beatus Hieronimus non solum predicauit. imo q in ipso esset veraciter demõstrauit quando secundum formam apostolorum omnia pro domino reliquit. beatus petrus solum loquens pro omnibo dixit. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. quid ergo erit nobis. Mathei decimonono. Cui dominus tanq̃ retributoz largissimus respondit. Sedebitis super sedem iudicantes duodecim tribus israbel. Vide ergo q pro humilitate voluntarie paupertatis tribuitur auctoritas iudiciarie potestatis. contra malos et voluptuosos huius mũdi diuites pauperes christi contemnentes qui vili pendunt sanctum hieronimũ. cucullam benedicti. lacrimas arsenij. nuditatẽ pauli. ollam helysei. Tertio debent filij ecclesie speculari eterna ad fruitionem. secunda ℣petri primo. Nõ indoctas fabulas secuti notam vobis fecimus domini nostri iesu christi presentiam et virtutem Sed speculatores facti illius magnitudinis. speculatio ibi non dicitur a speculo in quo videntur sole similitudines rerum. Sed dicitur a specula in qua q̃uis de longinquo videtur veritas earuz. apostoli in transfiguratione domini de qua ibi loquitur beatus petrus viderunt veram dei gloriam. sed de longinquo propter status discrepantiam vel differentiam. in transfiguratione domini vera apparuit gloria saluatoris. sed quasi longe erat quia ipsam nõ capiebat infirmitas viatoris. Unde Mathei sexto dicitur. q ceciderunt in facies suas et timuerunt valde qõ perfectum enim est nõdum venerat. et ideo quod ex parte est euacuatũ non erat. prima Ebozintheozum tredecimo. Sed quia modo in beato hieronimo et alijs sanctis venit q perfectum est euacuatum est qõ ex parte est. et ideo vident deum sicuti est. Sic ergo primo notatur auditozum qualitas. cum dicitur filie syon. id est filie ecclesie. per quod notatur q non sunt ancille filij. sed libere Secundo excitatur animozum hilaritas cum dicitur Exultate et letamini in domino deo vestro. ℣ Sciendum est ergo q sunt tria propter que filij ecclesie debent exultare. ℣primum est presentia gratie. Secundum est eminentia scientie. Tertium est excellentia glozie. ℣primo ergo est exultandum propter presentiam gratie. Ysaie duodecimo. Exulta et lauda habitatio syon quia magnus in medio tui sanctus israbel. Dominus deus qui est sanctus israbel. sanctus in se et est sanctz in sanctificationis infusione. Hebreoruz secundo. Qui sanctificat et qui sanctificantur ex uno omnes. sicut enim ex eodẽ corde terre procedit fons scaturiens. et riuuli ab eo deriuati. sic ab eodem patre luminum procedit fons totius sanctitatis et effectus sanctificationũ tanq̃ deriuati riuuli. prima Thessalonicenses quinto. Deus pater sanctificet vos q omnia vestra integer spiritus noster et anima et corpz sine querela in aduentu domini nostri iesu christi seruetur. spiritus id est intellectus seruatur integer quando non corrũpitur fornicationibus errozum. Anima vero id est effectus in sui integritate seruatur quando non violatur sordibus ulceribus viciozum. Sic beatus Hieronimus bene sanctificatus fuit qui et mũde vixit et errozes destruxit. ℣ Secundo debent exultare filij ecclesie propter eminentiam scientie. Ysaie nono letabuntur coram te sicut qui letantur in messe. et sicut exultant victozes capta preda quando diuidunt spolia. in messe labor est in fructuum collectione. Sed letitia est ex eozum repositione et fruitione. Sic magnus labor est in studij fatigatione. Sz

magna letitia est ex sapientie acquisitione Ecclesiastici sexto. In opere illius exigu/ um laborabis et cito edes de generatio/ nibus illius. hec sunt generationes de q̄ bus Ecclesiastici vicesimoquarto. A ge/ nerationibus meis adimplemini. spiri/ tus enim meus super mel dulcis et here ditas mea super mel et fauum. generatō nes sapientie dulces sunt hominib⁹ stu/ diosis. sed amare sunt hominibus indo ctis et fastidiosis. Ecclesiastici sexto. q̄ aspera est nimium indoctis hominibus sapientia. hominibus enim indoctis et ociosis videtur q̄ ipsi comedunt tribu/ los quando oportet eos voluere et reuol uere codices suos et sacros libros. sequi/ tur in premissa autoritate. sicut exultant victores in capta preda quando diuidūt spolia. sicut victores ad litteram exultāt in distributiōe spoliorum. sic boni docto res cum ad aliquam perfectionem vene runt exultant et letantur in diuisione et distributione exhortationum. autorita/ tum. rationum. disputationum. et predi cationum. In ista diuisione et distribu tione beatus hieronimus qui litteras q̄ per totum orbem fugientes sequebatur mirabiliter delectabatur. et ideo christus dominus in ipso letabatur. Prouerbio rum vicesimotertio. Exultat gaudio pa ter iusti. et qui sapientem genuit letabi tur in illo. et quia ī beato hieronimo chri stus letabatur. ideo beatus hieronimus mō in christo delectatur. ipse enim est de illis pueris de quibus Luce vndecimo. hostium meum clausum ē & pueri mecū sunt in cubili meo. Isti pueri possunt di ci Gregorius. hieronimus. & alij exposito res sacri eloquij qui modo quiescūt in si lentio supni cubiculi vbi exultant sancti ī gloria et letabuntur in cubilibus suis.

Tertio debent exultare filij ecclesie, p̄ter excellentiam glorie. j. Petri. j. Exultabis letitia inenarrabili et glorificata reportā tes finem fidei vestre salutem animaruz vestrarum. fides est temporalis vel mo mentanea. sed finis fidei vel ei succedēs letitia est eterna. Ysaie sexagesimoquīto. Gaudebitis et exultabitis vsq̄ in sem piternum in his que ego creo. quia ecce ego creo hierusalem exultationem et po pulum eius gaudium. et gaudeo in po/ pulo meo. modo gaudet beatus hieroni mus in illa eternitate vel die eterna. de qua in psalmo dicitur. hec est dies quaz fecit dominus exultemus et letemur ī ea Sic ergo in verbo proposito excitat animorum hilaritas cum dicitur. exultate & letamini in domino deo vestro. Tertio in verbo proposito commendatur docto ris et docendorum utilitas. cum dicitur. Quia dedit vobis doctorem iustitie.

Sciendum est ergo q̄ beatus hieroni/ mus fuit doctor studiosus. doctor copio sus. doctor glorioſus. Primo ergo fuit doctor studiosus. prima Abimo. quīto. Qui bene presunt presbiteri duplici ho nore digni habeantur. maxime qui labo rant in verbo et doctrina. Beatus hiero nimus bene presuit curam gerens in re gimine subditorum. Laborauit in verbo quantum ad eruditionem animorum. et doctrina quantum ad informationem bonorum morum. et ideo duplici honore dignus habetur. hic ē doctor de quo Isa ie tricesimo. Dabit tibi panem dominus artum et aquam breuem. et non faciet ul tra auolare a te doctorem tuum. scolares boni solent parce viuere vt possint meli us studio vacare. boni etiam doctores so lent constanter eruditioni insistere. Un de & hic duo notantur que ad profectum bonorum scolarium requirunt. Primuz est sobrietas auditorum. que notatur cū dicitur. Dabit tibi dominus panem ar tum et aquam breuē. Secūdum ē sta bilitas doctorum que notatur cum dici tur. & nō faciet auolare vltra a te doctorē tuū. Tertio fuit beatus Hieronimus do ctor copiosus Quatuordecimo. Omnis

scriba doctus in regno celorum similis ē homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua et vetera. Beatus hieronimus de thesauro sui cordis ptulit noua et vetera. id est autoritates noui et veteris testamenti. dominus enim ipsum q̄ si physon sapientia adimpleuit. Isaie q̄dragesimoquinto. Dabo ei thesauros absc̄ditos. et arcana secretorum vt sciat q̄ ego dominus Dominus dedit beato hieronimo thesauros absconditos in inquisitione humanorum et arcana secretorum in perscrutatione diuinorum. Tertio fuit beatus Hieronimus doctor glorioſus Danielis duodecimo. Qui docti fuerūt fulgebunt quasi splendor firmamenti et qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Beat⁹ hieronimus fuit doctus in se. et ideo habet claritatem bone fame. Sapientie octauo Habeo ꝓpter hanc claritatem ad turbas et honorem apud seniores. multos etiā erudiuit ad iustitiam. et ideo habet eternitatē vite beate. Ecclesiastici viceſimoquarto. Qui elucidant me vitam eternā habebunt. quia ergo beatus hieronimus fuit precipuus indagator et elucidator. ideo factus est vite beate perpetu⁹ possessor. Ad quam ꝛc.

De sancto hieronimo Sermo secundus.

Est sapiēs animē sue sapiens. et fructꝰ sensus illius laudabilis. Ecclesiastici. xxxvij. In verbo ꝓposito duo notantur a quibus beatus hieronimus cōmendatur. Primo enim commendatur a cognitione agendorum cū dicitur. Est sapiens anime sue sapiens. Secundo commendatur ab executione cognitoꝝ. cum dicitur. et fructus sensus illius laudabilis. Quantum ad primum sciendum q̄ beatus hieronimus fuit sapiens quadrupliciter. Primo enim fuit sapiens in detestatione peccatorū. Secundo fuit sapiens in obseruatione mandatorū. Tertio in aggressione arduorum. Quarto in erudītione indoctorum. Primo ergo sapiens fuit in detestatione peccatoꝝ Ecclesiastici. iij. Sapiēs cor et intelligibile abstinebit se a peccatis ⁊ in opibus iustitie successus habebit. homines sapiētes ad hoc debēt diligenter studere vt peccata vitare declinare. Ecclesiastici. xxj. Quasi a facie colubri fuge peccatum. sicut homo iuxta colubrum non dormit securus. sic quando occasiones peccatorū se offerunt quo eas declinet debet esse sollicitus. contra multos qui occasiones peccandi querunt. quia amant pericula in ipsis pibūt Ecclesiastici. iij. qui amat periculum in ipso pibit. sic ergo ad sapientiam cordis pertinet vt homo abstineat a peccatis. et ideo competenter hic subditur. et in operibus iustitie successus habebit. et cōgruo ordine. Primo enī debemus peccata declinare ⁊ de commissis penitentiam agere vt possimus in operibus iustitie proficere. Primo enim peccata extirpare debemus vt post modum deo per bona opera placeam⁹. Jeremie quarto. Nouate vobis nouale et nolite serere sup spinas. cōtra multos qui in peccatis mortalib⁹ aliqua de genere bonorum faciunt. et ideo absq̄ innouatione noualis bona sua sup spinas dispergūt. Proverbioꝝ viceſimo tertio. Esto sapiēs ⁊ dirige in via animū tuū. scōm istū modū beatus hieronim⁹ fuit sapiens. et hoc p̄ declinationē peccatoꝝ. in viam etiam mandatoꝝ direxit animū suū p̄ multiplicationem bonorum. Secundo fuit sapiens beatus hieronimus in obseruatione mandatorum Proverbioꝝ. xxviij. Qui custodit legem filius sapiens est Custodia legis ē thesauri custodia pretiosissimi. lex enī dīi boies a via peccōꝝ auertit. et ad viā dīi conuertit. lex

etiam domini sapientiam tribuit·psalmi sta. Lex domini immaculata conuertens animas.ecce q̄ lex dei facit ad conuersionem peccatorum.sequitur. testimonium domini fidele sapientiam prestans paruulis·ecce q̄ lex domini operatur ad eruditionem paruulorum.sicut enim aque materiales abundāt in vallibꝫ. sic aque sapientie salutaris abundant in humilibus. Barbei vndecimo· Confiteor tibi domine pater celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus ⁊ reuelasti ea paruulis. Tumor enim superbie repellit infusionem ,sapientie salutaris.quā sibi acquirit vallis humilitatis. psalmista· Inter medium montium pertransibunt aque· valles medie sunt iter montes·et ideo in vallibus abūdant aq̄ sapientie salutaris que sunt aque spirituales·sic ergo qui custodit legem filius sapiens est.vnde ad istam custodiam legis mandatorum dei hortatur moises Deutro.iiij. Hec est vestra sapientia et intellectus coram populis vt audiētes vniuersi precepta hec dicant. En populus sapiens ⁊ intelligens.gens magna·populus sapiens dicit quantum ad contemplatōnem eternorum.intelligens dicit quantū ad obseruationem mandatorum. Gens magna dicit quantum ad executionē operum bonorum·talis sapiens fuit beatus Jeronimus quia mandata domini suscepit et suscepta seruauit· Prouerbiorum decimo. Sapiens corde precepta suscipiet· Tertio fuit beatus Jeronimus sapiens in aggressione arduorum. Prouer. vicesimoquarto. Vir sapiens fortis ē et vir doctus robustus et validus Duo dicit in quibus fortitudo virorum spiritualium consistit·scilicz in aggressione arduorum.et in sustinentia aduersorū· Quātum ad primum dicit vir sapiens fortis est·et hoc quia viriliter aggredietur ardua Prouerbiorum vltimo. Manum suam misit ad fortia. nos videmus homines robustos corpore qui non volunt ad ardua opera assurgere·dicunt etiam q̄ non possunt asperitatem penitentie sustinere·videmus etiam homines corpore imbecilles qui in operibus penitentie inueniuntur viriles.huius ratio est· quia scōm q̄ vulgariter dicitur.quātum valet homo tantum valet terra sua·sic certe quantuz fortis est spiritus tātū sibi facit in operibus penitentie seruire propria membra· Prouerbiorum decimooctauo· Spiritus viri sustentat imbecillitatē eius. Unde illi qui sunt de exercitu christi qui est virtus et sapientia dei patris.carnem suam crucifigunt cum vicijs et concupiscētijs·hec est sapientia que melior est q̄z arma bellica. Ecclesiastes·ix. Homo enim quandoq̄z sub armis bellicis succumbit· Sed sapiētia penitentie homines ab oī insultu peruersō defendit.propter hoc dicitur hic q̄ vir sapiēs fortis est.et hoc q̄n tum ad aggressionem arduoz. sequitur· et vir doctus robustus et validus·hoc intelligitur quantum ad abstinentiam aduersorum.dominus enim sanctos suos quos elegit per tribulationes probauit· Judith.viij. Omnes qui placuerūt deo per multas tribulationes transierunt fideles·vnde videtur q̄ beatus Jeronimꝰ deo placuit·quia sicut in vita ipsius legitur.multas pro christo tribulationes sustinuit.via enim iustorum est in itinere sustinentie aduersorum· Actuum decimoquarto. Per multas tribulationes oportet intrare in regnum celorum. Quarto fuit beatus Jeronimus sapiens in eruditione indoctorum· Prouer.ix· Si sapiēs fueris tibimet eris ⁊ proximis tuis.ꝓpterea ordie loquit sapia cū dicit· ꝑmo tibimet ipe eris.sed cū subdit et ꝓximis tuis·hō ei dz sibi sapiaz acq̄rere ⁊ pꝰ acq̄sitōz sapie debet ipsam alijs per eruditionem refundere.vñ homo primo dz seipm exhibere concham canalē vt ꝑmo aquā sapie salutaris recipiat .et postmodum ipsam audi-

toribus refundat. contra multos qui pri/
us docent q̄z audiant. prius predicant q̄z
modum predicationis cognoscant. pri/
magistri q̄z discipuli. Ecclesia dei modo
abundat talibus hominibus monstruo/
sis qui cum aures non habuerint volunt
esse aliorum oculi. Ro. x. Fides ex auditu
auditus autē per verbum dei. mirabile ē
quō homines audent alijs verbum fidei
ꝓponere cum non audierūt. nec verbum
fidei a doctoribus catholicis receperunt.
Dz dices quia habent bonos quaternos
et bonos sermones a bonis doctorib⁹ con
fectos et ordinatos. et audacter alijs ꝓpo
nere possunt illa bona verba que ibi repe/
riunt. Ad hoc respondeo responsione ru/
sticoꝝ qui dicūt in pelle ouis quicqd uis
scribis. in pelle ouis si falsum ibi scribit
ab ignaris diuine legis falsum hauritur.
falsum ꝓponitur. falsum audit. et sic to/
tum peruertitur et auditores in errorem
mittunt. talis predicator ꝑsumptuosus
non fuit beatus Jeronimus. ipse enim q̄
si fugientes litteras per totum orbem se/
quebatur. et sicut ipse de semetipso dicit.
mallebat aliena verecunde discere q̄z sua
imprudenter vigere. iste ergo sibimetipi
sapiens fuit. etiam fuit sapiēs ꝓximis su
is. ipse enim fuit vir ille de quo dr eccle/
siastici. xxxvij. Vir peritus multos erudit
et anime sue suauis est. suauitas siue io/
cunditas doctoꝝ est profectus auditoruz.
Prouer. xxix. Exultat gaudio pater iusti
Et qui sapientem genuit letabitur in eo.
Sic ergo primo cōmendatur beatus Je
ronimus a cognitione agendoꝝ. cum di/
citur. est sapiens aīe sue sapiēs. Secūdo
commendatur ab executione cognitoruz
cum dicitur. et fructus illius sensus lau/
dabilis. Sciēdum est ergo q̄ est quadru
plex fructus. Primo est fructus opatio/
nis bone. Secundo est fructus eruditio/
nis doctrine. Tertio est fructus dilectōis
interne. Quarto est fructus retributōis
eterne. Primo ergo est fructus operatio/
nis bone. Sapientie tertio. Honoris la/
borum gloriosus est fructus. Debemus
etiam bonis operibus insudare vt lauda/
biles fructus ipsoruz in gloria possimus
percipere. Prouerbioꝝ vltimo. Date il/
li de fructu manuum suarum et laudent
eam in portis opera eius. fructus manu
um dicuntur executiones bonorum ope/
rum que erunt in futuro in refectionem
operantium. q̄. Thimo. q̄. Laborantem
agricolam oportet primo de fructibus su
is percipere. sequitur. et laudent eā in por
tis opera eius. in die iudicij magnuz lau
dis preconium bonoꝝ operum testimo/
nium. Johannis decimo. Opera q̄ ego
facio in nomine patris mei hec testimo/
nium perhibent de me. opera enim bona
vel mala sequuntur mortuos et bonum
vel malum testimonium perhibebunt ꝓ
ipsis vel contra ipsos. Apocalipsis dcci/
moquarto. Opera enim illorum sequen/
tur illos. Secundo est fructus eruditi/
onis doctrine. Ecclesiastici triceſimosex/
primo. Vir sapiēs plebem suam erudit
et fructus sensus illius fideles. Beatus
Jeronimus plebem suam verbo predica
tionis eruditit. et per scripta sua adhuc
erudire non desinit. ipse enim fructus sen
sus diuine sapientie fideliter custodiuit.
et liberaliter in scriptis nobis dereliquit.
et ideo a viris studiosis multū debet lau
dari. Ecclesiastici triceſimosexto. Vir sa/
piens implebitur benedictionibus et vi
dētes illum laudabunt. Nos in scriptis
doctoruz videmus sapientiam ipsoruz
et ipsam retorquere debemus in ipsorum
laudem seu preconium. Ysaie tertio. Di
cite iusto quoniā bene quoniam fructuz
adinuentionum suarum comedet. iusto
debemus dicere quoniam bene sup̄e ac
cidet. quoniam adinuentionum suarum
fructum comedet. Et sciendum est q̄ est
duplex adinuentio. Una adinuentio pec
catoruz quoruz. s. peccatorum adinuen
tiones sunt in excogitationibus malorū.

De ꝙ Bãcto Remigio ꝙ Sermo. I

scõm qꝫ mala excogitant scõm hoc ꝙ ma
la recipiẽt. Jeremie. vj. Ecce adducã ma
la super populum istum fructum cogita/
tionum eius. quia verba mea non audie
runt. et legem meam ꝓiecerunt. Secun
do fuit adinuentio virorum sapientiũ et
studiosoꝝ qui per lucidas expositõnes oc
culta sacre scripture in lucem ꝓducunt.
talis fuit beatus Jeronimus. ipse enim
obscuritates sacre scripture declarauit. ꝙ
totum corpus biblie in linguaꝫ latinam
transtulit. Job. xxviij. Profunda fluui
orum scrutatus est et abscondita produ/
xit in lucem. et ideo habet et habebit vi/
tam eternã. Ecclesiastici. xxiiij. Qui elu/
cidant me vitam eternam habebũt. Ter
tio est fructus dilectionis interne. Eccĩ.
xj. Breuis in volatilibus est apis. et ini/
cium dulcoris habet fructus eius. ꝓ apes
signantur sancti doctores qui habẽt exte
rius aculeum seuere correctionis. Sed
interius retinent mellifluum dulcorem
amoris vel dilectionis. audi summũ do/
ctorem dicentem. Apo. iij. Ego quos a/
mo arguo et castigo. in argutione et casti
gatione ostenditᷣ aculeus seuere correctõ
nis. in amore designat dulcor melliflue
caritatis vel dilectionis. ad idem ptinet
quod dicit. ij. Thi. iiij. Argue. obsecra. i/
crepa. in omni pacientia et doctrina. ar/
gue increpa dicit quantum ad seueram
correctionem. obsecra dicit quantum ad
benignam et dulcem dilectionẽ. sic enĩ in
castigationẽ subditoꝝ debet exhiberi exte
rius aculeus seuere correctionis. ꝙ reti/
neatur interius suauitas vel benignitas
debite dilectionis. Quarto est fructꝰ re/
tributionis eterne. Isa. iiij. In die illa
erit germen domini in magnificentia et
gloria. et fructus terre sublimis ꝙ exulta
tio his qui saluati fuerint de israhel. ger/
men domini est christus qui non virili se
mine sed mistico spiramine est cõceptꝰ.
Luc. primo. Spiritus sanctus superueniet
in te et virtus altissimi obumbrabit ti/
bi. ideoqꝫ et quod nascetur vocabitur fili
us dei. Illud germẽ in carne mortali fuit
in confusione et ignominia. vnde ipse de
semetipso dicit. Ego sum vermis et non
homo. ob ꝓbrium hominum et abiectio
plebis. Sed istud germen in die illa. id
est in die iudicij erit in magnificentia et
gloria. Luce. xxj. Tunc videbunt filiũ ho
minis venientem in nube cum potestate
magna et maiestate. sequitur. et fructus
terre sublimis. Terra ista est beata virgo
maria. huius terre fructus est christꝰ. ps.
Terra nãa dedit fructũ. hoc est beata vir
go maria concipiet ꝙ pariet christum. fru
ctus huius terre fuit humilis ꝓ tempore
passionis. Philip. ij. Humiliauit semet
ipsum factus obediens (deo patri) vsqꝫ
ad mortem mortem autem crucis. Sed
iste fructus terre effectus est sublimis in
tempore resurrectionis. Phil. ij. Pro/
pter quod ꝙ deus exaltauit illum et dedit
ei nomen vt in nomine iesu omne genu
flectatur celestium terrestrium et infer/
norum. et sequitur. et exaltatio his qui
saluati fuerint ex israhel. Israhel interꝓ/
tatur videns deum. in quo signantur ele
cti qui vident deum radio glorioſi lumi/
nis illustrati. istis saluatis est exultatio ĩ
regno dei vbi exultant sancti in gloria et
letantur in cubilibus suis. cum quibus
beatus Jeronimus mõ letatur. et cum ce
teris sanctis confessoribus dei gloriatur
in illa vita de qua Isa. lj. gaudium et le/
tia inueniet in ea gratiarum actio et vox lau/
dis. ad quã letitiaꝫ nos ꝓducere dignet.

De sancto Remigio Sermo primus.

Dilectus deo et hoĩbus moises cuius memo
ria ĩ bñdictõe ẽ. Eccĩ. xlv. in
verbo ꝓpositio cõmendat bñus remigius a
duobꝰ. primo eũ ꝓmẽdat a scitate vite. cuꝫ
dicit. dilectus deo et hoĩbus moises.

De Bācto Remigio Sermo.I

Secundo commendatur ab odore bone fame cum dicitur.cuius memoria in benedictione est. Quantū ad primum sciēdum q̄ quatuor reperiunt̄ ꝓpter que sancti a deo et hominibus diliguntur. Primum est mundicia animorū. Secundū est obseruantia mandatorū. Tertium est māsueta perfectio operum bonorū. Quantum est salutifera eruditio auditorū .primum ergo ꝓpter quod homines diliguntur a deo et hominibus est mundicia animoꝝ. Canti.ij. Dilectus meus mihi. et ego illi qui pascitur inter lilia. Domin⁹ ihesus christus qui est candor lucis eterne et speculum sine macula inter lilia pascit̄ quia animorum fidelium candore ⁊ mūdicia delectatur. Nec mirum Nam sicut dicitur Ecclesiastici.xiij. Oīe animal diligit sibi simile.⁊ aīalia ad sibi similia cōueniunt.videmus enim columbas cum columbis.grues cum gruibus volare. videmus etiam oues cum ouibus habitare.christus autem qui de seipso dicit. Ego flos campi.christus dicitur flos cāpi quia sine humano labore natus. liliuꝫ conuallium quia puritatis nitore candidatus.⁊ ideo animos requirit ad modū lilij candidos. Ecclesiastici.l. quasi lilia que sunt in transitu aque. lilia in trāsitu aque abundantiorem habent humorem et ideo longiori tempore retinēt acceptuꝫ candorem.vnde videmus q̄ cum ram⁹ vbi sunt flores lilij si in globo terre būido ponatur candor floris longiori tempore conseruatur.ꝓpter quod beatus remigius recte flori lilij comparatur.Candorem enim mundicie quem accepit non amisit.sed ipsum finaliter conseruauit.vñ de ipso legitur.nunc̄ in eo inuenit aduersarius humani generis. nec q̄ fraude deciperet nec q̄ emulatione fuscaret.Secūdo dilectus est beatus remigius propter obseruantiam diuinoꝝ mandatoꝝ. Joxv. Si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectōne mea sicut ego precepta patris mei seruaui et maneo in eius dilectione. Obseruanda sunt mandata dei a fidelibus christianis quia illustrant hominem tam in statu aduersitatis q̄ in statu ꝓsperitatis. ꝓuer.vj. Mandatum lucerna est et lex lux. Mandatum lucerna dicitur pro nocte aduersitatis ⁊ lux dicitur pro die ꝓsperitatis. verba enim mādatoꝝ dei non solū debēt obseruari quia illustrant sed quia inflammāt. Jere.xx. Fact⁹ est sermo tuus quasi ignis estuans clausus q̄ in ossibus meis.et defeci ferre non sustinens.sic̄ enim ignis cito manifestat in stupa sic ignis caritatis cito manifestatur in animap exteriora et fructuosa opera. Istum ignez sue caritatis dominus in terram cordis beati remigij misit ⁊ ibidem illum perfecte ardere voluit.vñ de ipso legitur q̄ fuit in oratione deuot⁹ in caritate perfectus Tertium ꝓpter q̄ sancti homines diliguntur est mansueta perfectio operum bonorum.Ecclesiastici. ij. Fili in mansuetudine opera tua pficee. et super gloriam hominum diligeris. secundum hūc modū beatus Remigius opera sua in mansuetudine perfecit.⁊ iō tam a deo q̄ hominib⁹ meruit diligi .clementia solet hominem diligibilem reddere.ipse enim fuit suauis et mitis.⁊ mīte misericordie omnibus inuocantib⁹ se multi sunt qui faciūt bona de geneee bonorum et precipue religiosi statuta ordinis seruantes horas canonicas in ecclesia frequentantes.Sed omnia ista mini me sunt sapida si fuerunt cōdimento māsuetudinis destituta. Judith.ix. Humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.vnde oratio minus sapida redditur quando mansuetudinis condimento destituitur Multi sunt etiam māsueti in statu subiectionis qui immites ⁊ crudeles inueniuntur in statu prelatōis. q̄ tamen mansuetudo multum opet̄ ad efficaciam correptionis.ps. Supuenit mansuetudo ⁊ corripiemur. Unde quia

roboam iugum grauius q̄ pater eius super filios israel aggrauare vlouit .x. tribus de regno suo in quo nō erant nisi .xij. amisit .ij. Regū .xij. et ꝓpter hoc tam in statu subiectionis q̄ prelationis valet māsuetudo, ꝓpter qđ debemus in mansuetudine nostra facere et perficere. aliqui sunt q̄ cum opus misericordie vel pietatis pauperibus impendunt ista cum duricia verborum faciunt. et ideo illud totum quod dant administrant. cum tamen dulcedo verborum superemineat distributionem donorum. Ecclesiastici .xviij. In omni dato ne des tristitiam verbi mali. nonne ardorem refrigerabit ros. sic et melius verbum q̄ datum. Nonne ecce verbū sup datum bonum. sed vtraq̄ cum homine iustificato. Sic beatus remigius opa pietatis in mansuetudine p̄fecit. et ideo super gloriam hominum dilectus fuit. Ecclesiastici .xlv. In fide et bonitate sanctuz fecit illum. et elegit eum ex omni carne. in fide dicit. quia dominus spūm radio fidei illustrauit. in lenitate dicit. quia ei? mansuetudo aspera in vias planas posuit. et sic inoffenso pede per vias bui? mūdi transiuit. homo mansuetus non iniuste diligitur. inter aues enim solemus columbas et turtures mansuetas aues diligere. miluos vero aues rapaces odio habere. sic in animalib? oues animalia mā sueta diligimus. vulpes vero tanq̄ animalia malicioſa ⁊ lupos tanq̄ animalia crudelia odio habemus. Sic dominus in iudicio homines crudeles redarguet cōtra ipsos pro māsuetis terre arguet. Isa. xj. Arguet in equitate pro mansuetis terre. Quarto diliguntur sancti homies p̄pter eruditionem indoctorum. Mathei .xvij. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui ipsum audite. homies solent libenter audiri quia dicunt noua. aut quia dicunt ardua. aut quia dicunt vtilia. doctores quandoq̄ libenter audiuntur quia noua loquuntur. Actuū .xvij. Athenienses omnes et aduene hospites ad nihil aliud vacabāt nisi aut dicere aut audire aliquid noui. Sed quandoq̄ accidit q̄ nouitas doctrine est causa subuersionis humane fidei seu christiane. propter hoc .j. Thimo. vj. Prophanas vocum nouitates deuita. Sed doctrina beati remigij non fuit doctrina talis nouitatis. imo fuit doctrina regenerationis ⁊ renouationis spūssancti. vnde de ipo potest dici quod scribitur Ecclesiastici .xlix. Consecratus est prophēta euertere ⁊ eruere et perdere et iterum edificare et renouare. Intentio illius beati remigij fuit p̄ suam predicationem euertere et perdere iniquitates. Edificare virtutes. renouare penitentes. Secundo solent homines libenter audiri quia dicunt magna Prouer. viij. dicit sapia. audite me quia de rebus magnis locutura sum. magna est loquela sanctorum que nos ꝓuocat ad cōprehensionem eternorum. Ephe. iij. In caritate radicati et fundati vt possitis cōprehendere que sit latitudo. longitudo. sublimitas et profundum. Tertio audiuntur homines libenter qui dicunt utilia. libenter enim audirent scolares pauperes vnam lectionem per quam crederent obtinere vnam prebendam vel episcopatū parienſez. sancti patres legerūt nobis lectiones per quas vita eterna q̄ i eternum permanet habetur non per quas prebenda temporalis que cito preterit obtinetur. ipsi enim contemnebant temporalium trāsitoria. et appetebant sibi ⁊ nobis permanentia eterna. ij. Cor. iiij. Nō contēplantibus nobis que videntur. sed que non videntur. Que enim videntur temporalia sunt. que autem non videntē eterna. Sic ergo primo commendat beatus remigius a sanctitate vite cum dicit Dilectus deo et hominibus moises. Secundo commēdatur ab odore bone fame cum subditur. cuius memoria in benedictione est. Sciendū est ergo q̄ memoria

sancti remigij est primo grata dilectione Secundo eterna duratione· Tertio pfusa compassione. Quarto imitanda opatione· Primo ergo memoria beati remigij est grata dilectione. Ecclesiastici .xlix. Memoria iosie in cōpositione odoris facta est opus pigmentarij. Iosias interpratur vbi est incensum domini. huiusmodi incensum causat diuine caritatis incētiuum. ignis enim diuine caritatis animam accendit. et animam in dilectione dei et proximi fluentem facit· Sed sciendum est q ignis mundane cupiditatis et concupiscentie carnalis. et diuine caritatis differunt. Ignis mundane cupiditatis affligit penaliter· ignis concupiscētie carnalis cōsumit deformiter· ignis diuine caritatis accendit suauiter ⁊ dirigit salubriter. Trenorū .j. De excelso misit ignem in ossibus meis et erudiuit me dominus. De excelso mittit dominus in ossibus sanctoꝝ ipsos suauiter accendēdo· Erudit eos ipsos salubriter dirigendo. Beatus remigius fuit iosias in quo fuit incensum dñi ex feruore diuine caritatis Eius memoria facta est in cōpositōe odoris· Odor aromaticus quando per balationem se diffundit recreat olfactꝰ quos perfundit· non solum hominis sed etiaꝫ dei. Genesis· xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominꝰ· istius iosie memoria non solum facta est in compositione odoris .sed est opus pigmentarij .i. christi· hic est pigmentarius de quo Ecclesiastici· xxxviij. dicitur. Unguentarius pigmenta faciet suauitatis ⁊ vnctiones conficiet sanitatis. Sciendus est q sunt species fetide peccatoꝝ que in ortis cordium nostroꝝ nascuntur· ⁊ sunt species odorifere virtutum ⁊ donoꝝ que a domino tribuunt Jacobi· j. Omne datum optimum et omne donum perfectū desursum est descendēs a patre luminū. Secundo memoria istius sancti dicitur eterna duratione· Sapie. iij. Immortalis est memoria illius· quia apud deū nota est et apud homines . non est mirum si istius sancti memoria est immortalis. quoniam ipsius est immortalis iustitia. Sapienne .j· Justitia perpetua est ⁊ immortalis. Justitia enim fidei est illud signum quo ab angelo signantur serui dei in frontibus eorum. Apo. vij. et quia ista iustitia nulla culpa in vita beata euacuabitur ideo nec signum nec signatum id ē nec iustus nec iustitia nulla obliuione delebitur. imo in memoria eterna erit iustus. ista memoria apud deum ⁊ homines nota dicitur. quia apud deum nota est nulla obliuione deleri potest. deus enī non cognoscit alio q̄ seipso. imo est sua cognitio. et ideo sicut deus non potest seipso carere. ita nec eius notitiam potest vlla obliuio delere· Ecclesiastici· xxiij. domino deo nostro anteqū crearentur oīa sunt agnita. deo anteqū crearentur non secus nec alio q̄ deo a domino cognoscētur. Istius etiam memoria immortalis est apud homines nota· nam sicut dicit Ecclesiastici .j. Generatio pterit generatio aduenit. ⁊ sic a generatione preterita sanctorum preconia accepimus. ita generationi que est futura eadē ꝓconia pdicando refundimus· et sic a generatione vsq̄ ad vltimam generationē et resurrectionem transfundēdo ꝓtinuabit· ⁊ quia ibi nulla obliuio erit ideo circo sanctorum memoria ineternum manebit. Terrō istius sancti memoria est profusa compassione Actuum .x. Orationes tue et elemosine tue ascenderunt in memoriam in cōspectu domini· Sciendum q sanctoꝝ orationes humiles penetrāt celi fastigia ipsoꝝ pietates et ꝓpassiones impetrant pauperum suffragia. Unde de orationibus humilibus Ecclesiastici .xxxv. dicit. Oratio humiliantis se nubes penetrabit ⁊ donec ꝓpinquet non consolabitur. ⁊ non discedet donec altissimus aspiciat. isto sancto ꝓformatōne nullus humilior

et ideo eius oratione nulla celsior ⁊ penetrabilior ⁊ ideo summo et excelso domino nulla vicinior ſic orationes ſanctorum penetrant celi faſtigia ipſorum etiam pietates ad quas elemoſine pertinẽt impetrãt pauperum ſuffragia. j. Thimo. iiij. Pietas a domino utilis eſt ꝓmiſſionem bñs vite que nunc eſt ⁊ future. per pietatem enim ⁊ bona temporalia multiplicantur. et bona eterna acquiruntur. et quia tẽporalia multiplicantur illius vite que nũc eſt ꝓmiſſionẽ habere dicit Prouer. iij. Honora deum de tua ſubſtantia. ⁊ de ꝑmicijs frugum tuarum da pauperibus. et replebuntur horrea tua ſaturitate ⁊ vino torcularia redundabunt. quãdoq; dominus temporalia bona ſubtrahit. peccatis ꝑpulorum prouocatus. quandoq; ipſa multiplicat horum penitentia et elemoſinis placatus. ſic ergo preſentis ꝓmiſſionẽ habet vite que nunc eſt. quia ꝑ ipſam multiplicantur tꝑalia. habet etiam et future. quia ꝑ ipſam acquirunt eterna. Luce. xvj. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. iſte ſanctus faciebat ſibi amicos de mãmona iniquitatis. i. de diuicijs inequalitatis. ipſe diuitias quas habebat ita inequaliter diuidebat ꝙ minorem partem ſibi retinens maiorẽ partẽ pauperibus tribuit. Quarto iſtius ſancti memoria eſt imitãda operatione. Iſa. xxvj. Memoriale tuum in deſiderio anime. viri militares quando audiunt fortia facta inclitorum militum mirabiliter delectant ⁊ deſiderant ut ꝑ ipſorum exempla ad conſimilia ꝓuocentur. ſic nos quando audimus illuſtria facta et vitas ſanctorum deſiderari debemus vt imitari poſſimus veſtigia ipſorum. parum eſt enim audire ſanctorum preconia niſi imitari ſtudeam⁹ ipſorum veſtigia. j. Cor. iiij. Imitatores eſtote mei ſicut ⁊ ego chriſti bonum erat illi imitari qui ſequebatur veſtigia chriſti. Nos ergo ſanctorum veſtigia imitemur humiliter qui chriſtum ſecuti ſunt fideliter. vt cum ipſis chriſtum finaliter comprehendamus ⁊ cum ipſis in chriſto laudemur. et chriſtũ laudemus feliciter. vt de nobis dicatur qõ de iuſto iuſtorum dicitur. memoria iuſti cum laudibus. quod nobis preſtare dignet.

De ſancto Remigio Sermo ſecũdus.

Ambula coram me et eſto ꝑfect⁹. Gen. xvij. In verbo ꝓpoſito tria notantur a quibus beatus remigius cõmẽdat. Primum eſt ſancte operationis ꝓmptitudo quod notatur cum dicitur. Ambula. Secundum eſt bone intentionis rectitudo. quod notatur cum dicitur. coram. Tertium eſt ꝑfecte promotionis plenitudo. quod notatur cum dicit. et eſto perfectus. Quãtũ ad primũ ergo dicit ambula. Sciendũ eſt ergo ꝙ debemus ambulare tripliciter exẽplo beati remigij informati. ſicut ipſe tripliciter ambulauit. Primo enim debem ambulare ꝑ mundã viã caſtitatis. Secũdo per viam lucidam veritatis. Tertio per viam feruidam caritatis. primo ergo debemus ambulare per viam mũdam caſtitatis. ps. Ambulans in via immaculata hoc mihi miſtrabant. via concupiſcentie carnalis eſt via immunda. via lutoſa. ſed via continẽtie ſiue caſtitatis eſt via mũda. via ſpecioſa. per iſtam ambulant beati in via. per iſtã viam dominus beatum remigium tanq; iuſtum per viam rectã deduxit. et ideo fuit dignus chriſti miniſter ſignatus ꝑ aliquẽ de illis pueris de quibus Daniel. j. dicitur. precepit rex vt introducerent pueri in quibus nulla eſſet macula decori forma. eruditi ſapientia. vt miſtrarent regi. iſtam viam beato remigio dominus monſtrauit. prouer. iij. Etiam ſapientie monſtrabo tibi. ducam te per ſemitas

equitatis. quas cū ingressus fueris non arrabuntur gressus tui. ⁊ currens nō habebis offendiculum pstare. s. via lutosa. via saxosa. via mōtuosa. Offendiculum vie lutose. s. concupiscētie carnalis declinauit beatus remigius p̄ mundiciā castitatis. offendiculū vie saxose. i. ire vel iracundie declinauit p̄ planiciem māsuetudinis siue pietatis. Offendiculum vie montuose. i. superbie declinauit beat⁹ remigius per p̄fundum perfecte humilitatis. vnde de ipso cōpetenter cantat̄ qui pius p̄udens humilis pudicus ⁊c. Secūdo debemus ambulare sicut ambulauit beatus remigius per viam lucidam veritatis. Isaie. lx. Venite ⁊ ambulem⁹ domus iacob in lumine dei nostri. Illi i lumine dei nostri ambulant qui traditionē diuinor⁹ mandator⁹ obseruant Prouer. vj. Mandatū lucerna est et lex lux. Hz illi per vias tenebrosas gradiuntur qui traditionē diuinor⁹ mandator⁹ transgrediuntur. Prouer. iiij. Via errorū ad viam fidei ⁊ bonor⁹ morum. dicit apostolus Ephe. v. Eratis aliquando tenebre nunc autem lux in domino. per istam viam lucidā veritatis beatus remigius ambulauit Isa. lx. Ambulabunt gentes in lumine tuo ⁊ reges in splendore ortus tui. in dño iesu christo in vna p̄sona duas naturas fide salubberrima confitemur scz naturam diuinitatis. que notatur cū dicit̄. ambulabunt gētes in lumine tuo. et naturam humanitatis que notat̄ cuz subditur. ⁊ reges in splendore ortus tui. splendor generatur ex repcussione radiorum solis ad aliquod corpus solidum et politum. Corpus christi fuit solidum corpus. quia caruit infirmitate culpe originalis. fuit etiam corpus politum. qz caruit apostemate culpe actualis. hoc corp⁹ lux diuinitatis impleuit. ⁊ ideo non ē mirum si in oculis mentium fideliter credentium splendorez generauit. ad lumē istius splēdoris beatus remigius tanq̄ rex bonus sciens se ⁊ alios regere ambulauit qui fidem diuinitatis ⁊ humanitatis christi i vna p̄sona inuiolabiliter obseruauit. Tertio debemus ambulare sicē ambulauit beatus remigius per viā fer⁹uidam caritatis Isa. l. Ambulate i lumine ignis nostri ⁊ in flāmis quas succēdistis nobis. In igne duo sunt. splendor ⁊ calor. sic caritas duo facit in nobis. illuminat enim intellectum ⁊ inflāmat affectum. quantū ad illuminationē intellectus dicit̄. ambulate in lumine ignis nostri Caritas enim oleum est qō positum est in lampade cordium nostror⁹. illūinationi interiori prestat adminiculum siue fomentū. Caritas est enim illa vnctio de qua. j. Jo. ij. dicit̄ Vnctio docet vos de omnibus. vnde beatus augustinus. Ille totum habet ⁊ qō latet ⁊ quod patet i diuinis sermonibus qui caritatem tenet in moribus. Caritas etiam non solum illuminat intellectum. sed ⁊ inflāmat affectum. ⁊ quantum ad hoc dicitur Ambulate in flammis quas succendistis nobis Natura flamme ē. q̄ in aliquo tanq̄ in subiecto radicat̄. attū a subiecto p̄prio p̄ quandam p̄tensionem elongat̄. sic dico q̄ flāma caritatis in corde beati remigij tanq̄ subiecto p̄prio fuit per opera pietatis p̄ quandam p̄tensionem vsq̄ ad relevationem indigētie p̄mor⁹ seipsaz elō gauit. et ideo p̄missionem vite que nūc est ⁊ future p̄meruit. j. Thimo. iiij. Pietas ad omnia utilis est p̄missionem habens vite que nunc est ⁊ future. Sic ergo primo notatur sancte op̄ationis p̄mptitudo. cum dicit Ambula. Secundo notatur bone intentionis rectitudo. cum dicitur coram me. Sciēdum q̄ debem⁹ tripliciter ambulare coram domino sicut beatus remigius ambulauit. Primo ergo ambulauit in simplicitate intentōis Secundo in sinceritate eruditōis. Tertio in strenuitate bone op̄ationis. Primo ergo ambulauit in simplicitate intē

tionis. Isaie.xxxviij. Obsecro dñe memento queso.quō ambulaueri coram te in veritate ⁊ corde perfecto.ille recte in veritate ambulat qui ad exēplar illius qui ē via veritas et vita facta sua regulat at q̄ examinat.nobis recte imputare debet si male agamus si ad exemplar quod est christus operari debemus. Exodi.xxv. Inspice et fac scōm exemplar tibi monstratum in monte.scōm istud exemplar beatus remigius regulatus fuit. ⁊ ideo sibi et alijs multum pfuit. Psal.ij. Lex veritatis fuit in ore eius.⁊ iniquitas non est inuenta in labijs eius. In pace ⁊ equitate ambulauit.⁊ multos auertit ab iniquitate.⁊ sic bñ ambulauit in veritate.sequit. corde pfecto. corde pfctō corā deo gradit. cui? cor simpliciter ⁊ totaliter per recam intentionē in deum erigit. Prouer.x. Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter.qui autem deprauat vias suas manifestus erit.multi vias suas deprauant qui coram deo non simpliciter ⁊ fraudolenter ambulant in corde.et corde loquuntur.⁊ corde opantur. tales vulpibus assimilantur qui non recto tramite sed p vias tortuosas gradiunt. sed tales in examine districti iudicij capient et in manus gladij tradentur.⁊ in partes vulpium iudicabunt. p3. Tradentur in manus gladij partes vulpium erunt. Sed hec vt prius diximus quando secreta cordium manifestabunt. j. Cor.iiij. Illeni et dominus ⁊ illuminabit abscondita tenebrarum ⁊ manifestabit consilia cordiū Secundo debemus ambulare sicut ambulauit beatus remigi? in sinceritate eruditōis.ij Cor.ij. nō sum? sic plūmi adulterantes verbum dei.sed in sinceritate sicut ex deo coram deo in christo loquimur Verbum dei in sinceritate debet predicari.quia nō debet habere aliquid falsitatis vel erroris admixtum. quia deus debet esse verbi predicationis originale principium.debet etiam esse coram deo.quia deus debet esse sancte predicationis finis ⁊ principale intentum. Debet etiā esse verbum predicatōnis in christo.quia totaliter debet cedere in christi gloriam siue p̄ conium. Ro.xi. Quoniam per ipsum et ex ipso et in ipso sunt omnia. ipsi gloria in secula. Tertio debemus ambulare coram deo sicut ambulauit beatus remigius in strenuitate operationis bone. Ro.xij. Prouidentes bona non solum coraz deo.sed etiam coram hominibus.nos debemus,pidere bona corā deo vt sibi placeamus. debemus etiā ,pidere bona coram hominibus.vt illis per bona opa luceamus. Matb.v. Sic luceat lux vestra corā hominibus vt videant opera vestra bona.⁊ glorificent patrem qui in celis est Scōm istū modum bene ambulauit beatus remigius in strenuitate bone operationis. Luce.xxiij. Fuit vir potēs in opere et sermone coram deo et omni populo Beatus remigius fuit vir potens in sermone eruditendo doctrinis.fuit etiaz vir potens in opere irradiendo exemplis et choruscando miraculis. Sic ergo notat secundo bone intentionis rectitudo .cum dicitur.coram me.sequitur.et esto pfect? Ubi notatur perfecte ,pmotionis plenitudo. Sciendum ergo q̄ debemus eē p fecti sicut beatus remigi? triplicter. Primo in gubernatione subditorum. Secūdo in eruditione indoctoz. Tertio i comprehensione eternoz. Primo ergo fuit pfectus in gubernatōne subditoz Gen. vj. noe vir iustus at q̄ perfectus in generationibus suis cum deo ambulauit.per noe qui gubernauit aquam potest significari beatus remigius qui sicut sanctus archiepiscopus gubernauit ecclesiam. iste enim ex sapiēta refulsit. ideo gubernacula possedit. Prouer.primo. Audiens sapiens sapientioz erit.et intelligēs gubernacula possidebit.iste noe beatus id ē remigius competenter per noe figurat? fuit vir iustus.ille est iustus de quo cantat

De ℂ Bãcto ℣ Francisco ℂ Sermo I.

Justus germinabit sicut lilium et florebit ineternum ante dominum. iste iustus sicut lilium germinauit per conceptionẽ boni ꝓpositi. sed in ista vita floruit claritate honeste conuersationis. sed florebit et florebit ineternum ante dominum iocũditate ⁊ amenitate eterne retributionis. iste non solum fuit vir iustus imo etiam perfectus gubernatõe subdite plebis. vita enim prelatorum debet esse perfecta respectu vite subditorum. Unde paulus apostolus loquens de se et alijs prelatis sibi similibus dicebat ℟bili. iij. Quicunq; ꝑfecti sumus hoc sentiamus. iste noe vir iustus atq; perfectus in generatõnibus suis cum deo ambulauit. ille cum deo ambulat qui totis precordijs ad illa supna bona in quibus christus in dextra dei patris sedet per desiderium suspirat. Col. iij. Si conresurrexistis cum christo que sursum sunt querite. vbi christus in dextra dei est sedens. que sursum sunt sapite non que super terram. Secundo fuit perfectus beatus remigius in eruditione indoctorum. ij. Thi. iij. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis ẽ ad docendum. ad arguendum. ad corripiendũ ad eruidendum in iustitia. vt perfect⁹ sit homo dei ad omne opus bonum instructus. tunc aliquid dicitur esse perfectum quando potest sibi simile generare. vnde pepela. i. semina perfecta sunt quando talia qualia sunt generare valuere. Beatus remigius in sapientia sibi a deo infusa ꝑfectus fuit. deus enim qui dat omnibus affluenter ⁊ non imꝓperat ipsuꝫ aqua salutaris sapientie potauit quã ipse sibi nõ auare retinuit. sed alijs per eruditionez refudit. Ecclesiastici. xxxix. Si dominus magnus voluerit spiritu intelligentie replebit illum. et ipse tanq; imbres mittet eloquia sapientie sue. Certõ fuit ꝑfectus sanctus remigius in comꝓhensione eternorum. ℟bili. iij. Nõ ꝙ iam acceperim aut iam perfectus sim sequor. aut si quõ comprehendam. quando dicit apostolus se non esse perfectũ loquitur de perfectione patrie que consistit in plena visione ⁊ fruitõne ⁊ omnis ipfectionis euacuatione. j. Cor. xiij. Cum autem venerit qđ ꝑfectum est euacuabitur quod ex parte ẽ. istam autem ꝑfectam cõprehensionẽ nõ dum habebat. sed ad ipsam totis desiderijs anhelabat. vñ et dicebat. sequor autsed quomodo comprehendam. ℨ quo modo comprehẽdimus bona eterna que in facultate nostra non sunt posita. sed a nobis mirabiliter elongata. Respondeo quia qui vult vsq; ad solium excelsum ⁊ eleuatum peruenire. oportet eum ibi vel per gradum vel scalam ascendere. Genẽ. xxviij. legitur ꝙ iacob vidit scalam stantem super terram et eius cacumẽ tangẽs celum. ista scala potest dici caritas q̃ hic super terram in terrenis cordibus consistit. sed eius cacumen per meritum vsq; ad celum ꝓtingit. Ephe. tertio. In caritate radicati ⁊ fundati vt possitis compꝛhendere cum omnibus sanctis que sit latitudo longitudo sublimitas et ꝓfundũ. in illa superna felicitate comprehẽdem⁹ cum omnib⁹ sanctis que sit latitudo diuine maiestatis. longitudo eternitatis. profundum diuinorum iudiciorum. sublimitas eternorum gaudiorum. Ad que gaudia nos perducat ꝛc.

ℂ ℣ De sancto Francisco Sermo primus.

Quom esses parvulus in oculis tuis caput i tribubus israel factus es. j. Regum quindecimo. In verbo ꝓpositio commendatur beatus franciscus a duobus. Primo a veritate interne humiliationis. cum dicitur. Cũ esses parvulus

in oculis tuis. Secundo commendatur a dignitate diuine exaltationis. cum dicitur. caput in tribubus israel factus es. Quantum ad primum sciendum est q̄ quattuor ꝓprietates cōmendabiles sunt in paruulo que fuerūt in beato francisco. Prima est humilitas in affectu. j. Thessalon. secundo. Facti sumus paruuli in medio vestri tanq̄ si nutrix foueat filios suos. nutrix ad terram se ꝓsternit vt filios lactare possit. ideo quasi puerum stultum se reddit. et sic puerum flētem ad risum attrahit. Item nutrix cibum mastificat. et quasi comedere pretendit. vt puer̄ sic ad deglutiendum introducat. Triplicem ergo modum tangit apostolus secūdum q̄ se habebat ad Thessa. Primo humilitatem. cū dicit. Factus sum vas electōnis. apostolus qui raptus fuerat vsq̄ ad tertium celum humilem se exhibuit ad informationem subditorum. cōtra superbos qui quamuis nullius sint momēti in oculis dei super alios volunt sublimari. contra quos dicitur Lu. xvj. quod altum est hominibus abhominatio est apud deum. scōm istum modum humilis fuit beatus franciscus. vnde de ipo legitur q̄ super humilitatem studuit edificare seipsum vt sapiens architectus fundamentum preiacens quod a magistro suo didicerat qui propter hoc de sinu patris descendit vt verbo et exemplo humilitatem doceret. Secūdo oñdit apostol⁹ q̄ debebat omnibus Ro. primo. iudeis et gentibus et grecis et barbaris sapientibus et insipientibus debitor sum. Sequitur. tanq̄ si nutrix foueat filios suos. vbi ostendit apostolus suam caritatem. nutrix enim quandoq̄ filios alienos nutrit pro mercede et non ex amore suos autem ex dilectione. Hanc dilectionem ostendens dicit. prima. thessa. secundo. Volebamus tradere vobis non solū euangelium dei. sed etiam animas vras q̄m carissimi nobis facti estis. Ipsa pia caritas et caritatis pietas in beato francisco fuit. Vnde de ipso legitur. q̄ se p̄ deuotionem agebat in deum. per compassionem se transferebat in christum. et per conc[illegible]nsionem se inclinabat ad proximum. et per generalem conciliationē ad singulabat se ad prime innocentie statū. Secunda ꝓprietas paruuli est idoneitas in profectu. Isaie sexagesimo. Minimus erit in mille. et paruulus in gentem fortissimam. Beatus franciscus fuit paruus minor minimus. Paruus in cōspectu populi et despectus et fatuus reputatus. Vnde et pater eius carnalis ipm quasi vinculis constrinxit. Sed minor fuit in libra ꝓprij iudicij. nihil de se nisi peccatorem iudicauit. Vnde de eo legitur. Huius sancti viri mentem omniū virtutum custos et decor humilitas tā copiosa vbertate repleuerat vt in ꝓpria reputatione nihil esset nisi peccator. cum tamē esset splendor et speculū omni mode sanctita[illegible] Tertio fuit minim⁹ consideratu[illegible]ine maiestatis. Genesis decimooc[illegible]o. Loquar ad dominum meum cum[illegible]puluis et cinis. Nihil abiectius cinere. nihil minutius pulvere. ille ergo se abiectum et minimum reputabat qui se puluerem et cinerem appellabat. Genesis quadragesimotertio. Iste est frater noster minim⁹ nus de quo dixeratis mihi. millenarius numerus ē numerus perfectionis. Beatus ergo franciscus in mille fuit quando in perfectionē religionis excreuit. Marbei decimonono. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus. q̄ne perfectio et si sit communis omni religioni. tamen quasi ꝓpria videtur ordini fratrum beati francisci. et hoc quia nihil habent nec in ꝓprio nec in communi. Sic ergo minimus fuit in mille et paruulus fuit in gentem fortissimam.

De ℂBācto ℙFranciſco ℂSermo I.

paruulus ſicut iam dictum eſt fuit beat⁹ franciſcus qui in gentē fortiſſimā ꝓfecit fratrum ſcilicet minorum qui ſunt fortes. fortiores. fortiſſimi. ℂFortes ſunt informatione mor̄. fortiores in conſolatione afflictor̄. fortiſſimi in deſtructione errorum. in iſtis enim ſcōm beatum Auguſtinū libenter recipit oſculū columbinum pulcerrima ⁊ modeſtiſſima caritas. mores. ſ. informando. ⁊ afflictos conſolando. dentem caninū retundit ſolidiſſima veritas errores deſtruendo. Tertia ꝓ prietas laudabilis paruuli eſt cognitō ſe creator̄. ℣Iath. xj. Confiteor tibi domine pater celi et terre quia abſcōdiſti hec a ſapientibus ⁊ prudētibus ⁊ reuelaſti ea paruulis. ſapientes ſunt carnalia ſcientes. prudentes ſunt tpalia ſectantes. dom⁹ ab iſtis ſecreta ſue ſapie abſcondit. Nec mirum. aque enim pluuiales conturbāt puritatē fontis. vt in ſua puritate nō poſſit bibi. nec etiam videri. Iſa. j. Tolatur impius ne videat gloriaz dei. Itē vos ſcitis ꝙ obductio vmbre ſue interpoſitōne oculos corpis retardat ne ſol videatur i rota. ſic obductio peccator̄ oculos mentis caligine ſua obnubilat ne claritas diuina videatur i puritate ſua. Iſa. lx. Tenebre operient terram ⁊ caligo populos. ſic ergo dominus ſecreta ſue ſapientie a prudentibus ⁊ ſapientibus abſcōdit que tamē paruulis reuelauit. paruuli enī humiles ſunt apti ad receptionē ſapientie. ſuperbi vero ſunt inepti. ⁊ hoc poſſumus videre per exemplū. diuina enim ſapientia eſt eminens ⁊ excelſa. Ro. xj. O altitudo diuitiarū ſapientie ⁊ ſcientie dei q̄ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius ⁊ inueſtigabiles vie eius. vos ſcitis ꝙ tumidum ⁊ inflatū eminentiam alterius rei a ſe repellit quam tū concauum in ſe recipit. ſic tumor ⁊ inflatio elatorū in ſe eminentiam diuine ſapiētie non recipit. quā tamen humilitatis concauitas comprehendit. Unde. iiij. Regū. iiij. legit. ꝙ vaſa vacua impleuit helyſeus. Item vos ſcitis ꝙ cognitō fit per aliquam mutationē cognoſcētis ⁊ cogniti. ſuperbia enim a diuina ſapientia ſe elongat ad quā humilitas appropinquat. ps. Excelſus dominus et humilia reſpicit. ⁊ alta alonge cognoſcit. Auguſtinus in libro de penitentia. in rebus viſibilibus vt excelſa quiſq; petingat in altum erigitur. deus autē cum ſit omniū excellentiſſimus non elatione. ſed humilitate contingit. hec ſecreta diuine ſapientie dūs beato franciſco reuelauit. vnde de ipſo legit. Et ſi ſcripturaꝝ ꝓpriā non haberet per naturā. profunda tū ſcripturarū miro intellectus penetrabat acumine. ⁊ ubi magiſtralis ſcientia foris ſtabat affectus intrabat amantis. Quarta ꝓprietas laudabilis paruuli eſt adeptio regni celorum. Matbei decimonono. Sinite paruulos venire ad me. talium enim eſt regnum celorum. Lu. decimoquarto legitur de quodaz ꝙ fecit cenam magnā et vocauit mltos. Et ſunt tria genera hominum qui ſe ab illa cena excuſauerunt. Primus quia duxerat vxorem. Secundus quia iuga boum probare volebat. Tertius quia villaz emerat. In quo notantur tria genera hominum peccatorū. Luxuriosi qui ſequuntur concupiſcentiā carnalem. auari qui ſequuntur cupiditatem terrenam. ſuperbi qui appetūt dominationem. prima Johannis ſecundo. Omne quod eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis. aut eſt concupiſcentia oculorum. aut ſuperbia vite. Iſtis peccatoribus ſe excuſantibus precepit paterfamilias vt pauperes debiles ad cenam introducerentur. Nam ſpecialiter pauper eſt regnum celorum. pauperes elegit deus in hoc mundo diuites in fide heredes regni quod repromiſit deus diligentibꝰ ſe. talis fuit beatus franciſcus paupertatis zelator precipu⁹. vñ de ipſo legit. In conclaui requiſit⁹ a fribus q̄ virtus magis faceret amicum deo quaſi ſecretum

cordis sui aperiens dicebat. Noueritis vos fratres spiritualem uiā peruenienti ad christum esse paupertatem tanq̄ humilitatis fomenta ⁊ pfectionis radicem cuius est fructus multiplex sed occultus Sic enim cōmendat beatus Franciscus a sublimitate interne humiliationis. cū dicit cum esses paulus in oculis tuis. sequitur. Caput in tribubus israel factus es. vbi cōmendatur a dignitate diuine exaltationis. Sciendū ergo q̄ caput habet eminentiā in situ. cognitionē in actu. influētiā in motu. effluētiā i fletu. Sic ergo beat⁹ frāciscus habuit eminentiā in situ Deut. xxviij. Cōstituet te dñs de⁹ tuus in caput ⁊ non in caudā. caput prima ps est animalis. ⁊ cauda postrema. illi ergo in caudam ⁊ non in caput efficiunt qui ꝓpter mores vebitos deiciuntur. ⁊ illi in caput et non in caudam constituunt qui ꝓpter scientiam ⁊ vite sanctitatem aliis p̄ponuntur. talis fuit beatus francisc⁹ Ecclesiastici. xj. Sapientia humiliati exaltabit caput illius. j. Regū. ix. Dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati Dñs multiplex nobis cantat inuitatoriū. Matth. xj. Venite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis. in ps. Venite filij audite me. Itē. venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. Sed post tot inuitatoria pauci inueniunt qui velint in ecclesia dei vnum responsoriū cantare. vel vnam lectionem legere. Sed beatus franciscus cum suis fratribus vocatus est et inuitatus respondit. assumus. Baruth. iij. Stelle vocate sunt ⁊ dixerūt assumus. vnde de beato francisco ⁊ eius fratribus potest exponi illud Osee. j. filij iuda et filij israel congregabunt pariter et ponent sibi caput vnum. filij iuda possunt dici simpliciores fratres peccata sua deflentes et sacerdotib⁹ confitentes. filij israel possunt dici fratres ꝓtiores in sacris scripturis deū vite querentes. isti cōgregantur pariter in loci cōmunitate et caritatis vnitate viuentes. isti sibi caput suū posuerūt q̄ beatū franciscū sibi p̄ferunt. Secundo caput habet cognitionem in actu. Job. xxix. Splēdebat lucerna eius sup caput meū. ⁊ ad lumē illius ambulabam i tenebris. caput dicit mēs hois. ps. Inebriasti in oleo caput meum. caput oleo inebriat. q̄ mens hois gratia tū carismatib⁹ implet. lucerna sup huius modi caput splendet q̄ de⁹ hominē sua sapientia replet. lucerna enim dicit sapientia scripturaꝝ. ij. Pe. j. Habem⁹ firmiorē ꝓphetic̄ sermonē cui bñfacitis attendētes tanq̄ lucerne lucēti i caliginoso loco Ad lumē ultius lucerne hō ambulat i tenebris q̄ p̄ scientiā scripturaꝝ sibi cauet a periculis. hanc scientiā habuit beat⁹ frāciscus. vñ de ipso legit. et si impetus sermone. scientia tū plen⁹ referabat dubia qui animi abscōdita ꝓduxit in lucē. Nec mirū si vir sanct⁹ poterat hoc facere cum actorē scripturaꝝ gestaret in corde ⁊ virtutem ipsaꝝ haberet in ope. Certō caput habet influentiam in motu. Ecclesiastes ix. Omni tempore vestimēta tua sint cādida et oleum de capite tuo non deficiat. oleum gratiarum in beato francisco non defecit. sed in tanta abundantia fuit q̄ sicut oleum in capite vsq̄ ad barbam aaron. i. vsq̄ ad viriles p̄dicationes ⁊ operationes fratrum suorum descēdit. Prouer. iij. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum ⁊ corona inclita proteget te. Corona prelatoꝝ est ꝓfectus subditorum. prima Thessa. ij. Que est enim spes nostra aut gaudium aut corona glorie nōne vos ante dominū nostrū. glosa. perfectio discipulorum gaudium ⁊ corona est mgr̄oꝝ. ibi enim fructus laborum suorum edituri sunt. fructus mgr̄i est obedientia discipuli cuius bona cōuersatio corona ē magistro Iste ergo vir sanct⁹ quia in simplicitate sua ambulauit beatos post se filios in ornamētū ⁊ coronā glorie derelinquit. Prouer. xx. Justus qui ambulat in simplici-

tate sua beatos post se filios derelinquit. Quarto habet caput effluentiam in fletu. Jeremie. ix. Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum vt plorem die ac nocte. per noctem signatur status presentis miserie. per diem status future glorie. et ista duo cā fletus sanctis hominibus debent esse. vnde Canti. v. Caput meum plenum est rore et cincinni mei guttis noctium. in rore signatur dulcedo future glorie que differtur. in guttis noctium signat amaritudo presentis miserie que augetur. hanc abundantiam fletus habuit beatus frāciscus. vnde de ipso legitur q̄ sancti patris oculi caligauerunt non senectute sed lacrimis. ipe enim fuit de illis beatis ploratoribus de quibus dicit Jo. xvj. Plorabitis et flebitis vos. mundus aūt gaudebit. sed tristitia vestra vertetur in gaudium. et gaudium vestrum nemo tolet a vobis. hoc ē gaudium q̄ nullo tp̄ori miscebitur nulla interruptione rūpetur. nullo fine claudetur. ad quod nos perducat.

De sancto Francisco Sermo secundus

Ab infantia creuit mecum miseratio. Job. xxxj. Beatus franciscus i verbo proposito commendatur a trib⁹. Pria pie compassionis affectu. cū dr. miseratio. Secundo a sancte cōuersatōis profectu. cum dicitur. creuit. Tertio a sollicite continuatōis effectu. cum dicitur. ab infantia. Quoniam ergo a dño misericordia plus q̄ sacrificium diligit. miseratōnes enim eius super omnia opa eius. ita ut etiam iudiciū misericordia superet. iō misericors anima cōmendat. et hoc quadruplici ratione. Primo quia recōciliat reum. Secundo q̄ liberat obligatū. Tertio quia emollit cor durū. Quarto quia acquirit per meritū abundantiā spiritualium bonorum. Primo ergo misericordia reconciliat reū. Tobie. iiij. Si nō potueris ita esto misericors si multum tibi fuerit abundanter tribue. si aūt exiguū libenter illud impartiri stude. ita enī fiet vt nec auertat facies domini a te. solent homines auertere facies suas ab eo q̄ ē eis graue et tediosum. Sap. vj. Grauis ē nobis ad videndum. solent aūt conuertere facies suas ad illud quod est delectabile ad videndum. Canti. ij. Ostēde mihi faciem tuam. sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis et facies tua decora. vnde ergo dñm a te faciem suam nō auertere non est aliud q̄ te oculis ei⁹ placere. Ecclesiastici. xxx. miserere anime tue placens deo. quasi diceret. si vis placere deo miserere anime tue. et hoc visitando eam oculo consideratōis. mulcendo solatio dulcis allocutionis. sanando medicamento sacramentor̄. ornando vestimēto virtutum. cibando pane deuotōis. potando vino cōpunctōis. Prouer. xj. Dñi facit anime sue vir misericors. aīe dicit nō corpi. ptra multos qui de aīa pace curant carnē cum magna diligentia procurant. Job. xxiiij. Pauit sterilē. i. carnem vacuā a ceptōe sanctae affectionū. et q̄ nō parit fructus. s. bonae operationum. et vidue non bñ fecit. vidue. i. aīe solatio veri spōsi p̄ peccm̄ destitute. Secōo misericordia liberat obligatū. Dani. iiij. Peccata tua elemosina redime et iniquitates tuas misericordiis pauperū. aīa obligat diabolo p̄ peccatū. huius aūt obligatōis ptractus iniciat in puersa cogitatōe. ratificat in mora p̄sensus deliberatōe p̄summat et ꝓpalat in exteriori operatōe. multū ei est fatuū cōtractū aliquē cū diabolo facere. ipse enī nobilissimā creaturā aiam. s. rationalem dei ymagine insignitam. eius similitudine decoratam. virtutum varietate ornatam. vult sibi vendicare et quasi redigere in suam possessionem propter modicam et falsam monetam. id ē.

breuem ⁊ fallacem delectationem peccati cui debemus dicere id Actuũ. viij. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Sz debet homo elemosinis peccata sua redimere et animam ꝑpriam liberare. Prouer. xiij. Redemptio anime viri ꝑprie diuitie. non congregate. nõ coadunate. sed dispersse. sic beatus franciscus animaz suam redemit. dispersit enim dedit pauperibus iustitia eius manet in secula seculoꝝ Et ideo benedictus dominus qui hodie nomen suum ita magnificauit vt non deficiat laus eius de ore hominum per preconiũ sanctitatis. ipse enim spũaliter adimplenit id Genesis. xij. Egredere ḋ terra per contemptum omnium ꝛpalium siue terrenorum. et de cognatione tua p dimissionem amicoꝝ carnalium. vel affinitate coniunctoꝝ. de domo patris tui p dimissionem ꝑpriorum parentũ. sciẽs illud Deutro. xxiij. Qui dixerunt patri suo et matri sue nescio vos. ⁊ fratribus suis ignoro illos. et nescierunt filios suos. hi custodierunt eloquium tuum et pactum tuum seruauerunt. Tertio misericordia emollit cor durum. ij. Jacb. iiij. Cõtristatus est ozias antiochus ꝓpter necẽ onie summi sacerdotis et misericordia flexus lacrimas fudit. recordatus defuncti modestiam ⁊ sobrietatem. iste architect⁹ erat durus et obstinatus et cum lacrimas fudit misericordia flexus cor durum quod nec conteritur per aduersa. nec emollitur per ꝓspera. nec per cõminatiões tabescit. nec per ꝓmissiones liquescit. Ecclesiastici. iij. Cor durum male habebit in nouissimis. tale enim cor sic induratũ dulcedo diuine mificordie siue pietatis emollit et in lacrimas resoluit. cor enim durũ signatur per petram oreb. Numeri. xx. cũ enim murmurasset populus ꝓpter defectum aque dixit moises. Audite rebelles et incredduli nõne de petra hac poterim⁹ vobis aquam ejcere. Cunctz leuassz manum percutiẽs virga bis silicem egresse sunt aque latissime ita vt populus biberet et iumenta. quandocz enim dominus percutit cor durum in virga rigida ostensionis seuerritatis districti iudicij et non fluunt aque. Quandocz percutit virga flexibili ostensionis dulcedinis sue misericordie siue pietatis. et tunc cor durum liquescit. ⁊ sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei. i. peccata i peccatoribus. spũs enim diuine misericordie est spiritus iudicij et spũs ardoris Isa. iiij. Qui coniunctus rubigini peccati, producit fumum compunctionis ⁊ deuotõnis vt sic ab intimo cordis tanctz ab origine fontis scaturientis per apertos meatus oculorum corporis fluat fons aque salientis. id est salire facientis in ablutionem mẽstruate et peccatoris. hoc fumo resoluti fuerunt oculi petri apostoli qui post ternam negationem conuersus ad dominum amare fleuit. Mathei vicesimosexto. Hoc fumo resoluti erãt oculi marie magdalene que stans retro sec⁹ pedes domini lacrimis rigabat pedes eius. ⁊ capillis capitis sui tersit. hoc fumo resoluti erant oculi ezechielis regis iuda qui conuersus ad parietem fletu magno fleuit et prolongationem vite sue per annos quindecim impetrauit. huius aque fontem petebat Jeremias Jeremie no, no. Quis dabit capiti meo aquaꝫ ⁊ oculis meis fontem lacrimarum vt plorem die ac nocte. interfectos filie populi mei Bonus monachus erat ille qui volebat mãdatum qualibet die ⁊ qualibet nocte. Quarto misericordia acquirit abundantiam spiritualium bonorum Prou. xxiij. Misericordia et veritas ꝓparãt bona. ⁊ in oi bono erit abundantia. misericordia ꝓparat bonũ ꝓsolando affectionẽ ne ꝓcipitet ꝑ desperationẽ. Eccli. xxxv. Speciosa ẽ dei misericordia in tempore tribulatõis q̃si nubes pluuie in tẽpore siccitatis. nubes pluuie tpe siccitatis tpat ardorem solis in refrigerium bois.

sic misericordia dei tempat vehementiã doloris ꝓuenientem ex enormitate patrati sceleris vt non corruat homo in ꝓfundum desperationis. veritas preparet intelligentiam ne in tenebris ignorãtie deuiet per errorem Johannis.iij. Qui male agit odit lucez·in infirmo signum mortis debet esse quando non potest aspicere lumen candele·sic signum mortis est in peccatoribus quando fugiunt lumen veritatis et correptionis sue Johannis·iij. Lux venit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras ꝙ̃ lucem· Erant enim opera eorum mala. et ideo ne fideles deuient in tenebris ille qui est via veritas et vita vocat eos ad imitationẽ sui Johannis·viij·Qui sequit̃ me non ambulat in tenebris·sequitur. Et in oi opere bono erit abũdantia. nam in opere bono per modum meriti est abundantia. ꝓ modum retributõis vel premij vita eterna. Mathei.xix. Centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Secundo cõmendatur beatus franciscus a sancte conuersationis profectu. cum dicitur. creuit mecum. Sciendum ergo ꝙ creuit beat⁹ franciscus quadrupliciter. Primo ꝓ oĩs impedimenti amotionem. Secundo ꝓ verbi diuini predicationem. Tertio ꝓ caritatis dilatationem· Quarto per puritatem cordis affluentẽ compassionem· Primo ergo creuit per omuis impediñti amotionem. Genesis.xlj. Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee·homines habentes pulcras plantas arborum solent eas a ramunculis ꝛ arbustis circũstantibus emundare vt possint ad debitã magnitudinem peruenire. Beatus franciscus tanꝙ̃ bonus ortulanus christi seipsum a possessione omnium temporaliũ emundauit ut ramos sue intentõnis ꝛ deuotionis libere posset extendere ad altitudinẽ celi cũ apostolo dicente Philli.iij. Conuersatio nostra in celis ẽ·sancti enim ꝛ si sint in terra per corporalem presentiam·conuersantur tamen in celo per desiderium ꝛ meditationẽ. Sic ergo beatus franciscus paupertate voluntaria seipsum emundauit. sciens quoniam paupertatum est regnum celorum. Jacobi primo. Nõne pauperes elegit deus diuit es in fide beredes regni quod repromisit deus diligẽtibus se. huius autem emundationis depauperationis exẽplum habem⁹ a christo.ij.Corin.viij. Scitis gratiam domini nostri iesu christi quoniaz diues esset ꝓpter vos egenus factus est·vt vos eius inopia diuites essetis. dicit glosa. spiritualibus bonis per eius pauptatẽ eruimus nos pannos veteris iniquitatis ·ĩduamur stola immortalitatis. quod fecit ad litteram beatus franciscus. pannos enim qui de mundo erant mundo reliqt et nudus nudum sequẽs a mundo recessit. Job.j. nudus egressus sum de vtero matris mee. nudus reuertar illuc·per electionem paupertatis voluntarie. Fin glosam.ij·Cor.viij·nemo se cõdemnat. pauper in cella. diues in conscientia. securior dormit pauper in terra ꝙ̃ auro tectus in purpura. non ergo expauescas cum tua mendicitate ad illum accedere qui induit⁹ est nostra paupertate. christ⁹ vero se depauperauit· nos ditauit. ꝛ ideo beatus franciscus nudus secutus est christum· ĩ seipso representans sue paupertatis veritatem. Secundo creuit beat⁹ franciscus per verbi diuini predicationẽ. j· Re.iij· Creuit samuel ꝛ dominus erat cum eo· et ex omnibus verbis eius non cecidit in terram·samuel interꝑtatur exaudi⁹ dei vel exaudiẽs dominum per quem signat beatus franciscus qui exaudiuit deuz reuocantem se et alios· Mathei.xj· Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. et ego reficiam vos Laborant homines vel per peccatum. Jeremie·ix· Et iniqua agerent laborauerunt· vel per penam temporalem· Job.v· Homo nascit̃ ad laborem. sequitur·et onerati estis per

concupiscentiam rerum terrenarum·ꝑs. Disrumpamus vincula eorum et ꝓiciamus a nobis iugum ipsoꝝ. Sequit. Et ego reficiam vos.refectione diuinoꝝ eloquiorum·sic dominus beatum franciscū refecit· ipsuꝫ enim pane sapientie ꝛ intellectus cibauit. et aqua sapiētie salutaris potauit Ecclesiastici·xv. Sic ergo creuit samuel.i. beatus franciscus· ꝛ dominus erat cum eo quando misit dominus moisen ad educendū filios israbel de egipto. dixit ei. Ego ero tecum·Exo.iij·Sic dominus cum beato francisco fuit quando misit eum filios israel.i. deum videntes et recte cognoscentes de spirituali egipto. id est de mundo educere.facta enī humana per impugnationem hominū et inundationem tribulationū dissoluunt· Sed facta dubia frequenter ꝓmouentur ꝛ fortificantur.Exodi.j·Filij israel quāto magis oppimebant tanto magis crescebāt et multiplicabantur. vnde ille gamaliel legisdoctor vir honorabilis plebi.ad cuius pedes paulus apostolus se legem didicisse gloriatur·Cum apostoli christi et discipuli a scribis ꝛ phariseis ꝛ legisdoctoribus impugnarent dixit viri israelite attendite vobis super hominibus istis quid astuti sitis discite abeis.ꝛ sinite illos qm̄ sicut ex hominibus consiliū hoc autem opus dissoluetur.si vero ex deo est nō poteritis dissoluere eos·ne forte ꝛ deo repugnare videamini·non est exercitiuꝫ boni studiosi applicare ingenium dissoluendis demōstratōibꝰ que constāt ex primis veris immediatis prioribus notioribusq; causis.sed magis ociosi·sic non est exercitium homini studiosi sed potius curiosi non furiosi applicare ingeniū ad dissoluendum vera que immediate ꝓcedūt ab irradiatōne prime veritatis. tanq̄ fin demōstrationes artis inuiolabilis et infallibilis.si ex deo est consiliū hoc aut opꝰ scōm verbum gamalielis non poteritis eos dissoluere.ꝛ ideo cum se obligent ad impossibile debēt sibi ꝓbabiliter timere ne ducantur finaliter ad obligationē vel proplema insoluibile· Philolophꝰ tanq̄ vir studiosus ꝛ exercitatus in liberalibus dedit nobis artē dissoluendi palogismos et elēchos male compositos.quia sub apparentia veritatis cum defectu latentis falsitatis possunt homines ducere ad meram inopinabilis vel redargutionis . et sic de aliis· Sic nos debemus applicare studium ad dissoluendum colligationes impietatis que sub apparentia momētanee delectatōis cum defectu offense maiestatis ducunt homines ad meram eternē damnationis. Isa.lxiij·Dissolue colligatōnes impietatis·solue fasciculos deprimentes·Sequitur.Et ommibus verbis eius non cecidit in terram.quod exponit glosa.sic.verba cadunt in terra ꝓ nihilo habenda et omni contemptu calcanda.hoc dicit contra tria genera predicātium verbum dei adulterantiū . Primi predicant ꝓpter concupiscentiā questꝰ tēporalis·et sic verba eorum cadunt in terra tanq̄ vacua siue vana· Ecclesiastes.j· Vanitas vanitatum et omnia vanitas Secundi predicant ꝓpter appetitum preconij laudis.et eorum verba cadunt ī terra ꝙ pro nihilo habenda·quia illorū gloria est in ignominiam cōmutāda·Osee. x·Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Tertij predicant propter ambitionem excellentie vel honoris·et talium verba cadunt in terra tanq̄ omni contēptu calcanda. Quanto enim ambicioſus se erigit altius tanto deiicitur vilius Job.xxx.Eleuasti me quasi super ventū ponens elisisti me valide. Ambicioſus ei similis est urso qui habet artem ascendēdi superius vsq; ad summitatem arborū et quia non habet artem descendendi frequenter precipitatur deorsum et cadit in gladios venatorum.sic ambicioſi frequēter per cautelas et caulationes suas ascēdunt superius·et subito dum nō sperant

